



Colour Chart #13

COLLOQ: ERAS:



### Colour Chart #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



*Top. ill. 5. 5. 2. Rev.*  
fratrem librum dono mihi 250,-  
dedit frater mensis pl.  
fficiis Lanippe antio  
, , 5 6 4  
Joanner Lanippe  
Alle mire nos tenet.  
Ramus



*S. G. 22. fol.*  
fratrem librum dono mihi 250,-  
dedit frater mensis Ma

fficiis Lanippe anno

, 5 6 4  
Joanner Lanippe  
Alle mire Maff tenet.

Ramus



# COLLO QVIORVM FAMI

LIARIVM OPVS, PO  
STREMA AVTORIS MA  
nu locupletatum, & re  
cognitum,

Desid. Erasmo Rotero-  
damo autore.

*BVR* *in his tenui miffenibus*  
*ad aliquam dena vel hunc 1557.*



BASILEAE APVD NICO  
laum Brylingerum,  
ANNO M. D. XLVII.



Colour Chart #13



DES. ERA. S. ROT. OPTIMA E  
SPE I PVERO IOANNI ERA-  
smio Frob. nio S. D.



Icit libellus tibi dicatus expectationem no-  
stram, Erasmi mellitissime: tuum erit widere,  
ne falsas expectationem nostram. Ille sic ada-  
matur, sic rapitur, sic teritur manibus, studiosae  
iuuentutis, ut & patri tuo fuent subinde typis  
excludendus, & mihi nouis accessibus identis locupletant  
dus, dicas & illum Erasmiu quenquam esse, deliciasq; Mus-  
tarum sacra colentium. Quo magis admittendum est, ut tu quoq;  
sis, quod dic eris: hoc est, ut literis & morum probitate sis omni-  
bus bonis charissimus. Vehementer autem pudendum fuerit,  
si quum tam multos hic libellus, & laetiores reddiderit, & me-  
tiores, tu commiseris, ut ad te ipsum non edierit adem utilitas,  
qua per te peruenierit ait omnes: quumq; tam multis sint adoles-  
centes, qui tibi nomine Colloquiorum gratias agunt, nonne  
merito censeatur absurdum, si tua culpa factum videatur, quo  
minus mihi possis eodem nomine gratias agere? Accreuit li-  
bellus ad iustum uoluminis magnitud: ne, tibi quoq; conandum  
est, ut quantum accrescit etas, tantum accedat & honestae erue-  
dicioni, & manu integrati. Suslues non vulgarem expe-  
ctationem, cui respondere necessarium, uincere pulcherrimum  
fuerit, certe fallere sine summo dedecore non potes. Nec hoc di-  
co, quod hactenus peniteat profectus tui, sed ut currenti calcar  
addam, quo curras alacrius, praesertim quum eam etatem in-  
gressus sis, qua non alia continget felicior ad imbibenda litera-  
rum & pietatis semina. Fac igitur ut haec Colloquia uere tuae  
dici possint. Dominus Iesus seruet istam etatem tuam puram  
ab omnibus inquinamentis, semperq; ad meliora

SS - 16. 4. prouachat. Vale, Basileæ Calend. Au-  
gusti, Anno 1524.

F A M L

R 64/2595



# FAMILIARIA

COLLOQUIA IN PRIMO CONGRESSU.



ON temerè docet quidam, ut salutem libenter. Comis enim & blanda salutatio sèpe conciliat amicitiam, inimicitiam diluit: certè mutuam bencuolentiā alit, augeriq;. Quidam usque adeo De meæ sunt, ingeniocq; agresti, ut uix salutati resalutent.

Nonnullis hoc uitij conciliauit educatio uerius, quam natura.

Vrbanitatis ejus salutare obuios, aut eos qui nos aderunt, aut quos adimus ipsi colloquendi gratia. Item operis aliquid agentes, coenantes, oscitantes, singultientes, sternutantes, tußientes. In ructu crepitum ueuentris salutare, hominis est plus satis urbani.

Sed inciuius etiam eum salutare, qui reddit urinam, aut aluum exonerat.

Saluc pater, salue matrcula, salue mi frater, salue præceptor obseruande, salue multum mi patruo, salue dulcissime nepos.

Vrbanum est addere cognitionis aut affinitatis titulum, nisi quum habent aliquid odij: tum enim præstat abuti minus quidē proprijs, sed plausibilioribus. Vcluti cum nouercam salutamus matrem: priuignum, filium: uitricum, patrem: sororis maritum, fratrem: fratriis uxori

rem, sororem. Idem in ætatis aut officiorum titulis faciendum. Gratius enim fucrit, si senem, patrē, aut uirum eximum salutes, quām ætatis cognomine: etiam si olim honoris causa dicebatur, ἐγένοντο. Salutē p̄fecte, salutē tribune: non autem, Salutē caligarie, aut calccarie. Salutē adolescentis, salutē iuuenis. Senes ignotos adolescentulos filiorum cognomento salutant: adolescentes uicissim illos patres aut dominos.

## BLANDIOR SALVTATIO

INTER AMANTES.

Salutē	mea Cornelia.
	mea uita.
	mea lux.
	meum deliciū.
	meum suauium.
	mel merum.
	mea uoluptas unica.
	meum corculum.
	mea sp̄cs.
	meum solatium.

## HONORIS GRATIA,

AVT SECVS.

Salutē here. Ohe salutē tu quoq; bone uir. Salutē uir ornatissime, clarissime. Salutē etiam atque etiam literarum decus. Salutē plurimum amicorum optime. Salutē mi M̄c̄coenas. Salutē patronē singularis. Salutē uir sp̄ctatissime. Salutē unicum huius ætatis ornamentum. Salutē Germaniae deliciū. Saluete quotquot c̄stis una salute omnes. Saluete pariter omnes. Saluete belli homunculi. Salutē congerro

## F O R M U L A E.

3

congerro lcpidiſimc. Saluc uini pernicies. RE. Saluc  
 & tu gurges helluoq; placentarum. Salue multum uir-  
 tutis omnis antistes. RE. Salue tantundem totius pro-  
 bitatis exemplar. Salue anicula annos quindecim. RE.  
 Salue puella annorum octoginta. Bene sit tibi cum tuo  
 caluitio. RE. Benc tibi cum lacero naso. Ut salutaris,  
 ita resalutaberis. Si male dixeris, peius audies. Salue ite-  
 rum atq; iterum. RE. Et tu salue perpetuum. Salue  
 plus milies. RE. Evidem malim saluere scmel. Salue  
 quantum uis. RE. Et tu quantum merceris. Saluere te  
 iubeo. RE. Quid si nolim? Evidem agrotare malim,  
 quam tua salute saluere.

*Salua sit tua* { Sanctitas.  
 { Amplitudo.  
 { Celsitudo. } Magis uulgo recepta  
 { Maiestas. } sunt, q; probata doctis.  
 { Beatitudo.  
 { Sublimitas.

## IN TERTIA PERSONA.

Sapidus Erasmo suo salutem dicit.  
 Sapidus Beatum suum plurima salute impartiit.

## ALIA FORMA.

Saluus sis Crito. Bene sit tibi uir optime. RE. Et  
 tibi melius. Pax tibi frater: Christiana salutatio est, à Ius-  
 dæis profecta, neq; tamen repudianda. Similis est, Bona  
 uita. Aue præceptor. RE. Evidem malim habere, q;  
 aucre. Xāpē. RE. Memento te Basilea esse, non Athe-  
 nis. RE. Quur tu igitur audes Romanè loqui, quuni  
 Roma non sis?

## 4 BENE PRECANDI

BENE PRECANDI FORMVLAE.

Et bene precari salutationis genus est.

### G R A V I D A E.

Faxit Deus, ut feliciter parias: ut maritum pulchram  
prole facias parentem. Faxit illa virgo mater, ut feliciter  
fias mater. Precor ut hic tumor uteri feliciter subsu-  
dat. Velint superi, ut non maiore molestia clabatur, quam  
illipsum est, quicquid est hoc oneris, quod gestas. Donet  
tibi Deus felix puerperium.

### C O N V I V I S.

Sit felix conuiuium. Bene sit uniuerso coetui. Precor  
omnia leta uobis omnibus. Deus bene fortunet uestrum  
conuiuium.

### S T E R N V T A N T I.

Sit faustum ac felix. Seruet te Deus. Sit salutiferum.  
Bene uertat Deus.

### A U S P I C A N T I Q V I P P I A M.

Sit felix et faustum reipublicae. Bono sit omnibus,  
quod instituis. Bene uertat quod agis. Bene fortunet De-  
us tuos labores. Faveant superi tuis conatibus. Quiesco,  
ut quod instituisti, superis bene fortunantibus, feliciter  
absoluas. Bene fortunet Christus Opt. Maxim. quod in  
manibus est. Feliciter cedat, quod instituisti. Feliciter  
exeat, quod aggressus es. Rem sanctam aggressus es, pre-  
cor ut felix sit exitus, ac prosperum numen aspiret pul-  
cherrimis coeptis. Christus bene copta secundet. Prospe-  
re succedat, quod ausplicatus es. Deum Opt. Maximusque  
precor, ut istud consilium, quam est honestum, tam sit  
et felix. Bonis autibus copta res, melioribus exeat. Pre-  
cor, ut bonis autibus Italiam adreas, melioribus redeas.

Opto

*Ita peperit tibi ouum. L I. Eene nuncias. Grata nuncias.*

*Atego tibi pro isthoc nūcio pollicor Euangeliū. G E. Euangel. L e  
Quodnā secundum Matthæus. L I. Non, sed secundum  
Homerū. En, accipe. G E. Tibi serua tuum Euangelium.  
Mihi saxorum satis est domi. L I. Ne sperne munusculū.  
Aētites est, qui grauidis admotus in nixu, maturat par-  
tum. G E. Quid ais? Est mihi sanè gratissimū. Dispiciam  
unde possim hoc donū pensare. L I. Abunde pensatum  
puta, si boni consilueris. G E. Imò nihil accidere potuit  
magis in tempore. Nam uxori mce iampridem tumet  
uterus. L I. Illud igitur abs te stipulabor, ut si masculum  
ediderit, me susceptorē asciscas. G E. Pollicor, ac tuum  
indetur puerō nōmen. L I. Quod utrisq; bene uertat.  
G E. Imò nobis omnibus.*

## PERSONAE,

MAVRICIVS, CYPRIANVS.

*cus est ex am-  
biguo. Nam  
euangelū de-  
citur munus,  
quod datur tē  
lētā nunciāti.  
Mihi saxoruū.  
Nam aētites  
lapidis genus,  
ab aquila no-  
mē habens. ut  
de Pli. li. 37,  
cap. 11.  
Stipulabor.  
Stipulatur,  
qui promis-  
accipit. Nam  
paciscitur &  
qui promittit,  
& cui promis-  
titur.*

MA. Redisti nobis obesior solito. Redisti procerior.

C Y. At cquidem mallem prudentior, aut doctior. M A.  
Imberbis abieras, redisti barbatulus. Contraxisti tibi ab-  
sens nonnihil senij. Quid sibi uult hic pallor? Quid mar-  
cies? Quid frons caperata? C Y. Ut est fortuna, sic est  
corporis habitus. M A. Num aduersa? C Y. Nun-  
quam mihi quidem alias sequenda, sed nunquam quām  
nunc reflauit odiosius. M A. Doleo uicem tuam. Dor-  
let mihi tua calamitas. Sed quid isthuc mali est? C Y.  
Vniuersæ pecuniae naufragiū feci. M A. In mari? C Y.  
Non, sed in littore, nondum nauim ingressus. M A. Vbi  
nam? C Y. In littore Britannico. M A. Bene habet,  
quod ipse nobis uiuus enastī. Præstat pecuniae iactu-  
ram facere, quām uitæ. Lcuius est pecuniae dispendium,  
quām

quām famæ. c y. Vita famaq; incolumi, perijt pecunia.  
M A. Vita sarciri nullo pacto potest, fama ægrè potest,  
pecunia facile alicunde sarcietur. Q u i m alium hoc acci-  
dit? c y. Nescio, nisi quod sic erat in fatis meis. Sic ui-  
sum est superis. Sic libuit genio meo malo. M A. Vides  
igitur doctrinā ac uirtutem tutissimas esse diuitias, que  
nec eripi possunt, nec grauant circumferentē. c y. Pul-  
chre tu quidem philosopharis, sed interim ego ringor.

## A L I A. P E R S O N A E,

C L A V D I U S, B A L B U S.

C L. Gratulor tibi reduci Balbe. B A. Et ego tibi superi-  
stisti Claudi. C L. Gratulor tibi in patriam reuerso. B A.  
Imò gratulare magis è Gallia profugo. C L. Quid itas?  
B A. Quia illuc bellis feruent omnia. C L. Quid Musis  
cum Marte? B A. Atqui illuc ne Musis quidem parcir-  
tur. C L. Tu igitur feliciter elapsus es. B A. At non si-  
ne periculo. C L. Totus alius nobis redisti. B A. Q u i  
Ancapus, Io-  
cus ex ambi-  
guo uoce Gal-  
lus.  
metamorpho-  
sis, transfor-  
atio.

sic? C L. Ex Hollando uersus es in Gallum. B A. Quid es  
an capus eram, quum hinc abirem? C L. Vestis indicat  
te mutatum ex Batauo in Gallum. B A. Hanc metamor-  
phosin malim, quām in gallinam. Sed ut cuculla nō fa-  
cit monachum, ita nec uestis Gallum. C L. Iam ne cal-  
les Gallicè? B A. Sic satis. C L. Quo pacto didicisti?  
B A. À magistris haudquaquam mutis. C L. Quibus?  
B A. À mulierculis quo quis turture loquacioribus. C L.  
In tali ludo facile discimus loqui. Sonás ne probè sermo-  
nem Gallicum? B A. Imò & Latinum sono Gallicè.  
C L. Nunquam igitur scribes bona carmina. B A. Cur  
itas? C L. Quia perijt tibi syllabarum quantitas. B A.  
Mihi satis est qualitas. C L. Quid, est ne Lutetia immu-  
nis

Bona car. Al-  
luit ad hoc,  
quod uulgas  
Gallorum per-  
petuā pronun-  
ciat accentus.

R E D V C E M.

*Nis à pestilentia? B A.* Non est, sed perpetua non est: ali quando remittit sese, mox recrudescit: non nunquam intermititur, deinde recipit sese. *C L.* Non sat erat malorum, ubi bellum est? *B A.* Erat, nisi securus esset uisum superis. *C L.* Annonæ caritatcm isthic esse oportet. *B A.* Imò penuriam. Omnia rerum illic inopia est, præter quam sceleratorum militum. Bonorum uirorum illic est mira uilitas. *C L.* Quid accidit Gallis, ut bellum suscipiant cum aquila? *B A.* Quid mouet illos exemplum scarabei, qui non cessit aquila. In bello nemo sibi non uidetur Hercules. *C L.* Non te morabor diutius: alias latius nugabimur, quum erit utriq; commodum. Nunc alio me uocant negociola quedam.

DOMEStICA CONFABVLATIO  
P E R S O N AE.

PETRVS, MIDA puer, IODOCVS.

*P E.* Heus heus puer, nemon' huc prodit? *M I.* Hic opinor effringet fores. Familiarem oportet esse. O lepidum caput. *Quid aduersi mi Petre?* *P E.* Me ipsum. *M I.* Naturam haud magni precij attulisti. *P E.* Atqui magno constiti patri meo. *M I.* Credo, pluris quam reuendi possis. *P E.* Ceterū Iodocus esī nc domi? *M I.* Incertus sum, sed uisam. *P E.* Quin tu potius abi, & roga ipsum an uelit nunc esse domi. *M I D.* Abi tu potius, sisq; tibi ipsi Mercurius. *P E.* Heus Iodoce, num es domi? *I O.* Non sum. *P E.* Impudens, non ego audio te loquenter? *I O.* Imò tu impudentior. Nuper ancille tuæ credidi te non esse domi, & tu non credis mihi ipsi? *P E.* Nuper ancillæ. Allusum est ad id quod Cic. refert de Ennio & Na-  
*Aequum dicas, par pari relatum.* *I O.* Equidem ut non omnibus dormio, ita non omnibus sum domi. *Tibi post,*

b      hac

hac semper ero. P.E. Sed tu mihi uidere cochleæ uitam agere. 10. Quid sic? P.E. Quia perpetuo domi latitas, nec usquam prorepis. Non secus atque claudus sur-

Claudus sur-  
tor. uide chil.  
3, cent. 2, pre-  
verb. 20.

titas, nec usquam prorepis. Non secus atque claudus sur-

tor, iugiter domi desides. Tu tibi domi situm contrahis.

10. Est quod agam domi, foris nihil est negotij. Et si quid esset, tamen hoc coelum me dies aliquot à publico cohibuiisset. P.E. At nunc sudum est, & inuitat ad deambulandum. Vide ut blanditur. 10. Si prodeambula-

re lubet, non recuso. P.E. Planè uidetur hoc uenire cælo. 10. Ascendens est unus aut alter congerro. P.E. Fiet, modo dicas quos uelis. 10. Quid si Hugonē? P.E.

Haud multum interest inter Hugonem & nagonem.

10. Agè placet. P.E. Quid si Alarpum? 1P. Homo mi-

nime mutius est. Quid auribus diminutum est, lingua pensat. P.E. Si uidetur, Nævium adiungemus. 10. Si

quidem dabitur illius copia, nunquam erit fabularum inopia. Placent confabulones, superest ut locum dispi-

cias amœnum. P.E. Ego uero tibi locum ostendam, ubi

nec nemoris umbram, nec pratorum smaragdinum ui-

rorem, nec uiuas scatebras desiderabis. Dices dignam

Musis sedem. 10. Magnificè polliceris. P.E. Nimium affixus es libris. Nimiū aßides libris. Immōdico studio te ipsum maccras. 10. Malim studio macrescerē, quam

amor. P.E. At nō ideo uiuimus, ut studeamus: sed idco

studemus, ut suauiter uiuamus. 10. Mihi uero uel immori chartis dulce est. P.E. Equidem immorari probo,

immori non probo. Ecquid uoluptati fuit hæc dcambus latio? 10. Me quidem uehementer oblectauit.

A L I A.

## CONFABVLATIO. 17

ALIA. PERSONAE,

AEGIDIUS, LEONARDVS.

A.E. Quo noster Leonardus? L.E. Ad te ibam. A.E.  
 Istud quidem facis insolens. L.E. Quamobrem? A.E.  
 Quia iam annus est, quod nos non inuiseris. L.E. Malo  
 in hanc peccare partem, ut desiderer, quam ut obtuni-  
 dam. A.E. Imò boni amici nulla cft apud me satietas.  
 Imò quo crebrius uenies, hoc mihi uenies gratior. L.E.  
 Quid interim agitur domi tuæ? A.E. Multa sanè quæ no-  
 lim. L.E. Non miror. Sed iam nc peperit uxoris? A.E.  
 Iam dudum, & quidem gemellos. L.E. Quid ego au-  
 dio? A.E. Sic res habet, atq; illi iam denuò tumet ute-  
 rus. L.E. Isthoc pacto solet augeri familia. A.E. Sed uti-  
 nam fortuna sic augeret pecuniam, ut uxor familiam.  
 L.E. Iam ne elocasti filiam? A.E. Nondum. L.E. Vide  
 ne parum tutum sit uirginem tam grandem detinere  
 domi. Querendus est gener aliquis. A.E. Nihil opus.  
 Iam proci complures illam ambiunt sponsam. L.E.  
 Quid igitur supereft, nisi ut è multis deligas, qui tibi  
 maxime sit accommodus? A.E. Omnes eiusmodi sunt,  
 ut nesciam, quem cui præferam: sed abhorret à nuptijs  
 filia. L.E. Quid ais? Atqui ni fallor, iam dudum nubilis  
 est. Iam dudum est apta uiro, matura coniugio. Iam pri-  
 dem est tempestiuua uiro. A.E. Quid ni annum egressa  
 iam decimum septimum? Maior annis duodeuiginti. An  
 num iam agens undeuigsum. Annos nata decem &  
 octo. L.E. Cur abhorret igitur à matrimonio? A.E. Ait  
 se uelle Christo nubere. L.E. Sane multas habet ille spon-  
 sas. an malo genio nupsit, quæ castè uiuit cum marito?  
 A.E. Mihi quidem non uidetur. L.E. Quis deus hunc

## PER CONTANDI

affectum affluuit filiae? A.E. Nescio, sed abduci ab hoc proposito nullis rationibus potest. L.E. Vide ne sint incantatores, qui instigent & allecent. A.E. Noui ego istos plagiarios. Sedulo arceo hoc hominum genus ab aedibus meis. L.E. Quid igitur est in animo? Morem geres animo puellae? A.E. Evidem oblectabor quoad licebit. Nihil non experiar, quo mutem illius sententiam. Plagium furti genus: unde plagiarij dicuntur, qui abducunt aliena mancipia, aut liberos etiam. Quod si pertendet ut coepit, non pugnabo cum illius id est cum deo nimo, ne fertem uidear dromachē, uel potius monachomachē. pugnare. L.E. Religiose tu quidem loqueris. Sed etiam atque etiam fac explores uirginis constantiam, ne post facti poenitcat, cum monachis quam mutare non erit integrum. A.E. Evidem adni pugnare. Allusum est autem ad uocē, Natu maximus iamdudum maritus est, bīcui pater futurus. Minimū ablegauit Lutetiam. Nam hic nihil aliud quod est singulari certamine cogredi bis redcat stultior quam exicrat. L.E. Bona uerba. A.E. Mediū iam coepit initiari sacris. L.E. Precor ut bene ueritat omnibus.

## ALIA PERSONAE,

MOPSVS, DROMO.

M.O. Quid sit? Quid agitur Dromo? D.R. Scdetur. M.O. Video. Sed quomodo se res habent tuus? D.R. Ut solent ijs, quibus superi sunt parum propitijs. M.O. Istuc ominis auertat Deus. Quid agis? D.R. Equisdem ocium ago. Id quod uides, nimurum nihil. M.O. Praestat ociosum esse, quam nihil agere. Ego te fortassis occupatum seruis negociis interrello. D.R. Imò maxime uacuum. Iam enim me coepit oculi tedium, & congerionem desiderabam. M.O. Fortassis impedio, interrum

## DE REBUS DOMESTICIS. 79

po, inter turbo tua negocia. D R. Imò tedium ocij dis-  
scutis. M O. Da ueniam, si te parum in tempore inter-  
pellaui. D R. Imò ipso in tempore aduenus. Oppor-  
tunè te huc attulisti. Optatus ades. Inter cunctus tuus est  
mihi uehementer gratius. M O. Fortassis aliquid seriæ  
rei inter uos agitur, cui nolim esse impedimento. D R.  
Imò lupus, quod aiunt, ades in fabula. Nam de te sermo  
erat. M O. Facile crediderim: nam mihi huc uenienti mi-  
rè tinniebat auris. D R. Vtra? M O P. Læua. Vnde  
coniçcio nihil magnificè de me fuisse prædicatum. D R.  
Imò nihil non honorificum. M O. Vanum igitur fues-  
rit oportet. Sed quid est bona rei? D R. Aiunt te uen-  
torem esse factum. M O. Imò iam intracasscs meos est  
præda quam uenabar. D R. Quenam? M O. Lepi-  
da puella, quam perendic ducturus sum: uosq; oro, ut  
meas nuptias uoxtra præsentia dignemini honestare.  
D R. Quenam est sponsa? M O. Aloisia Chremetis  
filia. D R. Egregium spectatorem formarum. Tuis o-  
culis adlibuit illa negro capillatio, simis naribus, ore præ-  
largo, uentre prominulo? M O. Desinite. Mihi eam die-  
xi, non uobis. Non sat est, quod suo regi pulchra est regi  
na! Ita demum illa mihi placebit, si uobis nō admodum  
placeat.

Lupus infa-  
bula. uide chi-  
liad. 3, cent. 8,  
proverb. 56.

Suo regi. uid:  
prover. Suu n  
cuiq; pulchri

## ALIA. SYRVS, GETA.

S Y. Opto tibi multam felicitatem. G E. Et ego ti-  
bi conduplicatū opto, quicquid optas mihi. S Y. Quid  
agis rei? G E. Confabulor. S Y. Quid? confabulare  
solus? G E. Ut uidcs. S Y. Fortasse tecum. Proinde  
tibi uidendum, ut cum homine probo fabuleris. G E.  
Imò cum lepidissimo cogerrone confabulor. S Y. Quo?

b 3 G E. Apw

G E. Apuleio. s y. Istud quidem nunquam non facis.  
 Sed amant alterna Camœna. Tu perpetuò studies. G E.  
 Non est ulla studiorū satietas. s y. Verū, sed est tamē mo-  
 dus quidā. Non omittē la quidem sunt studia, sed tamen  
 intermittenda nonnunquā. Non abiiscienda sunt, sed re-  
 laxanda. Nihil suæ quo d perpetual. Voluptates com-  
 mendat rarer usus. Tu nihil aliud quām studies. Perpe-  
 tuò studies. Continēter incumbis literis. Indesinenter ins-  
 hæres chartis. Studies noctes ac dies. Nunquam non stu-  
 des. Assiduus es in studio. Iugiter intentus es libris. Nul-  
 lum facis studendi finem neque modum. Nullam studijs  
 tuis requiem intermisces. Nunquam studendi laborem  
 nec intermittis, nec remittis. G E. Agè, tuo more facis.  
 Rides me, ut solcs. Nunc ludis tu quidem me. Salse me ri-  
 des. Satyricū agis. Naso me suspendis adunco. Non me  
 fallit tuū scamma. Nunc planè ioco mecū agis. Sum tibi  
 risui. Rideor abs te. Pro delectamento me habes. Nunc  
 me ludos, deliciasq; facis. Eadem opera assue mihi auri-  
 culas asini. Ipsi codices puluere situq; obducti loquun-  
 tur, quām sim immodicus in studio. s y. Emoriar, nilo,  
 quor ex animo. Dispeream, si quid fingo. Ne uiuam, si  
 quid simulo. Loquor id quod sentio. Quod res est, dico.  
 Seriō loquor. Ex animo loquor. Non secus sentio, quām  
 loquor.

## C V R N O N V I S I S.

G E. Quid causæ est, quòd tam diu nos non inuise-  
 ris? Quid rei est, quòd nos tam raro uisis? Quid accidit,  
 quòd tanto tempore nos non adieris? Quare tam rarus  
 es salutator? Quid sibi uult, quòd nos tam diu non con-  
 ueneris? Quid obstitit, quo minus uisas nos frequetius?

Quid

DE REBUS DOMESTICIS. 21

Quid impedimento fuit, quo minus iam diu feceris nobis tui uidendi copiam?

NON LICVIT PER OCCV

pationes.

S Y. Non licuit per ocium. Volui quidem, at non licuit mihi per mea negotia. Hactenus non sinebant negotia, ut te uiscerem. Non patiebantur unde negotiorū, quibus inuoluebar, ut te salutare. Occupatior fui, quam ut potuerim. Tam uarijs distingebar curis, ut mihi non fuerit liberum adire te. Vix mihi ipsi fuit copia mei, sic me totum molesta quedam negotia possidebant. Negotijs meis imputabis, non mihi. Non defuit uoluntas, sed uetuit necessitas. Hactenus non uacauit. Hactenus non contigit ocium. Hactenus non fuit uicuum. Non licuit per ualeitudinem. Non licuit per tempestatem. G E. Ego quidem accipio tuam excusationem, sed hac lege, ne saepius utaris. Excusatio tua iustior est, quam uellem: siquidē ualeudo fuit in causa. Hac lege mihi purgatus eris, si quod factum est, officio sarcias. Si superiorem cessationem crebra uisitatione pensas. S Y. Tu nihil moraris istiusmodi officia nimium uulgaria. Amicitia nostra firmior est, quam ut sit officijs istis uulgaribus alenda. Satis crebro uisit, qui constanter amat. G E. Male sit istis curis, quae te nobis admunt. Quid imprecer istis negotijs, quae tales amicū nobis inuident. Pēsimè sit isti febri, quae nos tam graui desiderio torfit tui. Male pereat ista febris, te incolumi.

MANDANDI AC POLLICENDI.

JACOBVS, SAPIDVS.

R A. Quæso ut hæc res tibi cordi sit. Etiam atq; etiam

b 4 rogo,

rogo, ut hoc negotiū tibi sit curæ. Hac in re uelim, ut totum Sapidum exeras. Si me amas, causam hanc tractabis diligenter. Hac in re quæso ut aduigiles. Curabis hanc rem mea causa diligenter. Si uerè is es, quem semper esse te mihi persuasi, fac ut sentiam hac in causa, quantime facias. s.a. Desine, ego tibi hoc effectum reddam, & quidem propediem. Euentum præstare non possum: illud polliceor, mihi nec fidem, nec studium defuturum. Curabo diligentius, quam si mea res ageretur: quamquam meam esse duco, que sit amici. Faciam ut in me quiduis desideres citius, quam fidem ac diligetiam. Tu fac in utrancq; dormias aurem, ego tibi hoc confessum dabo. Tu quietus esto, in me recipio prouinciam omnem. Gaudeo mihi datam occasionem, qua declarem animum in te meū. Evidem oratione nihil polliceor, sed re præstabo quicquid est amici sinceri, & ex animo bene uolentis. Nolim te lactare uana spe, illud efficiam, ut dicas hoc negotiū mandatum amico.

S V C C E S S V S.

s.a. Res succedit opinione melius. Fortuna uotis utriusque fuit. Si fortuna tibi nupsisset, non potuisset esse obsequentior. Res tua & uentis & amne sequundo processit. Vicit etiam uota nostra fortunæ fauensis afflatus. Opinor te litasse Rhamnusia, cui sic ex sententia cœidunt omnia. Plus impetraui, quam fuissim ausus optare. Ventis per omnia sequundis hic cursus nobis peractus est. Res omnis cecidit ex sententia. Pulchrè nobis cecidit hæc alca. Opinor uolasse noctuā, adeò feliciter exiit nobis parum sapienter institutum.

In utrancq; ui-  
de chil. 1, c. et.  
9, proverb. 19.

Rhamnusia,  
fortunę cognō-  
mentū est, à lo-  
co: quē admo-  
dum dicimus  
Paphiam &  
Cypridem.  
Litat aut̄, non  
quisquis sacri-  
ficiat, sed cuius  
sacrū deo pla-  
cuit.  
Volasse noct. uide proverb.  
Noctua uoli-  
tat.

GRATIA

## GRATIARVM ACTIO.

IA. Evidem & gratiam habeo, & habiturus sum,  
 quoad uiuam, maximam. Pro isto tuo in me officio pa-  
 res agere gratias uix possum, referre nequaquam. Vi-  
 deo quantum debeam tuo in me studio. Nihil miror,  
 neque enim tu quicquam noui fecisti, & hoc magis de-  
 bco. De isthoc tuo in me officio, amo te mi Sapide, ut  
 par est, maxime. Quod hac in causa præstiteris amicum  
 minimè aulicum, & habetur à me gratia, & habebitur  
 semper. Quod meum negocium tibi cordi fuerit, amo  
 te, & habeo gratiam. Isthoc officio gratiam inisti apud  
 me maximam. Pergratum est, quod causam meam ege-  
 ris bona fide. Ex omnibus officijs quæ tu plurima in me  
 contulisti, hoc est longè gratissimum. Referre gra-  
 tiam parem nequaquam possum, agere accuratius,  
 inter nos superuacancum sit: quod unum possum, habe-  
 bo dum uixero. Isthoc beneficio fateor tibi me magno  
 pere deuinctum esse. Hoc nomine plus tibi debeo, quam  
 ut unquam soluendo esse queam. Hoc beneficio arctius  
 me tibi deuinxi, quam ut possum dissoluere. Obligatio-  
 rem me tibi reddidisti, quam ut nomen meum è tuo dia-  
 rio possum unquam expungere. Hoc officio me sic tuum  
 reddidisti, ut nullum mancipium aequè sit in rebus heri-  
 sui. Hac in re me tibi deuinctiorem reddidisti, quam ut  
 unquam es alienum possum resoluere. Plurimis nominis  
 bus tibi debeo, sed non alio plus quam hoc. Pro medio/  
 cribus beneficijs agēda sunt gratiae, hoc maius est, quam  
 ut conueniat uerbis gratias agere.

## RESPONSIO.

SA. Aufer mihi ista. Maior est nostra necessitudo,  
 b s        quam

Vide Chit.  
 Diariū, codi-  
 cilli siue com-  
 mentarioli re-  
 rum actarū in  
 singulos dies.

quām ut uel tu mihi, uel ego tibi pro ullo officio debet  
gratias agere. Non contuli hoc in te beneficium, sed re-  
tuli. Mibi quidem abunde relatam gratiam arbitror, si  
gratum est, quod feci sedulo. Non est cur mihi gratias agis, si pro tot tuis in me beneficijs non uulgaribus hoc  
officiolum rependi. Evidem nihil laudis meror, ingra-  
tissimus habendus, si defuisse amico. Quicquid est in  
rebus meis, quicquid mea cura præstari potest, hoc tam  
tuum esse ducito, quām id quod est maximè tuum. Vi-  
deor mihi beneficium accepisse, quod nostrum officium  
boni consulit. Pro tantillo officio mihi tā accuratē gra-  
tias agis, quasi non multo maiora tibi debet. Sibi benc  
facit, qui bene facit amico. Qui bene meretur de ami-  
co, non dat beneficium, sed fænerat. Si ex animo probas  
officium in te meū, fac utare saepius. Ita credam tibi gra-  
tum esse quod feci, si quoties desiderabis operā meam,  
non roges, sed imperes quod uoles.

## ALIA IN CONGRESSV.

ARNOLDVS, CORNELIUS.

A R. Salve multum Corneli iam toto seculo deside-  
rate. C O. Salve & tu sodalis exoptatissimc. A R.

Profundis ma-  
nibus. Allusit  
ad primū Eu-  
ripidis tragœ-  
diæ, cui titu-  
lus Hecuba:  
ubi sic loquit  
Polydorus:  
Adsum profe-  
ctus ē profun-  
dis manibus,  
id est ab infe-  
ris.

Iam desperabamus redditum tuum. Vbi tam diu peregri-  
natus es? C O. Apud inferos. A R. Non admodum  
ueri dissimile dicis: adeò nobis redisti squalidus, macie-  
lentus, ac pallidus. C O. Imò ab Hierosolymis adsum ti-  
bi, non à profundis manibus. A R. Quis deus, aut quis  
uetus te illuc adegit? C O. Quæ res adegit alios innume-  
ros? A R. Stultitia, ni fallor. C O. Igitur hoc conuicij non  
in me solū competit. A R. Quid illic uenabare? C O. Ut  
miser essem. A R. Isthuc licebat domi. est' ne illic, quod  
tu putas

tu putes spectatu dignum? c o. Ut ingenuè fatear tibi,  
propemodū nihil. Ostenduntur quædam monumēta ue  
tustatis, quorū mihi nihil non uidebatur cōmentitium,  
Ex cogitatū ad illiciendos simplices & credulos. Imò  
nec hoc arbitror illos scire, quo loco sita fuerit olim Hic  
rosolyma. A R. Quid igitur uidisti? c o. Magnam ubiq;  
barbariem. A R. Nihilo sanctior rediſ? c o. Imò multis  
partibus deterior. A R. Nummatio ergo? c o. Imò  
nudior leberide. A R. An non poenitet igitur tam lon  
ginquæ peregrinationis frustra suscepτæ? c o. Nec pu  
det, quia tam multos habeo stultitiae meæ sodales: nec  
poenitet, quia frustra iam sit poenitere. A R. Nihil eri  
go fructus refers è tam diffīcili peregrinatione? c o R.  
Multum. A R. Quid tandem? c o. Quia posthac ui  
uam suauius. A R. An quia iucundum est meminisse  
laborum actorum? c o. Est isthuc quidem non nihil,  
sed non in hoc sunt omnia. A R. Est ne aliud præmiū?  
c o. Est sane. A R. Quod effare. c o. Magna uo  
luptate, quoties libebit, & ipse me afficiā, & alios men  
tiendo, quoties itinerarium meum recitabo in concilia  
bulis, aut in conuiuijs. A R. Profectò non tu procul  
aberras à scopo. c o. Deinde non minus capiam uo  
luptatis, quum alios audiam mentientes de rebus, quas  
nec audierunt unquam, nec uiderunt. Idq; faciunt tanta  
confidentia, ut quum narrent Siculis gerris uaniora, ta  
men sibi etiam persuadant se uera loqui. A R. Mira uo  
luptas. Non omnino tibi periit oleum & opera, quod  
aiunt. c o R. Imò hoc arbitror aliquanto consultius,  
quād quod faciunt isti, qui paulo pecunia cōducti pro  
ficiuntur in militiā, omnium scelerum scholam. A R.

Nudior lebe  
uide Chil.

Meminisse la  
borū. uide pro  
verb. Achib  
bores.

Siculis ger.  
uide Chil.

Oleū & ope  
ra. uide chil.  
1, cent. 4, pro  
verb. 62.

Sed

Sed illiberalis est uoluptas, ex mendacijs uoluptatem capere. c o. Verum hoc aliquanto liberalius, quam obiectatione uel delectare, uel delectari, aut alia tempus et rem perdere. A R. Cogor equidem pedibus in tua ire sententiam. c o. Verum est et alius fructus. A R. Quis? c o. Si quis erit amicus egregie charus, affinis huic insanie, cum admonebo domi maneat: ut nautæ solent eiecli naufragio, monere nauigaturos, quid periculi sit uitandum. A R. Utinam mihi monitor adfuisse in tempore. c o. Quid? num similis morbus te quoq; corripuit? Num afflauit et te huius mali contagium? A R. Visi Româ et Compostellam. c o. Deum immortalem quanto mihi solatio est, te contigisse stultitiae meæ sociū.

**Quæ Pallas.**  
Allusit ad Homerū, qui sepe Palladē facit huic aut illi suggeste quid facio sit opus.

Quæ Pallas isthuc tibi misit in mentem? A R. Non Pallas, sed ipsa Moria: præsertim cum domi haberē uxorem integrā adhuc ætate, liberos aliquot, et familiam quæ pendebat ex me, et opera mea quotidiana alitur. c o. Oportuit fuisse igitur seriæ rei quippiam, quod te à charissimis tuis distraxerit. Narrā obsecro. A R. Pudet dice re. c o. Non apud me, qui, ut scis, eodem tenear m.ilo. A R. Compotabamus aliquot uicini. Vbi uino incaluerat animus, erat qui prædicabat sibi esse in animo salvare diuum Iacobum: erat alter qui diuum Petrum. Illico non defuit unus aut alter, qui spondarent se comites fore. Tandem uisum est, ut omnes irent simul. Ego, ne uiderer parum commodus compotor, pollicitus sum et ipse. Mox agitari coepi, utrò potius iremus, Romam an Compostellam. Factū est senatus consultum, ut bonis auspicijs utroq; postridic profici sceremur omnes. c o. Oraue decretum, dignius quod uino inscriberetur, quam

peri.

eri. A R. Ac mox ingens obambulat patera, quam ubi  
suo quisq; ordine cibis set, uotum factum est in uiolabi-  
le. c o. Noua religio, sed num omnibus contigit redi-  
tus in columnis? A R. Omnibus, praeter quam tribus, quo-  
rum unus in profectione moriens, mandauit nobis, ut  
suis uerbis salutē dicemus Petro & Iacobo. Alter pe-  
riit Romæ, iussitq; ut suo nomine salutaremus uxore ac  
liberos. Tertiū reliquimus Florentiæ, ualeudinis planè  
deploratae. Opinor iam esse apud superos. c o. Adeo ne  
pius erat? A R. Imò nugator maximus. c o. Vnde igitur  
isthuc suspicare? A R. Quia peram habebat indulgentijs  
largissimis distentam. c o. Audio, sed iter est longum in  
cœlum, nec satis, ut audio, tutum, ob latrunculos, qui ob-  
sident regionem aëris medium. A R. Verum, sed ille sat  
erat munitus diplomatibus. c o. Qua lingua descriptiss?  
A R. Romana. c o. In tuto est igitur? A R. Est, nisi forte  
incidat in genium aliquem, qui Latinè nesciat. Tum es-  
set illi redeundum Romam, & nouū diploma impetrar-  
dum. c o. Bullæ uenduntur illic & mortuis? A R. Maxi-  
mè. c o. Sed interim illud mihi monendum es, ne quid ef-  
futias incogitantius. Iam enim corycæis plena sunt om-  
nia. A R. Ego uero nihil cleuo indulgentias, sed combibo  
nis mei stultitiam rideo, qui quum esset alioqui nugator  
nugacissimus, salutis suæ proram, ut siuint, ac puppim in  
membrana collocarit potius, quam in correctis affecti-  
bus. Sed quando fruemur illa uoluptate, quā modo præ-  
dicabas? c o. Quum erit cōmodum. Adornabimus com-  
potatiunculam aliquam, uocabimus nostri ordinis ho-  
mines. Ibi certabimus mentiendo, nosq; affatim mutuis  
mendacijs oblectabimus. A R. Agè, fiat.

Corycæis, id  
est obrectato-  
ribus. Vide  
proverb.

DE CAPTANDIS  
ALIA.

PAMPHAGVS, COLES.

P A. Aut parum prospiciunt oculi, aut Coclitem ueterem compotorem meum uideo. C O. Imò nihil te fablunt oculi tui, uides sodalem ex animo tuum. P A. Nulla cuiquam erat spes redditus tui, qui tot annos absueris, ignoris omnibus, quæ te terrarum haberet regio. Sed unde, dic queso? C O. Ab Antipodibus. P A. Imò ab insulis, opinor, fortunatis. C O. Gaudeo quòd agnoueris sodalem tuum: nam uerebar, ne sic domū redirem, quem admodum redijt Vlysses. P A. Quó nam pacto redijt ille? C O. Nec ab uxore est agnitus. Solus canis iam uetus mota cauda dominum agnouit. P A. Quot annos ille domo absuerat? C O. Viginti. P A. Tu plures absuisti, nec tamen sefellit me tua facies. Sed quis isthuc narrat de Vlysse? C O. Homerius. P A. Oh, ille, ut aiunt, pater est omnium fabularum. Fortassis uxor interim ascicuerat taurum alium, & idcirco non agnouit Vlyssem suum. C O. Imò nihil illa castius. Sed Pallas addiderat Vlyssi scenium, ne posset agnoscere. P A. Qui tandem agnitus est? C O. È tuberculo, quod habebat in dito pedis, id animaduertit nutrix iam admodum anus, dum illi pedes lauat. P A. O curiosam lamiam. Et tu miraris, si ergo te agnoui ex isto tam insigni naso? C O. Nihil me poenitet huius nasi. P A. Nec est quur poeniteat, quum organum tibi sit ad res tam multas utile. C O. Ad quas? P A. Primum ad extinguendas lucernas erit cornu uice. C O. Perge. P A. Deinde si quid hauriendum erit è cauo profundiore, fuerit loco promiscidis. C O. Papæ. P A. Si manus erunt occupatae, licebit uti uice paxilli. C O. Etiám ne amplius?

Taurū aliū, id  
est adulterū.  
Hor. Queren-  
ti taurū mon-  
stra. Vlyssē  
sic appellat  
maritum, q ni-  
miū diu absu-  
it. Nā Vlyssē  
reducē nullus  
agnouit prae-  
ter canem.  
Lamiae, male-  
fice mulieres,  
que oculos ha-  
bet cum foris  
sunt, quib. per  
spiciūt omnia,  
domi cœcu-  
runt.

ne amplius? P A. Conducet excitando foculo, si defuerit  
follis. c o. Bellè narras. Quid præterea? P A. Si lumen  
officiat scribenti, præbebit umbraculum. c o. Ha ha hæ,  
est præterea quod dicas? P A. In bello nauali præbebit  
usum harpagonis? c o. Quid in bello terrestri? P A.  
Erit loco clypei. c o. Quid deinde? P A. Findēdis lignis  
erit cuneus. c o. Probè. P A. Si praconē agas, erit tuba:  
si clāsicum canas, cornu: si fodias, ligo: si metas, falx: si  
nauiges, anchora: in popina fuerit fuscina: in piscando, ha  
mus. c o. O me felicem, nesciebam me circumferre tam  
ad multa conducibilem supellecītem. Sed quis interim  
terrārum angulus te habuit? P A. Roma. c o. At quā  
fieri potuit, ut in tanta luce nemo te sciret uiuum? P A.  
Imò nusquam magis latent boni uiri, adeò ut sāpe clas  
risima lucc neminem uideas in frequentiforo. c o.  
Redis igitur nobis onuslus sacerdotijs? P A. Venatus  
equidem sum sedulò, at parum fauit Delia. Nam com  
plures illic piscantur hamo, quod dici solet, aureo. c o.  
Stultum piscandi genus. P A. Et tamen pulchrè succe  
dit nonnullis. Sed non omnibus feliciter cadit hæc alia.  
c o. An non insigniter stulti sunt, qui plumbum com  
mutant auro? P A. Sed non intelligis in plumbo sacro  
uenas auris subesse. c o. Quid igitur? redisti nobis nihil  
aliud quam Pamphagus? P A. Non. c o. Quid igitur?  
P A. Lupus hians. c o. Felicius redeūt, qui asini redeūt  
sacerdotiorum sarcina graues. Cur mavis sacerdotium,  
quam uxorem? P A M. Quia mihi placet ocium. Arri  
det Epicurea uita. c o. At me sententia suauius ui  
uunt, quibus est lepida puella domi, quam complectantur  
quoties libet. P A. Sed adde nonnunquam cum non libet.

Harpagones,  
instrumēta q  
bus infectus at  
trahūt nauem  
cōmissuri bel  
lum.

Delia, uenati  
di dea.

Lupus hiās.  
Vide Chil.  
Et aliud est  
ad nomē Pam  
phagus, quod  
Græcis sonat  
omnia come  
dētem.

Amo

## 30 DE CAPTANDIS SACER.

Amo uoluptatem perpetuam. Qui ducit uxorem, uno  
mense felix est: cui contingit opimum sacerdotium, in  
omnem usque uitam fruitur gaudio. C O. Sed tristis  
est solitudo, adeò ut nec Adam suauiter uicturus fuerit  
in paradiſo, niſi Deus illi adiunxiſſet Euam. P A. Non  
decerit Euam, cui ſit opulentum sacerdotium. C O. Sed  
uoluptas non eſt uoluptas, quæ cum mala fama, malaq;  
conſcientia coniuncta eſt. P A. Verum dicis, & idcir  
co mihi in animo eſt, confabulatione librorum ſolitudi  
niſ tedium fallere. C O. Iſtis quidem ſodalibus nihil iu  
cundius. Sed rediſ ne ad tuam piftationem? P A. Re  
deo, ſi liccat patrarc nouam eſcam. C O. Aurēam ne,  
an argenteam? P A. Vtramlibet. C O. Bono animo  
eſt, pater ſuppeditabit. P A. Nihil illo tenacius. Nec  
crediturus eſt denuo, quum intellexerit mihi ſortem ei  
tiam periffe. C O. Verū ista lex eſt alea. P A. Sed  
ille non delectatur hac alea. C O. Si pernegabit ille,  
commonſtrabo tibi unde poſſis quantum uoles pecunia  
ſumere. P A. Tu uero mihi uoluptatem narras: agè,  
monstra, iam cor mihi ſalit. C O. In promptu eſt. P A.  
Nactus eſt theſaurum aliquem? C O. Si nactus eſſem, mi  
hi nactus eſſem, non tibi. P A. Si quicam corraderet cen  
tum ducatos, reuixerit ſpes. C O. At ego tibi commoni  
ſtro, unde poſſis haurire centum milia. P A. Quin tu  
igitur me beate ne diutius eneca. Dic unde? C O. Ex Af  
ſe Budæi. Illic reperies innumeratas myriades, ſiue aurea  
malis monetam, ſiue argenteam. P A. Abi quod dignus  
eſt cum tuo ioco. Illinc tibi resoluam quod debuero pe  
cunia. C O. Resolues, ſed quod illinc tibi numeraro.  
P A. Agè, noui naſum tuum. C O. At mihi præ te na  
ſus eſt

## MILITIS CONFESSIO. 32

Sus est nullus. Imò nihil te nasutius. Nihil es nisi nasus.

P A. Ludis in re sceria. Hac in re ringi possum citius, q̄ ri-  
dere. Rēs grauior est, quām ut ridere liceat. Tu si hic es  
ses, non luderes. Sum tibi ludibrio. Illudis mihi, & illu-  
dis me. Ioco me tractas in re neutiquam iocosa. C O. Mi-  
nume video, id quod res est dico. Non video quidem, imò  
rem ipsam dico. Seriō loquor. Ex animo loquor. Simpli-  
citer loquor. Vera loquor. P A. Ita tibi semper stet in ca-  
pite pileum, ut ista tu simpliciter loqueris. Sed cesso abi-  
re domum, cogniturus quo statu sint illic omnia. C O.  
Offendes noua permulta. P A. Credo, sed utinam omnia  
ex animi sententia. C O. Isthuc optare licet omnibus, sed  
hactenus obtigit nemini. P A. Hoc quoq; commoditatis  
adferet utriq; nostrūm sua peregrinatio, quod dulcior  
erit posthac domus. C O. Nescio, nam video quosdam  
septies illō recurrere. Adeò scabies illa sine fine solet  
prurire, si quem semel inuaserit.

## A L I A. M I L I T A R I A.

HANNO, THRASYMACHVS.

H A. Vnde redi nobis Vulcanus, qui Mercurius hinc  
abieras? T H. Quos Vulcanos, aut quos Mercurios mi-  
hi narras? H A. Quia alatus uidebare cum abires, nunc  
claudicas. T H. Sic à bello rediri solet. H A. Quid tibi cū  
bello, homo quouis dama fugacior? T H. Spes prædæ redi-  
dicerat fortē. H A. Multum igitur refers manubiarum?  
T H. Imò zonam inanē. H A. Tanto minus grauare sar-  
cina. T H. Atqui sceleribus onustus redeo. H A. Grauis  
profecto sarcina, si uerū dicit propheta, qui peccatum ap-  
pellat plumbū. T H. Plus illic scelerū et uidi, & patraui,  
quām unquā antehac in omni uita. H A. Ecquid igitur

Ringitur ira-  
tus: non ridet.  
Rictus igitur  
est diductio la-  
biorū, sed præ  
dolore: cum ri-  
sus sit ex gau-  
dio.

Stet in capite,  
Proverbiū est  
in eos qui di-  
uersum sentiat  
ab ijs quæ di-  
eunt, id est præ  
postere stet pi-  
leum.

Thrasym. id  
est audax in  
pugna, nomē  
aptum militi.  
Vulcanus fin-  
gitur claudus,  
Mercurius  
alatus.  
Manubiae, po-  
cuniae spolijs  
collecta.  
Zona inanē,  
uide proverb.  
zonā perdi.

C arridet

arridet uita militaris? TH. Nihil neq; scelestius, necq; ca  
 lamitosius. H A. Quid igitur in me nitem uenit istis, qui  
 nummo conducti, nonnulli gratis, currunt ad bellū, non  
 aliter quād ad conuiuiū? TH. Ego nihil aliud coniecas  
 re possim, quād illos agi malis furijs, sc̄einq; totos malo  
 dæmoni ac miseriæ deuouisse, nec aliud, quād hīc ma  
 nes suos anticipare. H A. Ita quidē uidetur. Nam ad res  
 honestas uix ullo precio conduci quicāt. Sed expone noi  
 bis, quomodo gestum sit præliū, & utrō se inclinarit  
 uictoria. TH. Tantus erat strepitus, tumultus, tubarum  
 bombi, cornuū tonitrua, hinnitus equorū, clamor uiros  
 rū, ut neq; uidere potuerim quid gereretur, adeò ut uix  
 scirem ubi essem ipse. H A. Vnde igitur cæteri, qui ex bel  
 lo ueniunt, sic depingunt singula, quid quisq; dixerit aut  
 gesserit, quasi nusquā non adfuerint ociosi spectatores?  
 TH. Ego credo istos mentiri splendide. In tentorio meo  
 quid gestū sit, scio: quid in prælio, prorsus ignoro. H A.  
 An ne hoc quidem scis, unde tibi uenerit claudicatio?  
 TH. Vix, ita me Mauors posthac male amet: suspicor  
 aut saxo, aut equi calce lesum genu. H A. At ego scio.  
 TH. Scis: an tibi narrauit aliquis? H A. Non, sed diuino.  
 TH. Dic igitur. H A. Cū fugeres pauidus, collapsus hu  
 mi, offendisti in silicem. TH. Dispereā, nisi rem acuteti  
 gisti. Adeò uerisi mile est, quod diuinasti. H A. Abi dor  
 mū, & uxori narra tuas uictorias. TH. Illa mihi occinet  
 Solent enco  
mo laudari q  
fortiter se gei  
sissent in bello  
 haud suauē encomium, qui nudus redeā. H A. Sed unde  
 restitues quod rapuisti? TH. Iam pridem restitui. H A.  
 Cui? TH. Scortis, œnopolis, & ijs qui me uicerunt alea.  
 H A. Satis militariter. Par est, ut quod male partū est, pe  
 ius dispereat. Verūm à sacrilegijs, opinor, temperatū est.  
 TH. Imò

T H . Imò illic erat sacrum nihil. Nec profanis parcitum  
est, nec fanis. H A . Quo pacto sarcies? T H . Negant opor-  
tere sarciri, quod in bello commissum sit: iure fit, quod  
illuc fit. H A . Iure belli fortassis. T H . Tenes. H A . At istud  
ius summa est iniuria. Te non patriæ pietas, sed præda

Nisi sacra.  
Allusum est  
ad proverb.  
*ovācū iōpōn,*  
tametsi defle-  
xit in alium  
sensum.

spes pertraxit in bellū. T H . Fateor, & arbitror paucos  
illuc ire sanctiore proposito. H A . Est aliquid insanire  
cum multis. T H . Concionator è suggesto pronunciauit  
bellum esse iustum. H A . Suggestum illud nō solet men-  
tiri. Sed ut iustum sit principi, non continuò iustum est  
tibi. T H . Audiui ex Rabbinis, quod licet sua cuiq; arte  
uiuere. H A . Praeclara ars, incendere domos, dirimere tē-  
pla, uiolare sacras uirgines, spoliare miseros, occidere  
annoxtios. T H . Lanij conductur ad maclandum bouē,  
eur nostra ars reprehēditur, q; conductimur ad mactan-  
dos homines? H A . Non eras sollicitus, quonā esset migra-  
tura anima tua, si contigisset in bello cadere? T H . Non  
admodū. Bona spes habebat animum meum: nam diu  
Barbaræ me scemel cōmendaram. H A . Recepserat illa tu-  
telam tui? T H . Sic mihi uisa est annuere capite aliquan-  
tulum. H A . Quando isthuc tibi uisum est manere? T H .  
Non, sed à coena. H A . Sed tum, ut arbitror, etiā arbores  
tibi uisae sunt ambulare. T H . Ut hic diuinat omnia. Sed  
principia spes erat in diuo Christophoro, cuius imagi-  
nem quotidie contemplabar. H A . In tentorijs? Unde il-  
lic diui? T H . Carbonc pinxeramus illū in uelo. H A . Ni-  
mirū haudquam ficiūlnum, ut aiunt, præsidium erat  
carbonarius ille Christophorus. Sed extra iocū, non ui-  
deo qui posis expiari à tantis flagitijs, nisi te conferas  
Romā. T H . Imò noui uiam breuiorē. H A . Quam? T H .

Suggesto ille,  
opinor utrūq;  
dici, sed sugge-  
stum reperiē  
apud Cicer.  
ex suggesto.

## 34 HERILIA IVSSA.

Ibo ad Dominicales, illic paulo transigā cum commissa-  
rijs. H A. Etiā de sacrilegijs? T H. Etiā si Christū ipsum  
spoliasset, ac decollasset etiā, tam largas habent indul-  
gentias, & autoritatē componendi. H A. Bene habet, si  
uestram compositionē Deus ratam habuerit. T H. Imō  
magis metuo, ne diabolus non habeat ratā. Nam Deus  
natura placabilis est. H A. Quem tibi sacerdotē deliges?  
T H. Cui cognouero quām minimū esse frontis ac bona-  
mentis. H A. Ne non habeant similes labra lactucas. Ab  
illo purus abibis ad corpus dominicū? T H. Quid nīc Po-  
ste aquā semel effudero scutinā in illius cucullā, ego me  
exonerauero sarcina: ipse uiderit qui absoluit. H A. Qui  
scis an absoluat? T H. Scio. H A. Quonam indicio? T H.  
Quia manū imponit capiti, admurmurans nescio quid.  
H A. Quid si reddat tibi omnia peccata tua, cum manū  
imponit, hæc admurmurans: Absoluo te ab omnibus be-  
nefactis, quæ nulla in te comperio: et restituo te tuis mo-  
ribus, talesq; dimitto, qualem accepi. T H. Viderit ille  
quid dicat: mihi satis est, quod me credo absolutū. H A.  
Sed isthuc tuo periculo credis. Fortasse non fuerit satis  
Deo, cui debes. T H. Unde tu mihi obuius, qui mihi con-  
scientiam ē sereno nubilam redderes? H A. Felix occur-  
sus. Bona auis est obuius amicus, qui bene moneat. T H.  
Nescio quām bona, certè parum suavis.

## HERILIA.

## RABINVS, SYRVS.

R A. Heus heus furcifer, iam dudum raucesco clamor,  
re, nec tu tamen expurgisceris: uidere mihi uel cum gli-  
ribus certare posse. Aut oxyus surge, aut ego tibi fuste  
sommū istum excutiā. Quando crapulā hesternā edori-  
mieris?

mieris? Non te pudet somnū hominis in multam lucem  
sternerere? Qui frugi sunt famuli, solent exortū solis ante-  
uertere, curareq; ut herus surgens reperiatur omnia parat-  
ta. Ut aegrè diuellitur à nido tepefacto cuculus. Dū scal-  
pit caput, dum distēdit neruos, dum oscitat, tota abit ho-  
ra. s v. Vix dum diluxit. R A. Credo tibi. Nam tuis ocu-  
lis adhuc multa nox est. Tibi nox adhuc est concubia.  
s v. Quid me iubes facere? R A. Fac ut luceat foculus,  
uerre pileū ac pallium, exterge calceos & crepidas. In-  
uersas caligas primū intus purga scopis, mox foris. Dein  
de suffitum aliquē facito purgando aëri. Accende lucer-  
nam. Muta mihi lineum indusium, ac ad ignem fumi ex-  
pertem sicca lotū. s v. Fiet. R A. Atqui moue te ocyus.  
Iam hæc fecisse oportuit. s v. Moueo. R A. Video, sed ne-  
hil promoues. Ut incedit testudo. s v. Non possum sy-  
mul sorbere & flare. R A. Etiam sententias loqueris car-  
nis? Tolle matulam. Componc lecti stragulas, reuolu-  
cortinas. Verre pauimentū. Verre solum cubiculi. Adi-  
fer aquam lauandis manibus. Quid cessas asinc? Annus  
est prius quām accendas candelā. s v. Vix reperio sciu-  
tillam ignis. R A. Sic heri condidisti. s v. Nec follem ha-  
beo. R A. Ut responsat nebulo, quasi qui te habeat, care-  
at folle. s v. Quām imperiosum habeo dominū: uix hu-  
ius iussis decē expediti famuli fecerint satis. R A. Quid  
ais cessator? s v. Nihil, omnia recte. R A. Non ego te au-  
dio murmurantē? s v. Evidem precor. R A. Credo p. u.  
ter noster inuersum. Precationē, opinor, Dominicā p. r.  
postere. Quid gannis de imperio? s v. Precor tibi ut fias  
imperator. R A. Et ego tibi, ut fias homo ex caudice. Sei-  
quere me ad templum usq;. Mox domū recurrito, lectos

Sorbere et fla-  
re, vide chil. a  
cet. e, pro. 80.

concinnato. Hæc confusa, suo quæq; loco digerito. Fac ut  
nitcat tota domus. Matulam defricato. Hæc sordida sub-  
moueto ab oculis, fortassis inuisent me quidam aulici. Si  
quid sensero prætermissum, uapulabis largiter. s y. His  
sane noui benignitatē tuam. R A. Proinde caue, si sapis.  
s y. At interim de prandio nulla mentio. R A. Vah, ut  
hic mentem habet furcifer. Non prædeo domi. Itaq; sub  
horam decimam ad me transcurrito, deducturus me cō  
ubi sum pransurus. s y. Tibi quidem prospectum, sed  
hic interim nihil est quod edam. R A. Si non est quod  
edas, est quod esuriyas. s y r. Nemo fit esuriendo satur.  
R A. Est panis. s y. Est, sed ater & furfuraceus. R A. De-  
licias hominis. Te quidem fœnum esse oportuit, si pabu-  
lum detur te dignum. An postulas ut te asinum tantum  
placentis saginem? Si fastidis panem citra obsonium, ad  
de porrum: aut si mauis, cepe.

## ALIA.

R A. Est tibi abeundum in forum. s y. Tam procul  
R A. Non sunt nisi sex passus, tibi pigro sunt bis mille.  
Consulam autē tuæ pigritiæ. Eadē legatione multa con-  
ficies negotia: tu suppata in digitos, ut memineris. Pri-  
mum deflectes ad uestiarium, ac thoracem undulatū, si  
iam perfectus est, ab eo recipies. Hinc queres Cornelii  
ueredarium, is plerunq; est in ceruo, ibi potitat, rogabis  
si quid habet literarum ad me, & ad quem diem sit pro-  
fecturus. Deinde conuenies mercatorem pannarium, ro-  
gabis meis uerbis, ne quid solicitus sit, quod pecunia nō  
miscriam ad diem præscriptū, numerabitur propediem.  
s y. Quando, ad calendas Græcas? R A. Rides ganeo,  
inīo ante calendas Martias. In reditu deflectes ad leuā,

&amp; ex

Ex bibliopolis disces, si quid aduectum sit. nouorum libellorum è Germania. Cognosce qui sint, & quanti uenales. Post hæc rogabis Goelnum, ut mihi dignetur csi se conuiua, alioqui coenituro soli. s y. Etiam conuiuas uocas non habes domi unde uel murem pascas. R A B. Proinde tu confectis cæteris, abi ad macellum, & eme nobis armum ouillum, eum curabis diligenter assūm. Audin' hæc? s y. Plura quām uellem. R A. At uide ut memineris. s y. Vix potero dimidium. R A. Etiā hic stascessator? Iam rediſſe oportuit. s y. Quis poſſit unus tot rebus obscundis ſufficere? Deduco ac reduco. Sum illi à ſcopis, à matula, à pedibus, à manibus, à poculis, à libellis, à rationibus, à iurgijs, à legationibus: poſtremò nō ui deor illi ſat occupatus, niſi ſim & coquus.

A iurgijs, ridi  
culi gratia.

## A L I A.

R A. Profer ocreas, nam equitandum eſt. s y. En adſunt. R A. Probè quidem abs te curatæ, totæ albent ſitu. Opinor nec exteras, nec undas hoc anno, adeò rigent præ ſiccitate. Exerge ſubuido panno: mox unge ad ignē diligenter, ac macera, donec molleſcat. s y. Curabuntur. R A. Vbi calcaria? s y. Adſunt. R A. Verū, ſed obduri rubigine. Vbi frenū & ephippia? s y. Sunt in promptiu. R A. Vide ne quid deſit, aut ne quid ruptū, aut mox rumpendū, ne quid nobis ſit in mora, cum erimus in curſu. Propera ad ſellariū, & hoc lorū cura ſarciendū. Reuersus inſpice ſolcas, ſiue calceos equorū, num qui clavi deſint, aut uacillent. Quām macilenti ſunt equi, qu. imq; ſtrigosi? Quoties abſterges, aut peclis illos in anno? s y. Imò quotidie. R A B. Niſi mirum res ipſi loquitur. Ieiunant, opinor, nonnunquam totum triduum. s y. R.

Minime. R A. Negas tu quidē, sed aliud dicturi sint equi,  
si loqui liceat: quanquā satis loquuntur ipsa macie. s v.  
Curo sedulō. R A. Cur igitur tu habitor equis? s v.  
Quia non pascor fœno. R A. Hoc igitur restat. Adorna  
manticam celeriter. s v. Fiet.

## MONITORIA PAEDAGOGICA.

PAEDAGOGVS, PVER.

P A E. Tu mihi uidere non in aula natus, sed in can-  
la, adeò moribus es agrestibus. Puerum ingenuū decent  
ingenui mores. Quoties alloquitur te quispiam cui des-  
bes honorē, compone te in rectum corporis statum, ape-  
ri caput. Vultus sit nec tristis, nec toruus, nec impudēs,  
nec proteruus, nec instabilis, sed hilari modestia tempe-  
ratus: oculi uerecundi, semper intenti in eum cui loquer-  
ris: iuncti pedes, quiete manus. Nec uacilles alienis ui-  
bijs, nec sint gesticulosæ manus, nec mordeto labru, nec  
scabito caput, nec fuditio aures. Vestis item ad decorum  
componatur, ut totus cultus, uultus, gestus, & habitus  
corporis ingenuā modestiā, & uerecundam indolē præ-  
se ferat. P V. Quid si mediter? P A E. Fac. P V. Siccine  
satis? P A E. Nondum. P V. Quid si sic? P A E. Propemo-  
dum. P V. Quid si sic? P A E. Hem satis est. Isthuc tene,  
ne sis incep̄e loquax, aut præceps. Ne uagetur animus in-  
terim, sed sis attentus quid ille dicat. Si quid erit respon-  
dendum, id facito paucis, ac prudenter, subinde præfa-  
tus honorem, nonnunquam & addito cognomento ho-  
noris gratiæ: atq; identidem modicè fleetas alterum ge-  
nu, præsertim ubi responsum absoluoris. Nec abcas, nisi  
præfatus ueniam, aut ab ipso dimissus. Nunc agè, speciu-  
men aliquod huius rei nobis præbc. Quantum temporis  
abfuisisti

abfueristi à maternis ædibus? p v. Iam sex fermè menses.  
P A E. Addendum erat, domine. p v. Iam sex fermè menses, domine. P A E. Non tangeris desiderio matris? p v. Non nunquam sanè. P A E. Cupis eam reuisere? p v. Cupio domine, si id pace liceat tua. P A E. Nunc flectendū erat genu. Bene habet. Sic pergit. Q uum loqueris, caue ne præcipites sermonem, aut hæsites lingua, aut palato immurmures, sed distinctè, clare, articulatè consuescito proferre uerba tua. Si quem præteribis natu grandem, magistratum, sacerdotem, doctorem, aut alioqui uirum grauem, memento aperire caput, nec pigeat inflectere genu. Itidem facito cum præteribis ædem sacrā, aut imaginem crucis. In conuiuio sic te præbebis hilarē, ut semper memineris quid deceat etatem tuam: postremū omnium admoueto manum patinæ. Si quid datur lautiū, recusato modeste: si instabitur, accipe, & age gratias: mox decerpta portiuncula, quod reliquum est, illi reddi to, aut alicui proximè accumbenti. Si quis præbibet, hilariter illi bene precator, sed ipse bibito modicè. Si non sitis, tamen admoueto cyathum labijs. Arride loquentibus, ipse ne quid loquaris, nisi rogatus. Si quid obscenū dicetur, ne arride, sed compone uultum quasi nō intelligas. Ne cui obtricatio, ne cui temet anteponito, ne tua iactatio, ne aliena despicio. Esto comis etiā erga tenuis fortune sodales. Nemine deferto. Ne sis lingua futile. Ita fieri, ut sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Si uideris conuiuiū esse prolixius, precatus ueniā, ac salutis conuiuis, subducito te à mensa. Vide ut horum memineris. p v. Dabitur opera mi præceptor. Nunquid aliud uis? P A E. Adito nunc libros tuos. p v. Fiet.

NICOLAVS, HIERONYMVS, COCLES,  
P A E D A G O G V S.

NI. Iamdudum & animus, & cœlum, & dies inuitat ad ludendum. HI. Inuitant quidē hæc omnia, sed solus præceptor non inuitat. NI. Subornandus orator qui spiam, qui ueniam extorqueat. HI. Aptè quidem dictū, extorqueat. Nam citius clauam extorscis è manu Herculis, quam ab hoc ludendi ueniam. At olim illo nemo fuit ludendi audior. NI. Verum, sed iam olim ille oblitus est, se fuisse puerum. Ad uerbera facilimus est & liberalis, hic parcissimus, idemq; difficilimus. HI. Attamen protrudendus est aliquis legatus, nō admodum uerecum da frontis, quem non illico protelet suis sœuis dictis. NI.

Protelet, turbet. Eat qui uolet, ego carcre malo, quam rogare. HI. Nemo magis accommodus ad hanc legationem, quam Cocles.

Perfrictæ frontis, uide chil. cent. 7, pro verb. 47.

NI. Nemo profecto. Nam perfrictæ frontis est, ac bene linguax. Deinde sensum hominis pulchrè callet. HI. Cocles, ab omnibus nobis magnam inituris gratiam.

CO. Evidem experiar sedulò. Verum si non successerit, ne conferte culpā in oratore uestrum. HI. Bene omnare, si te satis nouimus, impetrabis. Abi orator, redibis exorator. CO. Eo. Bene fortunet legationē meam Mercurius. Salve præceptor. P A E. Quid sibi uult nugamentum hominis? CO. Salve præceptor obseruande. P A E. Insidiosa ciuitas. Satis iam salueo. Dic quid uelis. CO.

Totus discipulorum tuorum grec orat ludendi ueniam. P A E. Nihil aliud quam luditis, etiam absq; uenia. CO. Scit tua prudentia uigore ingeniorū excitari moderato lusu: quicmadmodū nos docuisti ex Quintiliano. P A E.

Sanè

Sanè ut isthuc tenes, quod pro te facit. Laxamento opus est ijs, qui uehementer laborant: uobis qui segniter sturditis, & acriter luditis, freno magis opus est, quam laxatis habenis. c o. Adnitimur pro uiribus. Et si quid ha-  
ctenus cessatū est, pōst diligentia sarcietur. P A E. Oh sar-  
tores. Quis erit fideiussor, aut sponsor isthuc futurum?  
c o. Ego capitis mei periculo non dubitē esse sponsor.  
P A E. Imòculi periculo potius. Scio quam nō sit tutum  
tibi credere, tamen hic periculum faciā quam sis bone  
fidei. Si dederis uerba, posthac nequicquā mecum egeris.  
Ludant, sed gregatim in campis. Ne diuertant ad comi-  
potationes, aut alia nequiora. Maturè se recipiat domū  
ante solis occubitum. c o. Fiet. Exoraui, quanquā ægrè.  
H I. O lepidum caput, omnes amamus te plurimū. c o.  
Sed intcrim cauendū ne quid peccemus, alioqui de meo  
tergo dependendum foret: fideiussi uestro omniū nomi-  
nc. Quòd si quid accidat, non est quòd me posthac uta-  
mini legato. H I. Cauebitur. Sed quod lusus genus potissi-  
mum placet? c o. De hoc in campo consultabimus.

## P I L A.

N I. Nulla res melius exercet omnes corporis partes  
quam pila palmaria, sed aptior hyemi, quam æstati. H I.  
Nullum anni tempus nobis parum accōmodum est ad  
ludendum. N I. Minus sedabitur, si ludamus reticulo.  
H I. Imò reticulum pescatoribus relinquamus, elegantius  
est palma uti. N I. Agè, nihil moror: sed quanti certabi-  
mus? H I. Talitro, sic parceretur pecuniae. N I. At ego ma-  
lo fronti parci, quam pecuniae. H I. Et mihi frons carior  
est pecunia. Aliquo periculo certandum est, alioqui fri-  
get ludus. N I C. Sic res habet, ut dicas. H I E. Vtra pars  
prior

prior euicerit tres lusus, ci uicta pendet sextā drachmā  
partem: sed hac tege, ut quicquid ē uictorijs collectū fue-  
rit, insumatur in conuiuum, ad quod pariter uocentur  
omnes. N I. Placet lex, et rata esto. Superest igitur ut sor-  
tiamur partes. Nam sumus fermē parcs omnes, ut nō ad  
modum referat, quis cui coniungatur. H I. Tu tamē me  
longē peritior es, N I. Ut sim, sed tu felicior. H I. Etiā hic  
ualet fortuna? N I. Illa nusquam nō regnat. H I. Agè, fiat  
sortitio. Euge, bene cecidit, contigere quos uolebā. N I.  
Et nos nostrae sodalitatis non pœnitet. H I. Age dū, simus  
uiri. Amat uictoria curam. Suum quisq; locū gnauiter  
tueatur. Tu mihi consiste à tergo, excepturus pilam, si  
me transuollet. Tu isthic obserua, repulsurus huc ab ad-  
uersarijs reuolantem. N I. Ne musca quidem hāc præter  
uolarit impunè. H I. Agite bonis auibus, mittite pilam in  
tectum. Qui miserit nihil præfatus, frustra miserit. N I.  
Hem accipe igitur. H I. Mittito. Si misericis extra lincas,  
aut infra, suprà uic tectum, uestro damno fuerit, aut cer-  
tè nobis fraudi esse nolim. Tu sane parū cōmode mittis.  
N I. Tibi quidem, at nobis commode. H I. Ut misericis, ita  
remittam. Par pari referam. Sed præstat ingenuè legitū  
meq; ludere. N I. In ludo pulchru est arte uincere. H I.  
Fateor, atq; etiam in bello. Sed habet utraq; pars suas le-  
ges. Et sunt artes illiberales. N I. Credo, plures septē. Si  
gna terminū testula, aut rudere, aut si mauis pileo tuo.  
H I. Tuo malim. N I. Rursus accipe pilam. H I. Mitte. Po-  
ne notā. N I. Habemus duos terminos satis longinquos.  
H I. Ut cunq; sed tamen uincibiles. N I. Planè uincibiles,  
si nemo repugnet. H I. Euge, priorem metam prætercur-  
simus. Vicimus quindecim. Hcus præbete uos uiros: ui-

ceramus & hic, si tu tuo constitisses loco. Sumus igitur  
 pares. n*i*. Nō diu futuri. Vicimus triginta, uicimus qua  
 draginta quinq*ue*. h*i*. Sestertia? n*i*. Non. h*i*. Quid igi  
 tur? n*i*. Numeros. h*i*. Quò pertinet numeri, si nihil est  
 quod numeres? n*i*. Noster hic ludus est. h*i*. Præprope  
 re tu quidē ante uictoriā canis triūphū. Vidi qui uince  
 rēt ab hoc numero, qui nihil habebat. Varia est ut Mar  
 tis, ita lusus alea. Habemus triginta. Iam rursum pares  
 sumus. n*i*. Nunc serio res agitur. Euge, successit, habe  
 mus potiores. h*i*. Non diu habituri. Dixin' Rursum  
 & equalifortuna sumus. n*i*. Diu nutat fortuna, uelut an  
 t<sup>glo</sup> ceps, utris uelit addicere uictoriā. O fors fortuna, si no  
 bis faueris, dabimus tibi maritum. Euge, audiuit uotum.  
 Penes nos est huius certaminis uictoria. Pone notā cre  
 taceam, ne excidat. h*i*. Iam appetit uespera, et sudatum  
 est satis, præstat à ludendo desistere, ne quid nimis. Sup  
 putemus lucrum. n*i*. Nos cuicimus tres drachmas, uos neutrale.  
 duas. Restat igitur una ad compotatiunculam. Sed in  
 terim quis soluet precium pilarū? h*i*. Omnes ex aequo,  
 pro sua quisq*ue* portione. Nam lucrum exilius est, quām  
 ut inde posset aliquid decidi.

## L V D V S G L O B O R V M

## MISSILIVM.

A DOLPHVS, BERNARDVS.

A D. Tu toties apud me gloriatus es, te mirum quer  
 dam esse artificem in certamine mittendorū globorum.  
 Agè, libet experiri qui uir sies. B E. Nihil detrecto, huic  
 si quid libet. Nunc tu planè, quod dici solet, in plainiciē  
 prouocas equum. A D. Et tu senties me nō esse asinum.  
 B E. Placet ne monomachia, ut unus cum uno congre  
 diatur,

 Monoma  
chia, singu  
lare certame.

diatur, an mavis adiungi socios periculi? A D. Malo  
uox myxēs, ne qua pars uictoria decidatur alteri. B E R.  
Isthuc & ipse malo, ut laus in solidum sit mea. A D. Hi  
spectatores erunt & arbitri. B E. Recipio: sed quod erit  
uictori brauiū, aut que uicto poena? A D. Quid si uicto  
amputetur auricula? B E. Imò testium alter execetur po  
tius. Non est magnificentum certare pro pecunia: Tu Ger  
manus es, ego Gallus, decertemus pro sua uterq; gentis  
gloria. Si uicero, tu ter clamabis, Floreat Gallia: si ui  
ctus, quod absit, fuero, totidē uerbis celebrabo tuā Ger  
maniam. A D. Agè, placet conditio. B E. Adsit fortuna.  
Quando periclitantur hoc ludo dux maximæ nationes,  
sint æquales sphæræ. A D. Nostri saxum illud prominens  
haud procul à porta? B E. Noui. A D. Ea erit meta, &  
hæc linea. B E. Esto, sed sint, inquam, pares globi. A D.  
Minus decernas ouum ab ovo, aut sicū à sicu. Sed mea  
non refert, utrum mavis, elige. B E. Mitte. A D. Heus, tu  
mibi non brachium, sed balistam habere uideris, ita tor  
ques globum. B E. Satis momordisti labrum, satis rotar  
sti brachiū: tandem mitte. O uires Hercules, sed tamē  
uincō. A D. Nisi sceleratus ille laterculus obstitisset, præ  
uerterām te. B E. Consiste in sphæræ tuo uestigio. A D.  
Non utar dolo malo. Cupio uirtute, non fraude uincere,  
quandoquidē de gloria certamen est. Bene uertat. B E.  
Ingens profectò iactus. A D. Ne ride prius quam uice  
ris. Adhuc penè pares sumus. B E. Nunc res agitur. Uter  
prior metam contigerit, is uicerit. A D. Vici, canta. B E.  
Sed definiendū erat, quo ludo cōstaret uictoria. Nam  
primo nondum incaluerant uires. A D. Definiant arbit  
ri. A R. Tertio. B E. Placet. A D. Quid ais? Agnoscis ne  
uictorem?

victorem? B E . Tibi fortuna magis aspirauit, viribus & arte nō tibi cessero . Sed quod arbitri pronunciauerint, id sequar. A R . Germanus uicit, & hoc glorioſior est uictoria, quod tamē talem artificem uicerit. A D . Nunc canta Galle. B E . Sum raucus. A D . Hoc Gallis nouum nō eſt, ſed tamē coccyſſa. B E . Floreat Germania ter. A D . Imo ter hoc erat canendum. B E . Contraximus fiticulam, eam ad compotatiunculam, ibi perficietur cantio. A D . Non recuſo, ſi ita uidetur arbitris. A D . Ita commodiū eſt. Melius canet Gallus colluto gutture.

L V D V S S P H A E R A E P E R A N V /  
L V M F E R R E V M .

G A S P A R , E R A S M I V S .

G A ? Agè, nos auſpicabimur. Victo ſuccedet Marcolphus. E R . Scd quod erit uictori præmium? G A . Victus ex tempore faciet & recitat distichon in laudē uictoris. E R . Accipio legē. G A . Vis ne ſortiamur, uter prior incipiatur? E R . Eſto tu prior, ſi lubet, ego malum eſſe abbas. G A . Hoc tua conditio potior eſt, quod tibi nota eſt area. E R . Versaris in tua arena. G A . In hac exercitatio sum, quam in libris. Tamen iſtud perquam exigui momenti eſt. E R . Aequum eſt, ut tantus artifex in hoc certamine mihi largiare nonihil. G A . Imo iſthuc abs te perterē iuſtiuſ, ſed parū eſt honesta precaria uictoria. Is demū uincit, qui ſuo Marte uincit. Ita ſumus parcs, ut non melius cōmiffus fuerit olim cū Bitho Bacchus. E R . Tua sphæra cōmodiōr eſt mea. G A . Et tua uola uincit meā. E R . Ludito legitime, abſq; technis ac dolo malo. G A . Di ces tibi rē eſſe cū homine probo. E R . Sed prius audire cupio huius sphæristerij plebiscita. G A . Quaternio lu-

Sum raucus.  
Alluſit ad gallos gallinaceos, qbus natura ad eſt uox rauca, q pro priè dicuntur coccyſſare. Vnde & Galli uulgo uocant Gallū cocq.

Colluto. Ita Persius, Guttur mobile coluerit. Solet enim medicamentis uox ſerei mollior, qd hic fit uino.

Sphæristeriū, locus in quo sphæris ludit. Habent autē queq; peculiares ſuas leges.

dum

dum absoluit. Qui hanc lincā præterierit, in danno est.  
 Reliquos limites si transilias, sine fraude fiet. Qui globū  
 suo loco mouerit, perdit ius feriendi. E R. Intelligo. G A.  
 En occlusi tibi portam. E R. Sed isthinc te excutiā. G A.  
 Id si feceris, ccedam tibi huius certaminis palmam. E R.  
 Bona fide? G A. Optimā. Nō enim potes alia uia, nisi sic  
 mittas sphærā tuā in parietē, ut resiliat in meā. E R. Id ex  
 periār. Quid ais bone uir? Nónne depulsus es? G A. Fa-  
 teor: utinam tam sapiens es, quam es felix. Sed isthuc  
 centies tentanti, uix semel successerit. E R. Imò si quid  
 audes deponere pignoris, nisi tertio quoq; experimento  
 successerit, uinces. Sed interim redde pactum premiū.  
 G A. Quod nam? E R. Distichon. G A. Reddam. E R. Et  
 quidem ex tempore. Quid arrodis unguē? G A. Habeo.  
 E R. Recita clare. G A. Clariſſimè.

Plaudite uictori iuuenes hic quotquot adcessis,

Nam me qui uicit, doctior est nebulo.

Nónne distichon habes? E R. Habeo, sed quale abs te ab-  
 latum est, tale tibi referetur.

### S A L T V S.

VINCENTIVS, LAURENTIVS.

VI. Libet ne decertare saltu? L A. Ludus iste nō con-  
 uenit pransis. VI. Quamobrē? L A. Quia vētris saburra  
 grauat corpus. VI. Non admodum sanè, qui pransi sint  
 in pædagogio. Nam hi plerunq; coenaturiūt prius q; abi-  
 soluerint prandiū. L A. Quod igitur saliendi genus plau-  
 cet? VI. Auspicemur ab eo quod est simplicissimū, à sali-  
 tu locustarum, siue muis ranarum, utraq; tibia, sed iun-  
 tis pedibus. Qui longissimè promouerit cingulum, cor-  
 tonam feret. Huius ubi erit satictas, aliud atq; aliud ge-  
 nus.

nus expericmur. L A. Evidem nullum recusabo genus,  
nisi quod geritur cum periculo tibiarum: nolim mihi  
rem esse cum chirurgis. VI. Quid si certemus unica ti-  
bia? L A. Iste ludus est Empuse, ualeat. VI. Hastæ innixu-  
salire cum primis est elegans. L A. Liberalius est certare  
cursu. Siquidem hoc certaminis genus apud Vergilium  
proposuit & Aeneas. VI. Verius, sed idem proposuit &  
caetuum certamen, quo non delector. L A. Designa sta-  
dium. Hoc loco sit carcer, quercus ista sit meta. VI. Sed  
utinam adesset Aeneas, qui proponat & præmia uicto-  
ri. L A. Victor abunde magnum præmium est gloria.  
Victo potius dandum erat præmium, solutijs gratia. L A.

Sit igitur uicto præmium, ut lappa coronatus redeat in  
urbem. VI. Evidem non recusarim, si tu præcedas tibia  
canens. L A. Est ingens astus. VI. Nec mirum, quum sit  
solstitium aestuum. L A. Præstiterat natarc. VI. Mihī  
non placet ranarum uita. Animal sum terrestre, nō am-  
phibion. L A. Sed tamen hoc exercitamenti genus olim  
cum primis habebatur liberale. VI. Imò etiā utile. L A.  
Ad quid? VI. Si fugiendum sit in bello, ibi potissimum  
ualent, qui se cursu pedum & natatu exercucrunt.

L A. Artem narras haudquaquam aspernandam. Neque  
enim minus laudis est aliquando bene fugere, quam for-  
titer pugnare. VI. Sū plane rūdis & imperitus natandi, Suberi. Græ-  
nec sine periculo uersamur in alieno elemento. L A. Sed  
assuescere oportet: nemo nascitur artifex. VI. At ego  
istius generis artifices permultos audio natasse, sed nō  
enatas. L A. Expericris primum innixus suberi. VI N.  
Nec suberi fido magis, quam pedibus: si uobis cordi est  
natatio, spectator esse malo, quam certator.

Empuse. Spe-  
ciū est apud  
Aristoph. qd  
apparet unica  
tibia, unde &  
Græci nomē  
dedere.

Stadū, alias  
certa magnitu-  
do est, alias lo-  
cus in q̄ currit  
tur.

Amphibion.  
Amphibia di-  
cunt, quæ si-  
mul et in aqua  
uiunt, & in  
terra ut croco-  
dilus, anates,  
& similia.

Suberi. Græ-  
cis φέρνος,  
corticis gen⁹  
semper fluitas:  
unde qui di-  
scunt natare,  
subiiciunt pe-  
ctori. Horat.  
Nabis sine  
cortice.

PIETAS  
CONFABVLATIO PIA.

ERASMIUS, GASPAR.

E R. Vnde nobis prodis? E popina quapiam? G A.  
Bona uerba. E R. E sphaeristerio? G A. Ne hoc quidem.  
E R. Ex cenopolio? G A. Nequaquam. E R. Quando non  
assequor diuinando, dic ipse. G A. Ex aede Virgini matri  
sacra. E R. Quid illic tibi negocij est? G A. Salutem dixi  
nonnullis. E R. Quibus? G A. Christo, ac diuis aliquot.  
E R. Religiosior tu quidē es, quam pro aetate. G A. Imò  
nullam aetatem non decet religio. E R. Si cupiam esse re-  
ligiosus, patiar mihi iniisci cucullam. G A. Atq; ego idem  
facerem, si quantum caloris adfert, tantundem pictatis  
adferret cuculla. E R. Aiunt uulgò pueros angelicos in  
Satanam uerti, ubi consenuerint. G A. Sed ego prouer-  
bium isthuc ab autore satana natum arbitror. Imò uix  
existimo senem esse ucre pium, nisi qui à teneris annis  
assueuerit. Nihil felicius discitur, quam quod ab ipsa sta-  
tim pueritia discitur. E R. Quid igitur est religio? G A.

**R**eligio quid.  
Est purus cultus numinis, & obseruatio praeceptorum  
illius. E R. Quae sunt illæ? G A. Longum est, sed ut in sum-  
ma dicam, in rebus quatuor est sita. E R. In quibus? G A.  
Primum, ut recte pieq; sentiamus de Deo, de scripturis  
diuinis: atq; ut illum non uereamur modo tanquam do-  
minum, uerum etiam amemus ex intimis affectibus, ut  
patrem beneficissimum. Secundum, ut summa cura  
tueamur innocentiam: ea est, ne quem laedamus. Tertiū,  
ut tencamus charitatem: hoc est, ut de omnibus, quantū  
datur, benc mereamur. Quartum, ut seruemus patienti-  
am. Ea præstat, ut mala nobis illata, si mederi nequea-  
mus, patienter tolleremus, non ulciscentes, nec malum  
malo

malo referentes. E R. Næ tu probus es concionator. Sed  
prætas ista que doces? G A. Evidem adnitor pro mea  
uirili. E R. Qui potes pro uirili, cum sis puer? G A. Me-  
ditor pro uiribus, & quotidie mecum inco rationem: si  
quid cessatum fuerit, corrigo: illud præter decorum, hoc  
dictum petulantius, hoc factum incircunspectius, hoc ta-  
ceri præstiterat, illud omissum. E R. Quando subducitur  
ista ratio? G A. Fermè sub noctem, aut si quando magis  
uacat. E R. Sed agè, dic mihi, quibus studijs totū transi-  
gis diem? G A. Nihil celabo tam fidum sodalem. Manè si  
mul atq; sum expergefactus, id fere fit ad sextā, aut quin-  
tam, pollice signum crucis pingo in fronte & in pectori  
re. E R. Quid deinde? G A. Auspicor initū diei, in nomi-  
ne patris, & filij, & spiritus sancti. E R. Pie sanc. G A.  
Mox paucis saluto Christū. E R. Quid illi narras? G A.  
Ago gratias, quòd cum noctem mihi uoluerit esse pro-  
spcram, precorq; ut diem itidem illum totum mihi bene  
fortunet ad ipsius gloriam, & animæ mæ salutem: utq;  
is qui est uera lux, occasum nesciens, sol æternus, omnia  
uiuificans, alens, exhilarans, dignetur illucescere menti  
mæ, ne usquam impingam in ullum peccatū, sed ipsius  
ductu perueniā ad uitam æternam. E R. Haud inauspica-  
tum diei exordium. G A. Deinde salutatis parentibus,  
quibus secundum Deum primā debeo pietatē, cum tem-  
pus est, consero me ad ludum literarium: sed ut per tem-  
plum, si cōmodum est, sit mihi transitus. E R. Quid illicē  
G A. Rursus tribus uerbis saluto Iesum, ac diuos diuasq;  
omnes, sed nominatim Virginem matrem: tum eos quos  
habeo mihi peculiares. E R. Næ tu mihi probè legisse ui-  
deris illud Catonis, Saluta libenter. Non sat erat manè

d 2 salutasse,

## P I E T A S

50  
salutasse, nisi mox denuò salutares? An non uereris, ne  
molestus sis immodo officio? G A. Amat Christus subi-  
inde appellari. E R. Sed ineptum uidetur alloqui, quem  
non uidet. G A. Nec eam mei partem video, qua illi lo-  
quor. E R. Qua? G A. Animo. E R. Sed ociosum est salu-  
tare non resalutantem. G A. Resalutat si frequenter arca-  
no afflatus. Deniq; abunde resalutat, qui dat quod peti-  
tur. E R. Quid hic ab illo flagitas? Nam video tuas salut-  
tationes esse petaces, cuiusmodi ferè sunt mendicorum.  
G A. Sane non procul aberras à scopo. Preccor enim, ut  
qui puer duodecim annos natus, sedēs in templo docuit  
ipsoſ doctores, cuiq; pater cœlitus emissa uoce dedit au-  
toritatem docendi mortaliū genus, cum diceret: Hic est  
filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum  
audite: quiq; est æterna sapientia summi patris, illustra-  
re dignetur ingenium meū ad perdiscendas honestas li-  
teras, quibus utar ad ipsius gloriā. E R. Quos autem ha-  
bes diuos tibi peculiares? G A. Ex apostolis Paulum, ex  
martyribus Cyprianū, ex doctoribus Hieronymū, è uir-  
ginibus Agnetem. E R. Quæ res istos tibi conciliauit, ele-  
ctio, an casus? G A. Sortitò obuenerunt. E R. Atq; istos  
nihil aliud quam salutas? An ab his quoq; mendicas alii  
quid? G A. Preccor ut me suis suffragijs Christo cōmen-  
dent, efficiantq; , ut illius munere aliquando contingat  
in ipsoř uenire contubernium. E R. Sane rem non uul-  
garem petis. Quid tum postea? G A. Ad ludum prope-  
ro, & quod is locus postulat, toto ago pectore. Sic enim  
imploro Christi præsidium, quasi citra illius opem nihil  
efficiat nostrum studiū: sic studio, quasi ille nihil auxilijs  
sit latus, nisi gnauiter laborati. Ac modis omnibus do  
operam,

operam, ne meritò uapulem, ne quid dicto, factò ut uel  
præceptorem offendam, uel sodales meos. E R. Probus  
es, cum ista cogitas. G A. Cum dimissus à ludo domum  
propero, rursus, si licet, per adem sacram iter facio, rur-  
susq; tribus uerbis saluto Iesum. Si quid est obsequij præ-  
standum parentibus, obeo. Quòd si quid etiam superest  
temporis, mecum aut cum sodali repeto, quod prelectum  
est in schola. E R. Næ tu perparcus es tēporis. G A. Nec  
mirum, si parcus sum rei ut multo preciosissimæ, ita irre-  
cuperabilis. E R. At Hesiodus docet in medio parcendū  
esse: in principio præproperā, in fine scrā esse parsimo-  
niam. G A. Recte Hesiodus de uino: sed etatis nulla est in  
tempestiuia parsimonia. Doliū si sinas, non exauritur:  
at etas nunquam non defluit, siue dormias, siue uigiles.  
E R. Fateor, sed quid deinde rei geritur? G A. Adornata  
parentibus mensa, recito consecrationem, deinde pran-  
dentibus ministro, donec iubeor & ipse prandium sume-  
re. Actis gratijs, si quid uacat, lusu quo opiam honesto la-  
xo animum cum sodalibus, donec hora reuocat in ludū  
à lusu. E R. Ac rursum salutatur Iesus. G A. Salutatur, si  
cōmodum est. Sin est cur aut non uacet, aut non si tem-  
pestiuum, tamen præteriens templum, cogitati uncula sa-  
luto. Rursus in ludo totis uiribus hoc agitur, quod locus  
postulat. Domum reuersus, idem ago quod ante pran-  
dium. A cœna suauibus fabulis memet oblecto, mox pro-  
speram noctem precatus parentibus ac familie, maturè  
me conseruo ad nidum: illic flexis ante lectum genibus,  
mecum, ut dixi, reputo, quibus studijs is dies peractus fit.  
Si quid est grauioris admissi, Christi clementiam implor-  
o, ut ignoscat, pollicorq; meliora: si nihil est, ago gra-

tias illius beneficentie, quod me scrumarit ab omni uitio.  
Deinde me totum illi toto pectore commendo, ut me  
protect ab insidijs mali genij, & ab obscenis somnijs.  
His factis, leedium ingressus, frontem ac pectus signo cru-  
cis imagine, ac me compono ad somnum. E R. Quo par-  
eto te componis? G A. Nec pronus cubo, nec supinus, sed  
primum lateri dextro innitens, brachijs ita transuersim  
seu decussatim complicatis, ut pectus munit figura  
crucis, dextra manu sinistro admota humero, lœua dex-  
tro. Ita dormio suauiter, donec aut exergiscar ipse,  
aut exciter. E R. Sanctulus es, qui ista possis. G A. Imo  
stultulus es, qui ista dicas. E R. Laudo institutum, si queam  
assequi. G A. Vclis tantummodo. Nam ubi assueveris pau-  
culos menses, erunt haec etiam suavia: adeo uertentur in  
naturam. E R. Sed nihil audio de sacris. G A. Nec hac  
parte mihi desum diebus præcipue festis. E R. In his quo  
modo te geris? G A. Primū omnium exercitio meipsum, nū  
qua labe peccati sit animus contaminatus. E R. Id si com-  
perias, quid tum subducis te ab altari? G A. Nequam  
corpore, sed animo me submoueo, ac ueluti procul stas,  
nec audens attollere oculos ad patrem Deum, quem of-  
fendi, tundo pectus meum, dicens illud ex euangelio cū  
publicano: Domine propitius esto mihi peccatori. Dein  
de si sensero quempiam offensum à me, eum curo plai-  
candum euestigio, si licet: sin minus, statuo in animo mi-  
hi, cum primum licet, reconciliare proximum. Si quis  
offendit me, remitto uindictam, doq; operam, ut qui la-  
sit, agnoscat errorē suum, & resipiscat. Sin eius rei nul-  
la spes est, uindictam omnem Deo relinqu. E R. Istuc  
durum est. G A. An hoc durum, condonare leuem noi-

xiam fratri tuo, cuius ignoscētia tibi mutua sit frequenter opus, cum Christus omnia commissa nostra nobis semel condonarit, & quotidie condonet? Imò mihi uideatur hæc non esse liberilitas in proximum, sed sceneratio apud Deum: perinde quasi conseruus ex pacto remittat conseruo tres drachmas, ut ipsi dominus condonet tanta lenta decem. E R. Per pulchritu[m] quidem philosopharis, si modò certum sit quod ait. G A. An postulas aliquid certius euāgelica cautione? E R. Non est equū. Sed sunt qui se nō credant esse Christianos, nisi quotidie missam, ut appellant, audierint. G A. Horum institutū euidem non damno, præsertim in his qui abundant in ocio, qui ueritatem dices occupantur profanis negocijs. Tantum illos non approbo, qui superstitione sibi persuaserunt, diem fore parum faustum, nisi facient eum aufficati à missa: & statim à sc̄r̄ se conferunt uel ad negociactionem, uel ad prædam, uel ad aulam: ubi si quod per fas nefasq[ue] gerunt, successerit, missæ imputant. E R. Sunt ne qui sic defipient? G A. Magna pars hominum. E R. Sed redi ad sacram. G A. Si licet, isto uicinus altari sacro, quo percipere queam ea quæ sacrificus recitat, præsertim Epistolam & Euangelium. Ex his aliquid conor decerpere, quod in figam animo meo: id mecum aliquandiu rumino. E R. Nihil interim oras? G A. Oro, sed cogitatione magis, q[ui] sit trepit[u] labiorū. Ex his quæ recitat sacerdos, arripio precdi occasionē. E R. Dic isthuc explanatius: nam non satis assequor quid uelis. G A. Dicā: Finge recitari epistolā: Expurgate uetus fermentū, ut sitis noua cōspersio, sicut estis azymi. Ad hæc uerbi sic mecum loquor Christo: Vt in uerè sim azymus, purus ab omni fermento malicie.

Sed tu dominus Iesu, qui solus es ab omni malitia purus  
 ac sincerus, largire ut in dies & ipse magis ac magis ex  
 purgem uestus fermentum. Rursum si forte legatur euangeliū  
 de seminante semen suum, sic oro mecum: Felix  
 ille, qui meretur esse terra bona, precorque; ut ex me terra  
 parum frugifera, sua benignitate faciat terram bonam,  
 sine cuius beneficio nihil omnino bonū est. Sint hæc ex  
 empli causa dicta. Nam singula persequi prolixum sit.  
 Sed si contingat sacrificus mutus, quales multos habet  
 Germania, aut non detur adesse proprius altari, ferè li-  
 bellum paro, in quo descriptū sit eius dici euangeliū &  
 epistola, inde ipse aut pronuncio, aut oculis lego. E R. In  
 telligo: sed quibus cogitationibus potissimum transmittis  
 hoc tempus? G A. Ago gratias Iesu Christo pro ineffabili  
 charitate, quod genus humanū sua morte redimere di-  
 gnatus est, & oro, ne patiatur suum sacrosanctum san-  
 guinē pro me frustra fusum esse. sed suo corpore semper  
 pascat animū meū, suo sanguine uiuificet spiritū meū,  
 ut paulatim adolescens uirtutū auctibus, efficiar idoneū  
 membrum corporis illius mystici, quod est ecclesia: nec  
 unquam deficiam ab illo sanctissimo fœdere, quod in ex-  
 trema coena distributo pane, & porrecto poculo pepe-  
 git cum discipulis suis electis, & per hos cum omnibus  
 qui per baptismum in societate illius insiti sunt. Quod  
 si sensero uagari cogitationē, lego psalmos aliquot, aut  
 aliud quipiam pium, quo l' animum ab euagando cohi-  
 beat. E R. Habes in hoc psalmos certos? G A. Habeo, sed  
 quos non ita mihi ipsi indixi, quin omittā, si cogitatio  
 quæpiā incidat, que magis reficiat animū meū, quam  
 illa psalmorum recitatio. E R. Quid de ieiunando? G A.

Ieiunum.

Cum

Cum iejunio mihi nihil est negotij. Sic enim me docuit Hieronymus, nō esse ualeat dicere atterendam ieunijs, donec corpus etate iustum robur collegerit. Nondum autem egressus sum annum decimum septimum. Sed tamen si sensero opus, prandeo cenoq; parcus, quò me præbeam alacriorem studijs pietatis per diem festum.

E R. Postea aquā cœpī sc̄mēl, expiscabor omnia. Quomo<sup>d</sup>do affectus es erga conciones? G A. Optime. Ad has non

Conciones.

minus religiose accedo, quām ad sacram synaxim. Et tamen deligo quos audiam. Sunt enim quos præstat nō au<sup>d</sup>isse. Quod si talis contingit, aut si nemo contingit, tempus hoc transigo sacra lectione. lego euangelium & epistolam, cum interpretatione Chrysostomi aut Hieronymi, aut si quis aliis occurrit pius ac doctus interpres.

E R. Sed magis afficit uiua uox. G A. Fatcor, & audire malo, si detur concionator tolerabilis: sed non uidetur omnino caruisse concione, si Chrysostomum aut Hieronymum scripto loquentem audiero. E R. Non opinor.

Sed quid te delectat confessio? G A. Magnoperè: nam cōfiteor quotidie. E R. Quotidie? G A. Sic est. E R. Alendus

Confessio.

est igitur tibi propriè sacerdos. G A. Sed illi confiteor, qui uerè solus remittit peccata, cui est potestas uniuersa. E R. Cui nam? G A. Christo. E R. An istud sat esse puritas? G A. Mihi quidem sat esset, si sat esset proceribus ecclesiae, & consuetudini recepta. E R. Sed quos tandem appellas ecclesiæ proceres? G A. Pontifices, episcopos, apostolos. E R. Et inter hos annumeras Christum? G A.

Is est omniū sine controuersia colophon. E R. Et huius receptæ confessionis autor? G A. Is quid: m̄ autor est omnis boni: sed an ipse instituerit hanc confessionem, quod

lis nunc est in usu ecclesiæ, theologiis excutiendum relinquo: mihi puerο & idiote sufficit maiorum autoritas. Hec est certè præcipua confessio: nec est facile confiteri Christo. Non confitetur illi, nisi qui ex animo irascitur suo peccato. Apud illū expono, deploroq; si quid admirari grauius, clamo, lachrymor, ploro, meipsum execror, illius imploro misericordiam: nec finem facio, donec sensero peccandi affectū penitus expurgatū ē medullis animi, & succedere tranquillitatē aliquā & alacritatem, condonati criminis argumentum. Atq; ubi tempus inuitat, ut adeā sacrosanctā mensam corporis & sanguinis Dominici, confiteor & sacerdoti, sed paucis, & nō nisi ea quæ certò uidetur crimina: aut eiusmodi, ut uehemēs suppicio sit crīmē esse. Neq; uero protinus arbitror esse piaculum, hoc est enorme crimen, quod admittitur aduersus quilibet constitutiones humanas, nisi contemptus accesserit maliciosus. Imò uix arbitror crimen capitale, cui non sit adiuncta malicia: hoc est, peruersa uoluntas.

E R. Laudo quod sic es religiosus, ut tamē superstitionis non sis. Hic quoq; puto locum esse proverbio: Nec omnia, nec paſsim, nec quibuslibet. G A. Deligo mihi sacerdotem, cui credam arcana pectoris. E R. Istuc est sapere. Sunt enim pernulti, quod compertū est, qui quod accipiunt in confessionibus, effutiunt. Sunt improbi quidā & imprudentes, qui percontantur à confiteē que praesterat tacuisse. Sunt indocti & stolidi, qui obſordidum quæſtū præbeni aurē uerius quam animū, cum nec diuident inter noxiā & recte factū, nec docere possint, nec consolari, nec consulere. Hæc sic habere frequenter audiui ex mul. is, & ipſe partim expertus sum. G A. Et

Nec omnia.  
chil. 2, cent. 4,  
proverb. 16.

ego

ego nimium. Proinde deligo mihi uirum nō indoctum,  
grauem, si ectate integratatis, linguae continentis. E R.  
Profecto felix es, qui ista mature sapere cœperis. G A.  
Deniq; illa prima mihi curarum est, ne quid cōmittam,  
quod cum periculo credā sacerdoti. E R. Nihil melius,  
si quidem possis cauere. G A. Nobis quidem difficillimū  
est, sed auxiliante Christo facile est. Primum est, ut ad sit  
bona uoluntas. Eam mihi subinde renouo, præsertim die  
bus dominicis. Deinde sub duco meipsum pro uiribus ab  
improbiorū consortio, & sodalibus integrerrimis me ad  
iungo, quorū conuictu fiam melior. E R. Recte tibi con-  
sulis. Corrumput enim mores bonos colloquia praua. G A.  
Ociū cū pestē quandā fugio. E R. Nec mirū, nam  
nihil malorum non docet ocium. Sed ut nunc sunt homi-  
num mores, solus uiuat oportet, qui uelit abesse à malo-  
rum cōsortio. G A. Non omnino uanum est quod dicas.  
Plures enim mali, ut Græcus ille sapiēs dixit. Sed ex pau-  
cis optimos deligo. Et probus sodalis nonnunquam soda-  
lem reddit meliorem. Vito lusus qui prouocant ad ne-  
quitiam, utor innoxijs. Comēm me præbeo omnibus: sed  
familiarem non nisi bonis. Quid si quando incidero in  
malos, aut corrigo blandè monendo, aut dißimulo, tole-  
roq; si uidcor nō profecturus, certè cum primū licet, me  
met ab illis suffuror. E R. Nunquām ne titilluit animū  
tuū libido capiūdæ cucullæ? G A. Nunq; sed crebro soli-  
citatus sum à quibusdā ab hoc seculo, uelut à naufragio,  
ad portū monasteriorū uocantib. E R. Quid ego audio?  
Captabant prædam? G A. Miris technis adorti sunt &  
me et parētes. Sed mihi stat sentētia, nō addicere me uel  
matrimonio, uel sacerdotio, uel instituto monachorum,

Corrumput.  
chil. 1, cōct. 10.  
proverb. 74.

aut

aut ulli uitæ generi, unde post me non queam extricare,  
prius q[uod] mihi fuero probè notus. E R. Quando istuc erit?  
G A. Fortasse nunquā. Sed ante annū uigesimū octauū  
nihil statuetur. E R. Cur ita? G A. Quia audio pa[re]sim tā  
multos sacerdotes, monachos, & maritos deplorantes,  
quod sese temerē precipitarint in scrututem. E R. Cau-  
tus es, qui capi nolis. G A. Interim tria mihi curæ sunt.  
E R. Quæ nam ista? G A. Ut proficiam in probitate mo-  
rum. Dein si id nequeā, certè tue ar illibatam innocentia  
ac famam. Postremo paro mihi ad bonas literas ac disci-  
plinas, in quouis uitæ genere futuras usui. E R. Sed inter-  
rim à poëtis abstines? G A. Non in totū, sed castissimos  
quosq[ue] potissimum lego. Quod si quid inciderit parum  
uerecundum, prætercurro: quemadmodū Ulysses obtu-  
ratis auribus Sirenas præternauigauit. E R. Sed cui inte-  
rim studiorū generi te potissimum addicis? Medicina, iuri  
Cæsareo aut Pontificio, an theologia? Nam linguae, bo-  
nae literæ, philosophia, pariter conducunt ad omnē pro-  
fessionem. G A. Nondum ulli me planè addixi, sed ex om-  
nibus gustum aliquem capio, nc cuiusquā planè sim riu-  
dis: utq[ue] degustatis singulis, certius eligam cui sim accor-  
modus. Medicina ubiuis terrarū certissimum uiaticum  
est. Iuris prudētia uiam aperit ad dignitates. Theologia  
mihi cum primis placeret, nisi me mores quorundā &  
morosæ inter ipsos contentiones offendenterent. E R. Non  
facile labitur, qui sic pedetentim incedit. Complures hi-  
sce temporibus abstinentia theologia, quod uereantur,  
ne uacillent in fide catholica, cūm uideant nihil non vo-  
cari in questionem. G A. Ego quod lego in sacris literis  
& in symbolo, quod dicitur Apostolorū, summa fiducia  
ereta

### V E N A T I O .

credo, nec ultra scrutor. Cætera permitto theologis di-  
sputanda ac definienda, si uelint. Si quid tamen receptū  
est usū populi Christiani, quod non planè pugnet cū sa-  
cris literis, hactenus seruo, ne cuiquam sim offendiculo.  
E R. Quis Thales te docuit istam philosophiam? G A.  
Fuit mihi admodum puerō consuetudo domesticā cum  
integerrimo uiro Ioanne Coletō. Nostin' hominē? E R.  
Quid n̄ etanquā te. G A. Is eam ætatem huiusmodi præ-  
ceptiunculis imbuit. E R. Non inuidēbis, si me præbeam  
æmulum instituti tui? G A. Imò iſthoc nomine mihi futu-  
rus es multo charior. Scis enim similitudine morum cō-  
glutinari familiaritatem ac benevolentia. E R. Verum,  
sed non inter competitores eiusdem magistratus, quum  
simili laborent morbo. G A. Nec inter eiusdem sponsæ  
procos, quum pariter laborent amore. E R. Sed extra io-  
cum experiar imitari rationem istam. G A. Præcor ut ti  
bi ueritat quād optime. E R. Fortassis assequar te. G A.  
Ut nam & præcurras. Sed interim non operiar te, quin  
ipse quotidie meipsum superare contendō: sed tamen ad  
nitere, si potes, ut anteueretas.

### V E N A T I O .

P A U L V S, T H O M A S, V I N C E N T I V S, L A V I  
R E N T I V S, B A R T H O L V S.

P A. Trahit sua quenq; uoluptas. Mihi placet uenati-  
o. TH. Placet & mihi, sed ubi canes, ubi uenabula, ubi  
casses? P A. Valeant apri, ursi, cerui & uulpes, nos insu-  
diabimur cuniculis. VI. At ego laqueos iniiciā locustis.  
Insidiabor gryllis. L A. Ego ranas captabo. B A. Ego pa-  
piliones uenabor. L A. Difficile est sectari uolantia. B A.  
Difficile, sed pulchrum, nisi pulchrius esse ducis sectari  
lumbri

lumbricos aut cochleas, quia carent alis. L A. Equidem  
 malo insidiari piscibus, est mihi hamus elegans. B A. Sed  
 unde parabis escam? L A. Lumbricoru ubiq; magna est  
 copia. B A. Est, si tibi uelint prorepere e terra. L A. At  
 ego mox efficiam, ut multæ myriades prosiliant. B A.  
**Quo pacto: incantamentis?** L A. Videbis artem. Imple  
 hanc situlam aqua. Hos iuglandiu summos cortices ui  
 rentes confractos immittito. Hac aqua perfunde solum.  
 Nunc obserua paulisper. Vides emergentes? B A. Rem  
 prodigiosam video. Sic olim, opinor, exiliebant armati  
 ex satis serpentis dentibus. Sed pleriq; pisces delicatio  
 ris & elegantioris sunt palati, quam ut esca tam uulgai  
 ri capiantur. L A. Noui quoddam insecti genus, quo tali  
 bus insidiari soleo. B A. Tu uide an possis imponere pi  
 scibus, ego ranis facessam negocium. L A. Quomodo: re  
 ti? B A. Non, sed arcu. L A. Nouu piscandi genus. B A.  
 At no iniucundu. Videbis & fateberis. vi. **Quid si nos**  
 duo micemus digitis? P A. Ignauu est ac rusticum lusus  
 genus. Ad focum desidentibus magis conuenit, quam in  
 campo uersantibus. vi. **Quid si certemus nucibus?** P A.  
 Nuces admodum pucris relinquamus, nos grandiuscu  
 lisumus. vi. Et tamen nihil aliud adhuc, quam pueri su  
 mus. P A. Sed quibus decorum est ludere nucibus, iisdem  
 non indecorum est equitare in arundine longa. vi. Tu  
 igitur praescribito lusus genus: sequar quoque uocaris.  
 P A. Et ego futurus sum omnium horarum homo.

E V N T E S I N L V D V M  
LITERARIUM.

SYLVIVS, IOANNES.

S Y. Cur adeo curris Ioannes? i o. Cur lepus, ut aiunt,  
pro

Omnis hor  
chil. 1, cent. 3.  
proverb. 68.  
Lepus p car.  
chil. 2, cent. 1.  
proverb. 88.

pro carnibus s v. Quid hoc prouerbij est: 10. Quia ni  
si adfueris in tempore ante recitatum catalogum, actum  
est de pelle mea. s v. Hac quidem ex parte nihil est peri  
culi. Modo præterita est quinta. Inspice horologium, ma  
nus nondum attigit prædictum, quod horam ab hora &  
quis spacijs dirimit. 10. At ego uix habeo fidem horolo  
gijs. Mentiuntur nonnunquam. s v. At mihi fide, qui cam  
panæ uocem audiui. 10. Quid loquebatur: s v. Horam  
esse quintam. 10. Sed est & aliud, unde magis etiam timeam.  
Reddenda est memoriter hæc ierna lectio, satis prolixa.  
Vereor ut possum. s v. Cōmune periculū narras. Nā &  
ipsc uix satis teneo. 10. Et nosti præceptoris sauitiam. Om  
nis illi noxia capitalis est. Nec magis parcit nostris nati  
bus, q̄ si coriū esset bubulū. s v. Verū is nō aderit in lu  
do. 10. Quē igitur uicariū cōstituit: s v. Cornelius. 10.  
Strabū illū: Væ nostris uatibus. Is uel Orbilio plagosior  
est. s v. Verū dicis, & ideo nō raro sum illius brachio  
precatus paralysim. 10. Nō est piū imprecari præcepto  
ri. Nobis potius cauendū, ne incidamus in illius tyrāni  
manus. s v. Reddamus inter nos uiciſſim, altero recitan  
te, altero codicē inspiciēte. 10. Pulchrè mones. s v. Fac  
præsenti sis animo. Nam metus officit memoriae. 10. Fa  
cile deponerē pauorē, si nō adesset periculū. At in tāto  
discrimine quis possit esse securus animo: s v. Fatcor, at  
tamen non agitur de capite, sed de parte diuersa.

Orbiliū litera  
torē Hor. pla  
gosum uocat.

## A L I A.

CORNELIVS, ANDREAS.

c o. Scite tu quidem pingis, sed charra tua perfluit.  
Charta subhumida est, ac transmittit atramentum. A N.  
Quæso ut appares mihi pennam hanc. c o. Deest mihi  
gladiolus

## 62 AGENDI GRATIAS.

gladiolus scriptorius. A N. En tibi. C O. Hui, quam obtul-  
sus. A N. Accipe coticulam. C O. Vtrum amas scribere  
cuspide duriuscula, an molliore? A N. Attempera ad ma-  
num tuam. C O. Ego molliore soleo. A N. Queso ut mihi  
describas ordine figuras elementorum. C O. Græcas an  
Latinas? A N. Latinas primū. Conabor imitari. C O. Sup-  
pedita chartam. A N. Accipe. C O. Sed meum atramen-  
tum dilutius est subinde infusa aqua. A N. At meū linte-  
lum prorsus exaruit. C O. Immunge, nisi mauis immeie-  
re. A N. Imò potius rogabo alicunde. C O. Præsta habe-  
re domi, quam rogare cōmodato. A N. Quid est schola-  
sticus absq; calamo & atramēto? C O. Quid miles absq;  
clypeo & gladio. A N. Utinam mihi eſſent articuli tam  
celerces. Evidē non p:ſſum dictantis uocē ſcribendo af-  
ſequi. C O. Prima cura ſit, ut bene ſcribas: proxima, ut  
celeriter. Sat citō, ſi ſat bene. A N. Bclle, ſed iſtam cantio-  
nem cane præceptor, cum dictat, Sat citō, ſi ſat bene.

## AGENDI GRATIAS, FORMULA.

P E T. Gratū mihi fecisti, quod aliquoties ad me ſcri-  
pſcris. Habeo gratiam, quod ad me crebrius ſcripſisti.  
Amo te, quod interdum ad me literas dare nō dedita-  
tus es. Habeo gratiā, quod crebris literis me uiferis. Ago  
tibi gratias, qui literarum fasciculis nos oneraris. Maxi-  
ma tibi à me habetur gratia, qui nos aliquando literis  
laceſſueris. Pergratū mihi fecisti, quod nos dignatas ſi-  
tuſliteris. Debo tibi pro tuis humaniſsimis ad me literis.  
Magni beneficij loco ducō, quod non es grauatus  
ad me ſcribere.

## RESPONSIΟ.

C H. Imò meum eſt deprecari culpam impudentię,  
qui

## NOVA ROGANDI.

63

Qui non ueritus sim tibi homini, tu occupatissimo, tum doctissimo, meis illiteratis literis obstrepere. Agnosco solitam tuam humanitatē, qui meam audaciam boni consuleris. Verebar ne quid offendissent te meae literae, q̄ nihil omnino responderes. Non est quod agas gratias: mihi plus satis est, si sedulitatem meam accepisti in bonam partem.

## NOVA ROGANDI FORMULA.

P E. Nihil ne nouarū rerum adfertur è patria? Nume quid noui de nostratis accepisti? Quid noui? Ecquid nouarū rerum apportas? Num quid noui fertur? Num quæ res nouæ è patria nunciantur?

## RESPONSIO.

C H. Noui equidem permultum, at nihil ueri. Nouarū rerū quidem satis, at nihil comperti. Noua permulta, at explorati nihil. Non parum noui, at ueri non multum. Nihil adfertur noui. Nouarū rerum nihil prorsus accepi. Certi nihil, noui non nihil. Rumores adferuntur permulti, sed dubij. Plurima est fama, at rerum nihil, firmi nihil. Si uana te capiunt, adfero tota plausta mendaciorum. Fabularum totos modios apporto. Tantum mendaciorum adfero, quantū uix una nauis uehat. P E. Exonerat te quād primum, ne succumbas tanto oneri.  
C H. Nihil habeo præter ea quæ iactantur in tonstrinis, in uchiculis, & in nauibus.

## AN ACCEPISTI LITERAS?

formula.

P E. Nihil ne literarū accepisti? Num aliquas è patria recepijti literas? Nullæ tibi sunt redditæ literæ? Nū quid scriptorum accepisti? Num quas accepisti epistolas? Ecce quas

quas ab amiculis accepisti literas? Nihil epistolarū ad  
nolauit ē Galliae?

## R E S P O N S I O.

C H. Literarum nihil accepi. Ne pilum quidē literarū accepi. Ne tantulū quidem adfertur literarum. Ne  
mo literā ad me. Ne uerbū quidem à quoquā redditur. Tantū literarū accepi iamdiu, quantum uides in oculo  
meo. Evidem pecunias quām literas malim. Argentum  
accipere malim, quām epistolas. Nummos recipere ma-  
lim, quām epistolia. Nihil moror literas, modo ueniat  
argentum. Evidem numerari malo mihi, quām scribi.

## C R E D O, F O R M U L A.

P E. Facile credo. Haud difficile creditu est. Credi istud  
per facile potest. Istud tibi quis non credit? Admodū in-  
credulus furcit, qui hoc tibi non credat. Profectō habeo  
tibi fidem. Istius rei mihi facile fidē facis. Credo tibi uel  
iniurato. Verisimile dicis. Adferunt tamē nō nihil solatiū  
literā. At ego alterutrum malim, quām neutrum.

## V T I L I T A T I S F O R M U L A.

C H. Quorsum spectant literā sine pecunia? Ad quid  
tandem inanes conducunt literā? Quorsum ualent, ad  
quid conferūt, faciūt, prosunt, proficiunt literā uacuae?  
Cui gratae, cui acceptae literā sine nummis? Quid emolu-  
mēti adferūt literā inanes? Cui bono sunt ociosae literā?  
Quid iuuant? cui sunt usui? Ad quid conducibiles sunt?  
Quid scū adferunt momenti? Cui rei sunt utiles inanes  
epistole?

## R E S P O N S I O.

P E. Podici tergendo utiles, idoneae, accommodae. Con-  
ducunt natibus tergendis. Si usum nescis earū, ad anum  
expurgandum

B E N E   P R E C A N D I .   65

expurgandum ualent. Ad nates tergendas. Ad posticum purgandū. Conferunt ad eam corporis partē mundanā, dām, quae semet identidem inquinat. Valent conuestiēdis scombris. In uoluendo turi sunt accōmodæ. Quid, ualēnt ne amiculi? Quid uxor agit tua? c. h. Recte, eam apud matrem reliqui, & quidem prægnantem.

B E N E   P R E C A N D I .

*Id est, id est,  
subinde. Alius  
sit ad prouer.  
Fugitur w<sup>r</sup>  
euyro uelis.  
Hor. Nec scō  
bros metuen-  
tia carmina,  
nec thus.*

P. E. Bene & tibi & illi uertat: tibi, quod pater: illi, quod mater futura sit. Ad sit Dcūs. Ut utriusque uestrūm faustum felixq; sit precor, optoq;. Quæso, oro superos omneis, ut in columnis prolem uobis dignam pariat, & pulchra faciat te prole parentem. Laudo te, quod uirum te præstiteris. Gaudeo te uirum præstitisse. Gallū te esse declarasti, at non Cybeles. Abi, uirum te iudico. c. h. Ludi, idq; facis tuo more. Agè agè, est tibi ius apud me loquendi quælibet. Audio te patriam nuper reuissc. P. E. Sic est factum. Nam diutiusculè iam absuoram, non ferebam tam diuturnū patriæ desideriū. Non poteram à parentū conspectu abesse diutius. Torquebat me diutinū amicorū desideriū. c. h. Piè fecisti, humanus es, qui ista cogites. Ducimur enim omnes admirabili quodā amore eius regionis, quæ nos aluit atq; edidit. Et,

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos

Dicit, & immemores non sinit esse sui.

Dic quæso, quo nam in statu illuc offendisti omnia?

N O V A   O M N I A ,   F O R M U L A .

P. E. Nihil non nouū. Mutata omnia. Nouata ~~seruū~~  
l. a. Vniuersa noua. Vide quām repēte tempus res mutet  
humanas. Videbar mihi in aliū uenire mundū. Vixdum  
decenniū absuerā, & nō secus omnia admirabar, quām

Epimenides somniorum princeps, uix tandem expergefactus. c h. Quænam ista est fabula? Quid isti: huc est fabula? p e. Dicam equidem, si uacat. c h. Nihil fuerit iucundius. p e. Sellam igitur unâ cum puluino mihi ponit uibe. c h. Recte admones: nam sedens commodius mens

**E**pimenidis tieris. p e. Fabulantur historici de Epimenide quodam fabula. Cretensi, qui deambulandi gratia solus urbem egressus, cum subita pluviæ ui compellente, in quandam spciunam ingressus obdormisset, quadraginta septem perpe tuos annos somnum continuari.

## NON CREDO, FORMULA.

c h. Quid narras? incredibile dictu. Non ucrisimile dictu. Somnium mihi narras. Non fit mihi ucrisimile ueri. Monstri simile narras. Non pudet tamen improba uanitatis? Digna fabula quæ addatur ucris narrationibus Lucretiani. p e. Imò rem narro à grauißimis proditâ auctoribus: nisi forte tibi parvū spectatæ fidei est Aulus Gellius. c h. Mihi uero quæ scribit ille, folia Sibyllæ sunt omnia. p e. Quid tandem theologum tot annos somniasse reris? Nam theologū fuisse proditum est. c h. Audire gestio.

## RESPONSIO.

p e. Quid aliud, quam quæ postea prodidit Scotus, & huius farinae sodales? Sed bene cum Epimenide actum est, qui uel tandem ad se redierit. Multi theologi nunquam expurgiscuntur à suis somnijs. c h. Age, facis ut poëta dignum est: sed perge mentiri. p e. Epimenides igitur somno solitus, è spelunca prodit, circunspicit, mutata uidet omnia, sylvas, ripas, flumina, arbores, agros, breuiter nihil nō nouum. Accedit ad urbem, percontatur, manet illuc aliquandiu, neq; nouit quenquā, neq; à quopiā agnitus

## NOMINA AFFINITAT.

67

tus est. Alius hominum cultus, nec idem uultus, mutatus sermo, diuersi mores. Nec miror hoc Epimenidi post tam annorum euensis, cum mihi idem propemodum euenerit, q[uod] pauculos annos absuissem. c h. Quid uterque parentis, uiuunt ne: p e. Viuunt ambo, & ualent utcunq[ue] senio, morbo, deniq[ue] bellorum calamitate confecti. c h. Hec est humanae uitae comoedia. Hec est fatorum lex ine uitabilis. p e. Cœnabis hodie domi: c h. Foris coenatus sum. Foris coenandum est mihi. p e. Apud quem? c h. Apud sacerdotum meum, apud generum meum, apud nurrum meum, apud affinem meum. Affines dicuntur, qui non sanguinis, sed matrimonij coniunctione copulati sunt. p e. Quæ sunt igitur usitata uocabula affinitatum? c h. Maritus & uxor, nota sunt nomina.

Socer                    uxor meæ pater est mihi.

Gener                    filiæ meæ maritus.

Socrus                  uxor meæ mater.

Nurus                  filij mei uxor.

Leuir                  mariti frater.

Leuir dicitur ab uxore, ut Helena Hectorem leuirū uocat, quod esset nupta Paridi.

Fratria                fratriss mei uxor.

Glos                    mariti soror.

Vitricus                matris meæ maritus.

Nouerca                patris mei uxor.

Priuignus              uxor aut mariti filius.

Priuigna                filia alterutrius.

Riuialis                qui amat eandem.

Pellex                 que amat eandem: ut, Thraso riuialis est Phædria, & Europe pellex est Iunoni.

## CRAS MECVM PRANDEAS.

P.E. Ago gratias. Laudo te. In crastinū igitur te ad cœnam uoco. Cras ergo ut mecum cœnes oro. Cras igitur mecum prandeas rogo. Cras igitur te mihi conuiuā uolo.

TIMEO NE NON POSSIM.

C.H. At uercor, ne non licuerit. Ut possum metuo. Veriam, si quidem licet. At metuo, ne non queam.

## Q V A R E?

P.E. Cur non licebit? Quid sic? Quid ita? Quamobrē? Quo pacto? Quid cause? Quid obstat, quo minus possit?

## DOMI ME ESSE OPORTET.

C.H. Tum quidem mihi domi manendum est. Ut domi nocte sim necesse est. Tum certè foris esse non licebit. Cras mihi quoquam ire foras, liberum non erit. Prandio abesse mihi integrum nō erit. Aliquot ipse conuiuas eo die operior. Aliquot amiculi constituere ea nocte domi nostræ cœnare. Ipsi mihi conuiuae sunt ea nocte tractandi, alioqui lubens uenirem. Ni id esset, haud grauatim facerē. Quod ni esset, haud me tibi difficilem præberem. Non excusarē, si liceret. Non paterer bis rogari, si queam. Parce rogare, uel inuocatus adesset, si quo pacto liceret. Haud grauatae tibi obsequerer, si possum. Frustra rogas cum, cui nō est liberum: frustra item rogaturus, si liberum esset. Nunc ut maxime cupiam, nō possum: tunc superuacancum esset rogare uolentē. P.E. Uel perendie apud me sis oportet. Saltem perendino die ad cœnam uenias, necesse est. Quarto ab hinc die non grauaberis mihi præbre conuiuā. Die Iouis proximo non potes effugere, quin uenias.

NON

## AD CONVIVIUM. 69

### NON POSSVM PROMITTERE.

C H. Non possum polliceri. Affirmare istud tibi non possum. Promittere certum nequoco. Veniam ubi utriq; nostrum uidebitur commodissimum.

### DIEM DICERE DEBES.

P E. Diem igitur mihi constituas uolo, ad quē meū sis cœnaturus. Dicm igitur aſſignes oportet. Diem igitur promittas, necesse est. Diem certum mihi præfui, præscribi, præstitui, constitui opto. Ad certum diem con dicio. Diem mihi dicas uclim.

### NOLO TE PRAESCIRE.

C H. Evidem non soleo dicere diem amicis. Cum quibus mihi parum conuenit, ijs soleo diem dicere. Praescium te esse nolim. Praescire te nolo. De improviso te op primam. Inopinato te opprimam. Te nec opinantem oppressero. Te nihil suspicantem oppressurus sum. Non expeditatus adfuero. Adoriar te nec opinantem. Veniam ultroneus. & insperatus conuiua.

### PRAESCIRE VOLO.

P E. Biduum præscire uolo. Biduum præscius esse cupio. Præmoncto biduo prius, quam uenias. Fac me bi duo ante certiorem. C H. Si me urges, dico tibi diem Sybariticum, ne defit apparandi ſpacium. Sybariticum.  
chil. 2, cent. 3,  
proverb. 67. P E. Quid hoc uerbi est? C H. Sybaritæ conuiuas inuitabant in annum proximum, ut utrinq; esſet iustus apparatus. P E. Valeant Sybaritæ cum suis moleſtis conuiuijs: ego congerro ē uoco, non ſatrapam.

### TVO MALO OPTAS.

C H. Evidem tuo detrimento. Tu opte quidē malo. In damnum tuum istud optas. In commodo istud precas

ris tuo. P E. Quid ita? Quamobrē? C H. Ego instructus accedam. Ego munitus ueniam. Aggrediar te paratus. Instructus multa fame accedam, tu uide ut uulturem ex pleueris. Parabo uentrē, ac dentes exacuam: tu uide quibus modis lupum exatures. P E. Agē ad hoc certamē te prouoco. Agē fac pro uiribus, pro uirili, si quid potes. C H. Veniam, sed non incomitatus. P E. Tanto uenies gravior. Sed quo comite uenies? C H. Vmbra. P E. Nec secus possis, si modō luce uenias. C H. Sed umbram ad ducturus sum dentatam unam atq; alteram, ne tu me uocaris impunē. P E. Age ut libet, modō ne laruas adducas. Sed explana, si libet, quid sibi uelit umbræ uocabus. **Vmbræ. lum.** C H. Apud eruditos umbræ uocantur, qui ipsi non uocati, comitātur eū qui uocatus est ad conuiuiū. P E. Talium umbrarum adduc quantum uoles.

## EA LEGE PROMITTO.

C H. Veniam quidem, at hac lege, ut tu postridic eius dici uiciū apud me coēnes. Faciam co quidem pacto, ut deinde mihi quoq; sis conuiua. Ea lege coēnam condico, ut tu rursum mihi sis conuiua. Spondeo futurum, sed hac exceptione, si tu postero die itidē apud me sis. Recipio tibi facturum me. Do fidem futurū, his quidem legibus, ut tu mecum postridic prandeas. P E. Agē fiat. Esto. Sit ita ut uis. Si iubes, faciam. Noui Gallorum magnificantiam. Non uis gratis apud me coēnare, nisi uices retuleris. At isto quidem pacto redire solent in orbē conuiua. Sic nascitur conuiuorum longa periodus. Hac uicissitudine fiunt sine fine reciproca conuiua. C H. Nullus suauius, si minimum accedat apparatu quotidiano. Ceterū ego te detineo, aliò fortassis iturum. P E.

Imo

P E R C O N T A N D I.

Imò ego te opinor. Sed cras latius & familiarius cōfabus labimur. Verum crastino die plura nugahimur. Interim fac ualeas. Interim cura ut bene ualeas. Interim ualebis.

Q V O I S ? F O R M V L A .

C H . Q uò tu nūc abis? Q uò tu nūc properas? Q uò tu tā celeri grādu tēdis? Q uò nā te cōfers? Q uò nūc iter est?

E O D O M V M , F O R M V L A .

P E . Domum me recipio. Domum reuertor. Domum rcpto. Domum me consero. Viso quid domi agatur. Ac cerso medicū. Rus hinc concedo. Constitui ad hanc horam cum uiro quodam grauißimo colloqui. Statui hac hora congregdi cum uiro grauißimo. C H . Quonā? P E . Cum Curione multiloquo. C H . Preccor igitur tibi præsentem Mercurium. P E . Quid opus Mercurio fauente? C H . Quia res erit cūm linguaci. P E . Atqui hac gratia magis conueniebat, mihi memoriā preccari propitiam. C H . Quid ita? P E . Quia patientissimis auribus opus erit potius, quam strenua lingua. At auris memoriae dica cata est. C H . Quānam iturus es? Quā ibis? P E . Hāc ad sinistram: hāc, illāc, per forū. C H . Comitabor igitur te. Assectabor, ac deducā te ad diuerticulū usq;. P E . Non patiar te circumagi. Nolim te tantum laboris mea causa capere. Isthuc officij serua, cum erit usus, nūc nihil opus est. Ne mea gratia facias uiae tuæ diffendium. C H . Mihi quidem compendium est, frui tantisper amico. Nihil ha beo quod agam, & non sum piger, ni tibi sum molestus comes. P E . Nemo iucundior assecla. At non sīnā, ut mihi claudas lēuum latus: non admittā, ut mihi sinister ambules. C H . Hīc te superis cōmendo. Nolo te longius comitē. Ulterius nolo me comiteris.

## COMMENDANDI FORMVLA.

C H. Tu me Curioni magnopere cōmendato. Fac me Curioni multiloquo quām commendatiſimum facias. Me Curioni commendatum quām diligentissimē curato. Iube ut me sibi commendatiſimum habeat. Ego me illi per te commendatum facio. Me tibi etiam atq; etiam commendo. Me tuæ humanitati quām possum diligentiſimē commendō. Recommodo pro commendo barbaris relinquito. Vide ne pauca cum multiloquo loquaris. Vide ne cum multiloquo sis pauciloquius.

## O B S E Q V I I.

P E. Vis me tibi morem gerere? Vis me tibi obsequiſ Vis tibi obsecundē: Te igitur imitari me iubes? Quando quidē ita uis, faciam libentissimē. Ne sis mihi diuiuſ in mora, imo ne uterq; alteri. C H. Sed prius quām abeas, quāſo te, ne graueris me docere, quo pacto his ſit uten dū, in mora, in cauſa, in culpa: qui ſoles elegatiæ ſtudioſus eſſe. Quare age, doce obſecro, diſſere amabō.

## IN CULPA, IN CAUſA, IN MORA.

P E. Moſ gerendus eſt tibi. Non eſt culpa in me, non eſt culpa in te. Mora eſt in te. In te cauſa eſt: grammaticē quidem dicitur, at multo elegantiuſ.

## IN C U L P A.

Non ſum in culpa. Culpa non eſt mea. Vaco culpa. Quod nihil proficiſtua desidia in cauſa fuit, nō præceptor, nō pater tuus. In culpa omnes eſtis. Ut triq; in culpa eſtis. Ut triq; culpandi eſtis. Ambo accusandi eſtis. Ambo in culpa eſtis. Incidiſti in morbū tuo ipſius uitio, tua ipſius culpa. Itidē dicūtur in uitio eſſe, quibus culpa debet imputari: & in crimine eſſe, q; culpandi ſunt: & in dāno eſſe,

In uitio, in cri  
mine, in dāno  
no eſſe.

*esse, qui damno afficiuntur. Hoc genus sermonis non temere licet inuertere. Damnum in illo est, uitium in illo est.*

## I N C A V S A .

*Quo minus ad te scripserim, morbus in causa fuit.  
Quod rarius ad te scripserim, mea negotia in causa fuerunt, non negligētia. Quid in causa fuit? Quod in causa fuit?  
Ego non sum in causa. Quod nullas à me literas acceperis, tabellarius in causa fuit. Quod tam macilentus es, amor, non studium in causa est. Hoc est causa.*

## I N M O R A .

*Non ero uobis in mora. Quidnam uobis in mora fuit? Tu nobis in mora fuisti. Tu semper in mora es.  
Quid te remoratum es? Quis te remoratus es? Habes quod petebas, tuum est memorie insculpere. Habes aſſeſtatiuncula tuae præmium. Vale mi Christiane. C H. Vale in crastinum & tu mi Petre.*

## I N O C C V R S V .

*C H. Salve multum iucundissime Augustine. A v.  
Salve tantudem mi humanissime Christiane. Felix sit tibi huius diei exortus. Prosper sit tibi hic dies. Quid tandem agitur? C H. Suauiter, ut nunc res nostræ sunt. Et cū pio omnia quæ uis. A v. Merito te amo. Amo te. Amans es. Benignè dicis. Comis es. Habeo gratiam.*

## I R A S C O R T I B I , F O R M U L A .

*C H. At ego non nihil tibi succenso. At ego tibi subirascor. Verum ego tibi sum subiratus. Atqui ego sum in te stomachosior. Atqui non nihil est, uel habeo, quod tibi succensem.*

## Q V A C A V S A ? F O R M U L A .

*A v. Quidnam est istud obsecro? Quid ita? Quam ob  
rem*

## 74 INVITANDI

Promerxi.

Commerxi.

Demerxi.

rem tandem oro? Quid admisi sceleris? Quid cōmerui?  
 Promereor bona, aut laudē. Cōmercō mala, aut pœnā:  
 illud in bonā, hoc in malam partē sumitur. Demeremur  
 eum, quem nobis beneficio reddimus obnoxium.

## QVIA NON CVRAS ME.

C H. Qu' nullā mci tibi cura sit. Quòd nihil nos re-  
 spicis. Quòd tā raro nos reuifas. Quòd nihil nos cures.  
 Quòd me planè negligis. Quòd nostri curam uideris  
 abieciſſe. A v. At nihil est causæ cur succenses. At præ-  
 ter meritū meū. At immerito succenses. Neq; enim cul-  
 pa mca accidit, quòd te rarius uifam. Dabis ueniā occu-  
 pationibus meis, per quas mihi non licet toties, quoties  
 cupio te reuifere. C H. Ita demū tibi ignoscam, si hodie  
 apud me cœnes. Ea conditione purgatus mihi cris, si ue-  
 fperi ad cœnā uenias. A v. Haud iniquas pacis leges præ-  
 scribis Christiane, quare haud inuitū faciam. Evidem  
 faciam uolens. Istud quidem fecero perlubenter. Haud  
 grauate faciam. Hic sanè non me præbebo difficultem. Ni-  
 hil hac re fecero libentius. Animo faciam lubenti. C H.  
 Laudo tuam facilitatem, & hac in re, & in cæteris omni-  
 nibus. A v. Sic soleo amicis obsequi, præsertim non inu-  
 qua p̄tentibus. Ridiculum, an tu me recusaturum puta-  
 bas oblatum, quod ultro etiam erat rogandum?

## NE FALLAS ME, FORMVLA.

C H. Age, at caue ne me deluseris. Caue fallas. Caue  
 s̄p̄em fruſtra ſoueam. Caue luſeris expectantem. Caue mi-  
 hi uerba dederis. Vide ne me fruſtra habeas. Vide ne  
 me uana ſpe lacies. A v. Nihil opus iureiurādo. In cæte-  
 ris, in alijs time perfidiam, hac in re nō fallam. Sed heus  
 tu, caue quicquā paraueris præter quotidiana: mea cau-  
 fa diem

Sā diem festū nolo. Scis me conuiuā minimē edacē, bibā  
cē multo minus. Nostī enim me conuiuā non multi cibi,  
sed ioci plurimi. c h. Curabitur diligēter. Ego te Pythagorica cōēna excipiā, aut fortasse frugaliore. A v. Imō  
Pythagori-  
ca, Diogeni  
cōēna.  
Diogenica, si me delectare uoles. c h. Certe Platonica  
cōēna te excipiā, in qua multum sit literatarū fabularū,  
cibi minimū, cuius uoluptas duret etiā in posterū diem,  
alioqui qui prolixē fuerit acceptus, fortassis eo die suauiter  
afficitur, sed postridic dolet caput, crudus est stomachus. Apud Platonem qui cōēnabat, unā uoluptatem casiebat ex apparatu facili, fabulisq; philosophicis: alterā  
postridic, quod nec capit is grauedinem, nec stomachi  
cruditatē sentiret. Ita prandebat etiā suauiter ex condimento cōēnæ pridianæ. A v. Placet, fiat ut mones. c h. Tu  
uide omnes curas tuas, ac rugas etiam istas domi relinquas. Huc prater rugas & risum nihil adferas. Et, ut  
inquit Iuuinalis:

Protinus ante meum quicquid dolet ex euc limen.

A v. Quid literas mecum uenire non uis? Musas meas  
mecum adducam, nisi quid aliter censes. c h. Tetricas  
Musas unā cum negocijs domi claudas. Blandas Camoenas  
omnes, deinde sales tuos, dicteria, scōmata, facetias, le-  
pores, ridicula omnia tecum adducito. A v. Ita fiet. Ex-  
porrigemus frontem. Bellos homunculos agemus. Ride-  
bimus affatim. Curabimus cutem. Indulgebimus genio.  
Genualiter cōēnabimus. Epicureos agemus. Bonum uul-  
tum faciemus, & erimus boni socij: inelegantiū elegan-  
tiæ sunt, qui suam habent linguam sibi peculiarem. c h.  
Quò nunc properas? A v. Ad generum meū. c h. Quid  
illuc: quid eō: quid illō? A v. Audio nescio quid turbæ  
inter

Bonū uultum  
facere.

inter eos natum, ut redigam eos in gratiam, ut reducam  
in concordia, ut pacem inter eos componam. C H. Beni-  
gnè facis, quanquā nihil te opus esse arbitror. Nam ipsi  
inter se melius hoc bellum cōposuerint. A v. Fortassis et  
induciae iam indictæ sunt, noctu de pacis legibus agetur.  
Sed nunquid me aliud uis? C H. Vocabo te per puerum  
meum. A v. Vbi uoles, domi ero. Bene uale. C H. Bene sit  
tibi. Fac hīc ad quintā horam adsis. Heus Petre, accerse  
ad cœnam Augustinum, qui mihi hodie, ut scis, cœnam  
condixit. P E. Eo. Salve poëta. Cœna iamdudum parata  
est, te herus expectat domi, ubi uoles accedas. A v. Ve-  
nio. Salve mi Christiane. C H. Bene factū, quod uenisti.  
Gaudco te aduenisse. Gratulor mihi, quod aduenisti.  
Nondum quinta sonuit credo. P E. Imò iamdudū præte-  
rita est. Haud longè sexta abest. Instat hora sexta. Mox  
sextā audies. A v. Parui refert an post quintā uenerim,  
nec ne, modò ne post cœnā. Nam post festum uenire, mi-  
serum est. At quorsum tantus apparatus? Quorsum tot  
cpule? Num mc lupū existimas? Num tibi lupus uide or?  
Num me uulturem putas? C H. Non uulturem, sed tamē  
nec cic adam, ut rore uiuas. Nihil est luxus. Mundicies  
mihi semper placuit, sordes detestor. Nec Apilius mihi  
placet, nec Diogenes. Præstat aliquid superesse, quam  
decsse. Si præter cicer nihil apponetur, & fuligo forte  
illapsa in ollam condiret legumen, quid tum ederetur?  
Nec omnia sapiunt omnibus. Itaq; mihi placet moderat  
ta uarietas. A v. Non tu metuis leges sumptuarias? C H.  
Imò peccavi frequenter in diuersum. Nihil nobis opus  
lege Fannia. Satis nos docet frugalitatem ipsa tenuitas.  
A v. Haud ita conuenerat. Longè aliter pollicitus es.

C H. Agé

Post festum.  
chil. 1, cent. 9,  
proverb. 52.

C H . Agè ineptc , nec ipse conuenta seruas . Conuenerat enim , ne quid præter nugas inferres . Q uin hæc missa faciamus . Lauemus ac discumbamus . Heus tu puer , cape guttum ac patinam , linteum ex humero suspende , ministrâ aquam . Q uid cessas ? L au a Augustine . A v . L au a tue prior . C H . Bonâ uerba . Hoc anno perpetuò illotus cœnare mallem . A v . Ridiculum : non honoratori , sed turpiori ante alios lauandum est : laua igitur , ut immūdior . C H . Tu es urbanus plus satis . Es urbanior quàm sat fit , quàm par est . Quorsum attinet ista urbanitas : Huiusmodi cærenonias ineptas mulierculis relinquamus , quæ nunc & ab aulicis fastidiuntur , unde tamen olim profectæ sunt . Lauetis terni aut quaterni simul . Ne teramus tempus huiusmodi moris . Ego nulli designabo locum , sumat sibi quisq ; quem uolct . Qui delectatur igni , hic commodius accumbet . Qui offenditur luce , deligat hūc angulum . Quem delectat prospectus , hic sedeat . Agite , satis morarum . Accumbite . Ego domi sum , uel stans cœnabo , si lubeat , uel obambulans . Cessatis : At interim cœna corrumpitur . A v . Viuamus nunc , curemusq ; cuticulam . Simus nunc Epicurei . Nihil nobis cum fronte Stoica . Valeant curæ . Absit omnis liuor , exulet obtrectatio . Sit mēs lēta , frons hilaris , sermo lepidus . C H . Q uinam sunt isti Stoici atq ; Epicurei , Augustine ? A v . Stoici philosophorum quoddam genus est , triste , seuerū , ieiunum , qui hominus summum bonum honesto , nescio quo , menteintur . Epicurei his longè diuersi , felicitatem hominis uoluptate terminant . C H . Tu igitur cuias es tandem , Stoicus an Epicureus ? A v . Zenonem laudo , at Epicurū uiuo . C H . Q uod tu ioco dicas Augustine , id scrio factitiat hodie

bodie non pauci, pallio tantum & barba philosophi.  
A v. Imò isti uel Asotos superant luxu. C h. Heus Drot  
mo, ades huc: tuo munere fungere, consecra cœnam.

**Consecratio  
mensæ.**

p v. Quicquid appositum est, & quicquid apponetur,  
felix ac sacrū esse iubeat, qui sua benignitate pascit uni-  
uersa. Amcn. C h. Appone epulas. Quid cunctamur ca-  
pum hunc discerpere? quid trepidamus hunc gallum la-  
cerare? A v. Ego Herculem præstabo, ac beluā hanc con-  
ficiam. Vtrum mauis de ala, an de poplitibus? C h. Vtrū  
uis, nihil mea refert. A v. In hoc genere alis prima par-  
tes tribuuntur, in cæteris poplites lautiores putat uulgas.  
C h. Tu multum laboris mea causa suscipis. Tu permul-  
tum laborem mea causa sumis. Tu omnibus ministras,  
ipse nihil edis. Ego tibi alam ministrabo: at ea lege, ut di-  
midium mihi restituas. A v. Ita ne agitur? At istud est ti-  
bi ministrare, non mihi. Tibi serua: ego enim sum impu-  
dentior, quam cui ministrari quicquā debeat. C h. Pro-  
bè facis. A v. Eho, tu lupo cibum ministrasse! Vulturem  
inuitas? C h. At ieunias, non cœnas. A v. Imò me uno  
nihil edacius. C h. Imò mendacius nihil. Proinde agito,  
ac si domi sis tuę. A v. Istud iam planè mihi persuasi.  
Istud iam in animū induxi. Sic stat sententia. Consilium  
est istud facere. C h. Quid tibi hoc uinum placet? Quid  
hoc uilli delectat? A v. Mihi quidē perplacet. Me ceri-  
uehementer iuuat. Me satis delectat. Me non mediocri-  
ter iuuat. C h. Vtrum mauis, rubrum an candidum?

#### NON REFERT QVO SIT COLORE.

**Iuxta aduer-  
bium, sonat  
æque.**

A v. Evidem utroq; iuxta delector. Nihil refert quo  
sit colore, modò sapor placeat. Non labore quantū oculi  
placeat uinum, modò palatum iuuet. Nihil me mouet  
*aspectus,*

aspectus, si sapor placeat. Parui refert, quo sit colore, quē  
habeat colorem, si sapiat bene. Non cupio oculos pasce-  
re, si palato satisfacere queat, modò palatum iuuare pos-  
sit. Nihil moror colorē, modò gratus sit sapor. c h. Cre-  
do. Atqui sunt cœnaticæ philosophiae cum primis periti,  
qui negant uinum esse probandum, nisi quod placeat qua-  
tuor sensibus: oculis, colore: naribus, odore: palato, sapo-  
re: auribus, fama & nomine. A v. Ridiculum, quid fama  
conducit ad potum? c h. Tantū, ut multi non stupidi pa-  
lati uehementer probarint nullū Louanio uernaculum,  
quū crederent esse Belnense. A v. Fortasse iam larga po-  
tatione palatum obsurduerat. c h. Imò nondū attigerat  
poculum. Tamen iudicium tuum audire cupio, hominis  
bis in rebus peritiissimi. A v. Album nostrates rubro præ-  
ferunt, quod rubrum paulo sit acerbius: & alterum exi-  
lius quidē. sed illud mitius, & ut arbitror, salubrius. c h.  
Habemus & subrubrum, et flauum & purpureum. Hoc  
mustum est hornum. Hoc bimum est, si quem capit uetus  
stas. Habemus & quadrum: sed iam uapescit ac desir-  
piscit senio. Aetate uigor euauit. A v. Luculli diuitias  
audio. c h. Heus puer, ubi cessas? Nos hic plane negligis,  
non uides quanta sit hic siccitas? Quid si hoc rerum sta-  
tu incendiū cōtingeret, quo restinguemus? Dato singu-  
lis plenos cyathos. Augustine quid habes, quod parum  
es hilaris? Quid accidit tibi, quod sedes tristior? Quid est  
tibi quod minime gaudes? Aut doles, aut carmina cōdis.  
Tu nunc Chrysippū agis, Melissa tibi opus est. A v. Quā  
hic mihi fabulam narrat? c h. Chrysippus adeò fertur in  
tentus fuisse suis argutijs logicis, ut ad mensam etiā fame  
periturus fuerit, nisi ancilla Melissa cibū in os ingesset.

Chrysippus  
sophista.

A v. Ille uero indignus erat, q̄ seruaretur. Sed si te offen  
dit taciturnitas, placetq; conuiuum uocalius, est quo id  
efficias. C h. Memini. Recte admones: liberalius biben-  
dum: largius, copiosius, merarius oportet bibere.

## R E M A T T I G I S T I.

NF  
DG

A v. Rē acu tetigisti. Recte iudicas. Scopum attigisti.

Nā Fœcundi calices quem non secere disertum?

C h. Perdoctè tu quidem Augustine, ut omnia: sed quo-  
niam in sermonem uinarium, quando in mētionem inci-  
dimus uinorum, libet interrogare, quonam consilio uete-

Bacchus poē res illi Bacchum, quem uini autorem uideri uolebāt, poē-  
tarum deus: tarum dcum dixerint. Quid enim illi temulento deo cū

poëtis, Musarum uirginum cultoribus? A v. Quæstio ita

me Bacchus amet, poculis digna: uerum quorsum tue  
quæstiones sp̄ecient, satis intelligo. C h. Quorsum amau-  
bo? A v. Astutè de uino disputationen iniçis Gallica te-

chna, quā didicisse Parisijs te suspicor, nimirum quo mi-  
nus interim absumatur uinu. Abi, uirū te iudico, non fu-  
stra in tanta schola uersatus es. C h. Accipio tua dicta, re-

ferā paria scōmata, ubi erit commodū. Sed ad rem. A v.

Dissoluam ubi bibero. Siquidem absurdum fuerit siccō  
palato de quæstione uinosa disputare. Præbibo tibi Chri-

stiane. Propino tibi hunc scyphum dimidiatum. C h. Ac-

cipio abs te libenter. Sit saluti, profit. A v. Iam accingor,  
ut me missum facias. Ego meo more præpostere faciam.

Quod Baccho pueritiae effigiem tribuerint, id habet my-

Bacchus puer. sterij, quod uinum potum curas & sollicitudines ani-

mis nostris eximit, hilaritatemque quandam inducit.

Quare senibus quoque ipsis iuuentam quandam red-

dcre uidetur, dum & hilariores facit, & formosiores.

Id quod

Id quod Horatius cum multis in locis, tum praecepit his  
uerbis aperte testatur,

Ad mare quum ueni, generosum & lene requiro,  
Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet  
In uenas animumq; meum, quod uerba ministret,  
Quod me Lucane iuuem commendet amicæ.

Nam quod huic poëtas dicarunt deo : id significatum  
uoluisse suspicor, quod uinum & ingenium excitat, &  
facundiam ministrat: quæ duo poëta sunt aptissima. Vnde  
de frigent carmina quæ scribuntur aquæ potoribus. Est  
quidē igneus suapte natura Bacchus: sed adhibitis nym-  
phis, redditur temperatior. Habet quod querebas? C. H.  
Nihil unquam audiui uerisimilius dici ab homine poëta.  
Dignus es qui bibas gemma. Heus puer, tolle hanc pati-  
nam, atque appone cætera. A. v. Puerum habes admoti-  
dum inurbanum. C. H. Est ueterator nequissimus. A. v. G.  
Cur non instituis alio pacto? C. H. Difficile est canem ue-  
tulum loris assuescere. Difficilimum est, ueteratoris mu-  
tare mores. Vetus canis non facile assuescit loro. Me  
quidem dignus est. Dignum patella operculum.

SI COGNOSCEREM QVID TE OBLEI

Clet, tibi ministrarem. Formula.

A. v. Decerperem tibi quippiam, si palatum tuum tene-  
rem. Ministrarem tibi, si gula tua mihi satis cognita es-  
set. Apponerem tibi, si quid potissimum iuuaret, scircem.  
Si nossem ingenium palati tui, essem tibi structor. Equi-  
dem tantudem palato, quantum animo sapio. C. H. Palau-  
tum habes eruditissimum. Nihil tuo palato doctius. Nec  
eo te puto inferiorem, de cuius singulari peritia testa-  
tur Satyricus

Ostrea callebat primo deprendere morsu,  
Et semel aspecti dicebat litus echini.

A v . Et tu mihi Christiane , ut par pari referam , ipsum  
audiuisse Epicurum , aut in schola Catiana institutus ui-  
deris . Quid enim tua gula aut sapientius , aut fastidiosi-  
us ? c h . Si oratoriam & què artem , ut culinariam calle-  
rem , nec Cicero ipse me uinceret . A v . Evidem si alte-  
utra carēdum esset , culinariam quam rhetoricam mal-  
lem . c h . Subscribo tuo iudicio : grauiter , acute , uerēque  
iudicas . Quid enim oratorum confert loquacitas , nisi  
quòd aures ociosas inani uoluptate demulcet ? Culinaria  
tum palatum , tum uentrem , tum totum hominem , qua-  
tus est , pascit , ac reficit . Concedat laurealingua , inquit  
Cicero : at utraq; concedat culina . Nunquam mihi Sto-  
ici illi magnopere placuerunt , qui omnia ad suum , nescio  
quod honestum referentes , cutis ac palati nullam ratio-  
nem habendam putant . Dici non potest , quanto Dioge-  
ne sapientior Aristippus mihi fuisse uidetur . A v . Ego  
Stoicos cum suis ieconijs contemno . Epicurū magis lau-  
do ac probo , quam Diogenem illum Cynicum , qui crw-  
dis oleribus , ac simplici aqua uictitabat . Quare nihil mu-  
ror , si Alexāder rex fortunatissimus se Alexandrū , quam  
Diogenem esse maluit . c h . Nec ego sane quamlibet ui-  
lis homuncio cum Diogene meam philosophiam cōmu-  
tarē : fortassis & Catius tuus facere recusaret . Melius  
nostrī temporis philosophi sentiunt , qui contenti Stoico-  
rum more disputare , uiuendo ipsum etiam Epicurū uin-  
cunt . At ego quidem rem in primis præclaram philoso-  
phiam puto , si parce adhibeatur . Nimium philosophari ,  
nō laudo . Est enim res perquā ieconiā sterilis , atq; tristis .

Vbi in

Vbi in calamitatem, aut ægritudinem incidi, tum demū  
ad philosophiam, tanquam ad medicam confugio. Vbi  
conualui, rursum illi uale renuncio. A v. Tuam rationē  
probo. Belle philosopharis. Salue igitur philosophe, non  
è Stoā, sed è culina. C H. Quid tandem habes Erasmi, quod  
parum sis hilaris? Quid sibi uult corrugata frons? quid  
silentium? An mihi succenses, quod te frugaliorē cœna  
acciperim? E R. Imò tibi sum subiratus, quod tantum im-  
pendij mea caussa sit factū. Interminatus erat Augustiu-  
nus ne sua caussa dicim festum faceres, uis nos posthac  
reire nunquam. Nam talem cœnam dare solent ij, qui  
unam duntaxat dare constituerint. Quos tandem con-  
uiuas uideris accepisse? Nō amiculis, sed satrapis cœnā  
parasse uideris. An nos helluones esse credis? Hoc non  
est dare cœnam, sed triduanam saturitatem. C H. Etiam  
tu pergis esse Demea? Cras ut lubet disputa, hodie Mitia  
nē te præbeas, oro. De impēdio crassobrii disputabimus,  
nunc nil nisi meras nugas audire libet. A v. Christiane,  
utrum de bubulis an de ouillis carnibus mauis? C H.  
Bubulis quidem magis delector, at ouillas magis saluta-  
res arbitror. Ita ingenium est hominum, ut perniciosissi-  
ma queq; appetant uehementissime. A v. Galli suillas  
carnes mirum in modum amat. C H R. Galli amant que  
paruo constant. A v. Hac una in re Iudeus sum: nam  
nihil àquè odi atque carnes suillas. C H. Nec iniuria,  
quid enim insalubrius? ego in hoc non cum Gallis, sed  
cū Iudeis sentio. E R. At ego ouilles pariter amo, & suil-  
las, sed diuersa ratione. Nā ouillis quod amem, libēter uer-  
scor. Suillas præ amore nō attingo, ne quid offendā. C H.  
Bellus homo es Erasmi, ac festinus. E quidē mirari mecum

ſoleo, unde tanta in palatis humanis diuersitas. Nam ut Horatiano illo carmine utar,  
Tres mihi coniuæ propè dissentire uidentur,  
Poscentes uario multum diuersa palato.

E R. Quanquam, ut ait Comicus, Quot homines, tot sententiae, & ſuus cuiq; mos: tamen nemo me adduxerit, ut credā plus ingenij in eſſe uarietatis, quam palatis. Ita uix duos reperias, quos eadem iuuēt. Per multos uidi, qui butyri ac casei ne olfactum quidem ferrent. Sunt quibus carnes nauſcæ ſint: aliud elixis, aliud aſſis abſtinet. Multi aquam uino præferunt. Et quod incredibile eſt, uidi hominem, qui nec pane, nec uino ueteretur. C H. Et quibus tandem miser ille uicitabat? Quibus uescebatur? E R. Ceterorū nihil fastidiebat, non carnes, non pifces, nō olra, non poma. C H. Vis ut iſtud tibi credam? E R. Si lubet. C H. Credo, at ea lege, ut uiciſſim mihi mentienti fidem ſis habiturus. E R. Agè faciam, modò uerecundè mentiris. C H. Quasi uero ſit quicquam tuo commento impudētius E R. Quid dicet frons tua, ſi hominem tibi cōmonſtrem? C H. Macilentum quempiam ac monogrammum eſſe oportet. E R. Imò diceres athletam. C H. Polypheum potius. E R. Hoc tibi mirum uideri demiror, quum multi ſint, quibus pifces uento durati ſint panis loco: nonnullis hoc prætant herbarum radices quod nobis panis. C H. Credo, ſed perge mentiri. E R. Quendam in Italia, quum illuc agerem, uidere memini, qui nullo neque cibo, neque potu adiutus, ſomno ſaginabatur. C H. Ut nihil pudet. Non poſſum illud Satyricū non dicens. Tunc in mensa caui ſpirant mendacia folles. Tu poëtaris. Tu nunc poëtam agis.

Nam metu

Monogrammi  
dicūtur homi-  
nes prætenue-  
s ac pusilli, à  
picturis in  
quibus unica  
linea nota-  
tur homuncu-  
li, uelut pro-  
cul apparet.

Nam mentiris dicere, mihi religio est. E R. Mentiār, si non Plinius author certissimus scripsit, ursum quatuor decim dies solo somno mirum in modum saginari: quatenus ita altè premitur, ut ne uulneribus quidem queat excitari. Imò quo magis mireris, addā quod Theophrastus scribit, per id tempus ursorum carnes coctas quoque si asseruentur, reuiuis cere. C H. Vercor ne Parmeno ille Terentianus ista non continet, mihi facile fidem facis. Ministrarem tibi de ceruinis carnibus, si satis essem ursor. E R. Vnde tibi nunc uenatio? Vnde ferina? C H. Midas homo hominū qui uiuunt liberalissimus, nostriq; amantissimus mihi misit dono: dono quidem, sed sic, ut ego minoris emā sēpenumero. E R. Qui sic? C H. Quia famulis plus dandum, quam daretur in macello uendens ti. E R. Quae res cogit hoc facere? C H. Tyrannus omnium uiolentissimus. E R. Quis iste? C H. Mos. E R. Profectò ty rannus iste frequenter iniquissimas leges obtrudit mortalibus. C H. Idem suo more nudius tertius hunc ceruum uenatus est. Quid tu, qui soleas istius studij esse amantissimus? A v. E quidem hoc studio plane relicto, iam prater literas nihil uenor. C H. At mīhi uidentur literæ quo quis ceruo fugaciōres. A v. Duobus tamen potissimum canibus assequimur, admiratione scilicet, atq; improbitate laboris. Nam et admirari, plurimū discendi ardorem ministrat: et ut facundissimus poëta scripsit,

Labor omnia uincit      Improbus.

C H. Amanter admones Augustine, ut soles: propterea non desistam, non conquiescam, non defatigabor donec consequar. A v. Carnes ceruinae sunt nunc admodū tempestiuæ. Meminit Plinius de hoc animante quiddā admī

Plin.li. s, ca. rabile, c h. Quidnam obsecro? A v. Quoties arrexere  
 32. Hist.nat. aures, acerrimi esse auditus: at contrà cum remisere, sur-  
 dos. c h. Istud ipsum mihi s̄a penumero euenit. Nam si  
 quando fiet sermo de recipiendis aureis, nihil tam aurum.  
 Hic enim cum Pamphilo illo Terentiano aures ar-  
 rigo: ubi de numerando uerba fiunt, illico demitto. A v.  
 Laudo te, facis ut te decet. c h. Vis de his leporinis clu-  
 nibus? A v. Tibi sumito. c h. An de tergo mauis? A v.  
 Hoc animal pr̄eter ilia & clunes nihil habet appeten-  
 dum. c h. Vidisti ne unquam leporem candidum? A v.  
 S̄a penumero Plinius in alpibus cādidos reperiri scribit,  
 quibus hybernis mensibus niuem pro cibatu esse sit cre-  
 ditum. An uerum sit, Plinius ipse uiderit. Quid si lepo-  
 ris cutem candidā reddit nix, stomachū habeat candidū  
 necesse est. c h. Mihi uerisimile non fit. A v. Accipe ma-  
 gis admirandū, at fortasse tibi nō inauditū. Idem utrang;  
 uim singulis inesse testatur maris & foeminae, ac foemel-  
 las sine mare aquē gignere. Istud ipsum multi asseuer-  
 rant, pr̄sertim uenādi studiosi. c h. Est ita, ut dicis. Sed  
 hos cuniculos, si placet, tentemus, quia pinguisculi sunt  
 ac tenelli. Ministrarem illi nymphæ, si proprius aſſiderē.  
 Augustine iſtius tibi uicinae curā age, si libet: calles enim  
 quo gestu fit ministrandum iſtis Veneribus. A v. Tenco  
 quid dicas nasute. c h. Quid te anserinæ carnes dele-  
 etat? A v. Me quidē non mediocriter iuuāt, ut sum mini-  
 mè fastidiosus. At hic anser, nescio quo pacto, nihil me iu-  
 uat: nihil enim in uita uidi siccus, siccior est pumice, aut  
 etiam nouerca Furijs illius in quem Catullus multum io-  
 catur. Ligneus mihi uidetur. Et mchercule quantum su-  
 spicor, ueteranus milcs immodicis excubijs ſec macera-  
 uit.

Lepores can-  
 didi, Plin.lib.  
 32, cap. 55.

uit. Aiunt enim anserem inter omnia animalia longè es-  
se uigilantisimum. Et profectò, nisi conicetura fallor, hic  
anser ex eorum numero est, qui canibus una cum excus-  
bitoribus somno sopitis, Romanum olim Capitolium de-  
fenderūt. C H. Verisimile (ita me Deus amet) dicis: nam  
ex eo seculo relictum arbitror. A V. Hæc quoq; gallina  
aut parcum saginatorem habuit, aut amauit, aut certè  
zelotypa uixit, quo quidem morbo hoc animantis genus  
maxime liborat. Hic capus longè melius pinguit. Vide  
curæ quid faciant. Quòd si ex Theodorico nostro Gallo  
faceremus capum, multo citius pinguesceret. C H. Non  
sum gallus. A V. Fateor, non es Gallus Cybeles, neq; gal-  
lus gallinaceus, at fortè Gallus Gallaceus. C H. Quid  
hoc uerbi est? A V. Hoc ènigma tibi conicetandum relin-  
quo: ego sphingem præstiti, tu Oedipus esto. C H. Dic mi-  
hi bona fide Augustine, nulla tibi cum Gallis unquam  
fuit necessitudo? Nihil ne affinitatis tibi cum Gallis con-  
traxisti: Nullum fuit commercium? A V. Nihil, nihil sa-  
nè. C H. Tanto es nequior. A V. Sed cum Gallabus non  
nihil. C H. Libet ne de iecore anscrino, quod apud ueteres  
in delicijs cum primis habebatur? A V. Non sum reie-  
cturus quod à tua manu uenerit. C H. Non est quod ex-  
pectes Romanas delicias. A V. Quas? C H. Carduos, co-  
chleas, testudines, colubros, fungos, bolctos, tubera. A V.  
Istis omnibus ego uel rapam preferam. Liberalis es, be-  
nignus es Christiane. C H. Has perdices nemo attingit,  
ne columbos quidem. Cras est dies iciunij ab ecclesia in/  
dicti, aduersus hanc esuriem munite uos. Onerate fabur-  
ya nauim aduersus imminentem tempestatem. Eccliam  
instat, instruite uentrem commatu. A V. Utinam isthuc

f s ucrbi

Ieiunium.

uerbi tacuisse, hilariores surrexissemus à cœna. Miseros  
nos reddit ante tempus. C H. Quid ita? A V. Quia minus  
anguem odi, quam pisces. C H. At nō tu solus. A V. Quis  
hoc tædij nobis inuexit? C H. Quis cōmonstrauit alocem,  
absynthium, & scammoniū dare in remedij? A V. Sed  
ista dantur ægrotis. C H. Sic hæc dantur nimium recte  
ualentibus. Aliquando præstat ægrotare, quam plus su-  
tis ualere. A V. At mihi uidetur minus oneris olim im-  
positum Iudeis. Evidem ab anguillis & porcis facile tem-  
perarim, modò liceat capis & perdicibus expleri. C H.  
In plerisque non res, sed animus nos discernit à Iudeis.  
Illi manum abstinebant à certis cibis, uelut ab immuni-  
dis & animum inquinaturis. Nos cum intelligamus om-  
nia munda esse mundis: tamen carni lasciuienti, ueluti ei-  
quo ferocienti pabulum subducimus, quo magis dicto sit  
audiens spiritui. Nonnunquam immoderatum suauum  
rerum usum abstinentiae molestia castigamus. A V. Au-  
dio, sed eadem opera defendi posset circucisio præputij.  
Moderatur & illa coitus pruritum, & cruciatum ad-  
fert. Si omnes itidem abhorrent à piscibus atque ego,  
uix à parricida tam atrox supplicium exigerē. C H. Quo  
rundam palato gravior est piscium quam carnium esus.

A v. Congruunt igitur his qui gulæ seruiunt, non uale-  
pitij lux<sup>o</sup> mul-  
dini. C H. Evidem audiui quondam apud Aesopos &  
torū literis no-  
bilitatus est: se Apitos præcipuum luxum in piscibus fuisse. A V. Quā  
si uiter autem conueniunt igitur deliciæ cum supplicio? C H. Non omi-  
nitato nome-  
nibus sunt murenae, aut scari, aut acipenseræ. A V. Ergo  
ro, luxuriosos  
uocat Aeso- tenues soli discruciantur quibus satis male est, etiā cum  
pos & Apiti- uescilicet carnis. Fit enim non raro, ut cum licet ue-  
os: quæadmo- dum sci per ecclesiam, non liceat per crumenam. C H. Durum  
me

mchercule interdictum. A v. Quod si interdictus carniū dum effoemī  
 esus diuitibus uertitur in delicias, & si pauperibus saepe natos dicim⁹  
 non licet uesci carnibus, etiam cum licet, ac ne piscibus Sardanapalus  
 quidem, qui ferè carius emuntur, cui igitur bono erit in Murena, sca-  
 terdictum? C H. Omnibus: nam tenuibus cochleis aut ra- rus, acip̄er,  
 nis licebit uesci, aut cepe porrūm ue arrodere. Medio- pisces sunt, o-  
 cres detrahent nonnihil quotidianis obsonijs. Quòd si lim carissimi,  
 quid diuites deliciabuntur h̄ac occasione sua gule impu- & in delicis  
 tent, non incusent ecclesiae constitutionem. A v. Pulchrè  
 dixi, sed interim à tenuibus, qui summis sudoribus alut  
 familiam, & procul absunt ab amnibus ac lacubus, exi- ingens fames.  
 gere carnium abstinentiam, est indicere famem, aut  
 & v. πίανο magis. Atqui, si quid Homero credimus, longè πελεια, est  
 miserrimum mortis genus est, perire fame. C H. Sic ui- λιμος enim  
 sum est Homero cæco: at apud Christianos miser nō est, fames, & βέ  
 qui bene moritur. A v. Esto sane. Sed tamen durum est à syllaba auget:  
 quoquam exigere ut moriatur. C H. Nec hoc animo pon quasi totos bo-  
 tifices interdicunt esum carnium, ut intereant homines, ues esuriat ali-  
 sed ut uel affligantur moderate, si deliquerunt: uel subdu- quis.  
 eto latiore pabulo, corpora minus ferociant aduersus sp̄i  
 ritum. A v. Isthuc ipsum efficiet moderatus carniū esus.  
 C H. Sed in tanta corporum uarietate certus carniū mo-  
 dus prescribi nō potest, cibi genus potest. A v. Sunt &  
 pisces qui multum addant alimenti: sunt carnes, quæ mi-  
 nimū. C H. Sed in genere plus alunt carnes. A v. Aḡe dic  
 mihi, si quò tibi foret iter, utrū malles equum alacriore  
 ac sublasciuū, an morbidum, qui subinde collabens sessio-  
 rem deijsiat in terrā? C H. Quorsum istud? A v. Quia pi-  
 sciū esus corruptis humoribus, corpora nostra reddit ma-  
 gnis morbis obnoxia, ut iā spiritui nō possint subservire.

C H.

C H. Quibus morbis? A V. Podagrae, febri, lepre, morbo regio. C H. Quid scis? A V. Credo medicis: id malum quam experiri. C H. Id fortassis in paucis accidit. A V. Equidem arbitror in pluribus. Porro quoniam animus agit per organa materialia corporis, quae malis aut bonis humoribus afficiuntur, uitiatis instrumentis non potest ut uult exercere uim suam. C H. Scio medicis magnopere damnatum esse piscium esum, sed secus uisum est maioribus nostris, quibus obtemperare religiosum est. A V. Religiosum erat & olim, non uiolare sabbatum: sed prius erat, seruare hominem sabbato. C H. Sive quisque saluti consulet. A V. Imo si Paulo uolumus auscultare, nemo quae sunt querat, sed quisque alterius. C H. Sed unde hic nouus theologus in conuiuio? Unde nouus hic ac subitus magister noster? A V. Quia mihi male conuenit cum piscibus. C H. Quid igitur? An non abstines a carnibus? A V. Abstineo, sed obmurmurans, nec sine meo magno malo. C H. Charitas omnia suffert. A V. Verum, sed eadem quam minimum exigit. Si suffert omnia, cur non surunt nos his uesci cibis, quos indulxit libertas euangelica? Cur hi a quibus Christus toties amore sui stipulatus est, patiuntur tot hominum & corpora periclitari morbis capitalibus, & animas aeternae damnationis periculo obrem nec interdictam a Christo, nec per se necessariam? C H. Vbi aliud suadet necessitas, cessat humane constituta nomothetæ, tioniis uigor, cessat & uoluntas nomothetæ. A V. At non legis autoris: *νομοθέτης.* cessat officidiculum infirmorum. Non cessat scrupulus meticulosæ conscientiæ. Postremo non satis constat quibus ichthyos, limitibus finiatur ista necessitas. An cum coepерit ichthyo id est, qui ne scitur phagus agere animam? Serò morienti porriguntur carnes.

nes. An cum totum corpus habet epialus? Non tanii erat scit piscibus.  
 ciborum delectus. C H. Quid igitur tu uelcs præscribis? Est populus  
 A V. Scio, si quis mihi credat ecclesiastice rei dictaturā. inde nomē ha  
 bens.  
 C H. Quid isthuc uerbi cst? A V. Si summus essem ponti- Epialus, fe-  
 sex, hortarer omneis ad perpetuam uitę sobrietatem, sed bris genus ue-  
 præcipue sub diem festum. Cæterum ius facerem cuique hemens, omni-  
 uescendi quibus uellet pro corporis salubritate, dum mo- nis causa sic  
 derate. Et cum gratiarum actione: daremq; operam, uti dicta epialus,  
 hoc quod detraheretur obseruationibus huiusmodi car- quasi placide  
 nalibus, accresceret ad studium ueræ pietatis. C H. Nimi assiliens. quē  
 rum istud mea quidem sententia tanti est, ut te faciamus admodū furig  
 pontificem. A V. Rides, sed tamen ceruix hæc sufficeret dicuntur Eu-  
 uel triplici corona sustinendæ. C H. At interim uidc ne menides, cum  
 ista scribantur inter articulos Parisiensium. A V. Imo nulli bene ue-  
 quicquid dictum est, scribetur in uino, sicuti par est, di- lant.  
 cta inter pocula. Sed satis iam theologix in conuiuio. In  
 coena sumus, non in Sorbona. C H. Quid uetat dici Sor- Sorbū, pomū  
 bonam ubi bene sorbetur? A V. Sorbeamus igitur, non di genus acerbitate  
 sputemus, ne nobis à sorbis dicatur sorbona, nō à sorben- constrin-  
 do. C H. Agite hospites humanissimi, quæso ut coenulam gēs fauces, ut  
 nostram licet tenuē, & qui boniq; consulatis. Præbete uos quædam occi-  
 hilares ac lubentes, quamuis conuiuum tenuc sit. Et fru- dant etiam.  
 gale. ego uestra facilitate fretus, familiariter uos uocare  
 sum ausus. Et est sane uester mihi aduentus conspectusq;  
 non modo gratissimus, uerum etiam iucundissimus. C O.  
 Coena tua Christiane optime, multis modis elegans, lau-  
 taq; nobis uidetur. Quod excusas, id unum habet accusa-  
 sandum: nam magnificentior fuit, quam sat est. Siquidem  
 hoc conuiuum opiparum in primis ac lautum iudica-  
 rim, quod primum simplicibus epulis, deinde hilaritate,  
 risu,

risu, iocis, salibus sit conditum, quæ omnia nostro conuiuio non defuerunt. C H. Verum de conuiuarum numero hic mihi quiddam in mentem uenit, quos neq; pauciores tribus, neq; plures nouem esse oportere scripsit Varro. Tres enim sunt Charites, id est gratiae humanitatis ac bencvolentiae praesides: Et nouem sunt Musæ, honestiorum studiorum duces. At hic decem conuiuas esse video, uirginibus exceptis. A V. Nihil conuenientius accidere potuit. Nos sumus Varrone ipso paulo sapientiores. Nam tres puellas lepidissimas, tanquam tres Charites adhibuimus: deinde quia à nouem Musarum choro Apollo abesse nunquam credendus est, iure decimum adiecimus coniuā. C H. Poeticè dixisti. Si mihi laurus adesset, laureatus.

Poeta laureatus. corona caput tuum cingerem, fieresq; poetæ laureatus. A V. Si malua coronatus essem, maluatus. Tantum honoris mihi non arrogo. Honor hic maior est, quam ut mihi conueniat. Haud equidem tali me dignor honore. C H. Vultis ne singuli tantundem mea causa facere, quantum uestra sum facturus? C O. Volumus, ac lubentes quidem. C H. Ebibetis igitur ordine suum quisq; calicem, à me exemplum capictis. Tibi hoc primum propino Mida. M I. Accipio abs te libenter. Pro quo uulgas præstolor dicitur. Equidem nō recuso. Nihil tua causa recusabo. C H. Tū deinde ceteris propina. M I. Erasmi, præbibo tibi dimidiatam paterā. E R. Precor ut sit tibi bono. Sit tibi bonum atq; cōmodum. Proficiat, durius dicitur. C H. Sed cur cessat paterā? Cur nō obambulat? Defecit nos uīnum. Vbi sunt oculi tui furcifer? Vola, adfer eiusdē genis sextarios duos. P V. Erasmi salue, quidam pro foribus te conuentū expetit. E R. Quisnā est? P V. Morifamulum

Se dicit: herū eius ex Britannia aduenisse, cupere ut se uias, quandoquidē prima luce iter parat in Germaniam.  
E R. Christiane subducatur ratio, nam mihi quidē abeundum. C H. Rationē, Erasmi doctissime, huius cœnæ ego confecero. Non est quod calculū frustra teras: gratiā habeo, qui dignatus sis nostro adesse conuiuio. Sed auocari te molestū est, nondū peracta fabula. E R. Quid supereft, nisi ut dicam, ualete, & plaudite? C H. Agè boni consulemus, quando tu non ab equo ad asinos, sed ab amicis ad amiciſſimos properas. E R. Ego pariter tibi gratias ago, quod pro tua humanitate ad hoc conuiuiū longè suauisſimū me uocaris. Valete sodales optimi. Bibite nō segniter, & uiuite suauiter. C H. Heus Dromo. Sедetis iandu-  
dum ociosi omnes. Libēt ne cuiquā quicq̄ amplius? C O. Nihil omnino: strenuè munus nostrū administrauimus.  
C H. Tolle igitur hæc, ac bellaria appōne. Muta quadri-  
las atq; orbes. Tolle cultrū meum qui humi decidit. Pira-  
uino perfunde. Adſunt mora præcoqua, etiā domi noſtræ  
nata. C O. Tāto erūt ſu. uiiora, q; uernacula. C H. En pru-  
na cerea, en Damascena, rarū apud nos ſpectaculū. En  
mitia mala. En mali nouū genus, cuius matrē ego hiſce  
manibus conſeuī. Nuces castaneæ, omne deliciarū, quas  
horti noſtri benignè effundunt, genus. A V. Sed floſculi  
deſunt. C H. Iſti Gallici ſunt apparatus, qui magnificen-  
tiam eam potiſſimum amant, que minimo conſtat. No-  
bis non eft ea mens, aut ingeniu. A V. Non apud Gallos  
tantum reperies, quibus ea placent que minimo con-  
ſtant. C H. Sed heus tu Augustine, num tu credis te hic  
immunem bibiffe? Egó ne te meis immunem tinxero po-  
culis? At interim propinatori tuo dimidiū ſcyphi debes.

A V. Is tamdudum me missum fecit. Is mihi huius debiti gratiam fecit. C H. Vnde illi sibi vindicat tantum autoritatis? Vix Romanus pontifex hoc vinculi relaxet. No-

**Id est autem bi-  
de, aut abi.**

sti priscam coniuiciorum legem, in iustitia, in exercitu. A V. Remittendi iuriandi ius habet, cui factum est, & cuius intererat seruari. C H. Sed omnium coniuicularum interest, seruari leges inviolabiles. A V. Age, quando haec est Germanorum religio, exorbebo quod reliquum est. Sed quid tibi rei mecum est? C H. Impendium reddas oportet unus nomine omnium. Quid expalluisti? Ne uerere, perfaci le poteris. Fac quod saepe fecisti, ut aliqua elegantia dicitores a coena surgamus. Neque enim clam te est, ueteres illos in secundis mensis hilariora quedam disputare solitos. Age igitur, quibus & quot modis haec oratio potest enunciari, Indignum auditu?

#### INDIGNVM AVDITV, FORM.

A V. Dixi pulchre per posterius supinum. Auditum minime est dignum. Indignum est audiri. Haud dignum est quod audiatur. Est ut audiatur indignum. Leuius est, quam quod audiri debeat. Vix operæpreciū est referre. Non tanti est ut audiatur. Ineptius est quam quod auditur. Non est operæpreciū narrare. C H. Quot modis haec sententia uerti potest, Magno mihi constat?

#### VARIANDI RATIO HANC ORATIO nem, Magno mihi constat.

A V. His uerbis, impendo, insumo, impertio, constat: ut, Multum in te docendo insumpsi laboris. Plurimum ea in re operæ insumpsi. Non minus pecunia, quam ciuitate in eam rem impendi. Non parum insumpsi pecunia, temporis permultum, laboris plurimum, ingenij nonnulli hil.

hil. Multum lucubrationis impendi. Multis uigilijs hæc  
res mihi constat, multo sudore, multa opera, plurimo la-  
bore, sumptu ingenti, pecunia magna. Pluris mihi constat,  
quam credas. Minoris mihi constat uxor, quam equus  
meus. C H. At quid sibi uult Augustine, quod uerbo isti  
Constat, modo ablatiuum, modo genitiuum casum appo-  
nis? A V. Questionem perutilem ac latè patentem mouis-  
sti. Verum ne conuiuas loquacitate mea premam, pau-  
cißimis absoluā. Sed cupio singulorum hac de re audi-  
re sentētiā, ne cuiquā, ut dixi, sim molestus. C H. Quid  
ni cupiant idem uel puelle? A V. Illæ sane nihil aliud q̄  
audient. Accingar igitur grammatica bene fortunante.  
Scis uerba emendi, ac uēdendi, aliaq; esse consimili signi-  
ficatu, quibus apponantur hi genitiui, soli, tanti, quanti,  
pluris, minoris, tantidem, quantiuis, quaticunq;: at ita, si  
substantia non apponantur: quæ si accedant, utraq; in  
ablatiuum casum uertuntur. Quòd si premium certum  
apponatur, pones in ablatiuo. Si per adiectiuum substan-  
tiue possum, in ablatiuo pones: nisi per aduerbia loqui  
malis. C H. Quæna uerba sunt, de quibus præcipiss? A V. Verba emēdi  
Hæc fere sunt, emo, mercor: redimo, id est aut captum,  
aut perditum: uendo, uenundo: reuendo, id est rursus ue-  
do, quod mihi uenditum erat. Veneo id est uendor, cuius  
præteritum ueniui uel uenij: supinum, uenum: hinc uena-  
lis. Ab illo, id est uendo, uendibilis manat. Merco, pro in-  
seruio, et stipendum facio. Comparo, id est emo uel co-  
mitto. Commuto, muto, permuto. Cambire penitus bar-  
barum in hoc sensu. Aestimo, taxo, indico pro aestimo,  
censeo. Liceor, liceris: licitor, licitaris: addico. Distras-  
hor, id est circumferor, ut ueneam. Melior pro aestimo,  
g aut taxo.

aut taxo. Cōstat, pro cmitur. Conducere, locare. Fōnero, ad fōenus dō. Fōneror, ad fōenus accipio. Paciscor, p̄t̄ etussum. Pango, pepigi, id est pactum facio. c h. Da ex emplum.

V E N D E N D I E T E M E N D I  
Formule.

A V G U S . Quanti istum agrum in singulos annos br cas? Respōdcbimus: Vigenis libris Francicis . Hui nimio locas. Imò locaui olim multo pluris. At ego tanti non cō ducam. Si conduxeris minoris , peream . Imò iam uicinus tuus Chrcmes agrum obtulit, ac rogat. Quanti? Tā tidem quantum tu petis . At multo meliorem. Mentiris. Facio ut solent qui licentur. Tu ipse tanti posside. Quid liceris, uel licitaris, quum nihil sis empturus? Quanticum que addixeris, soluam optimam fide.

A L T E R V M E X E M P L V M .

Congrum istum Syra quanti uendis? Decem obolis. Nimio turpisima. Imò minimo: nulla tibi uendet minoris. Emoriar, si non tanti mihi constat, aut certe non multo minoris. Mentiris uenefica , quoniam duplo uis uendere, aut triplo. Et centuplo, si queam : sed fatuos non inuenio. Quid si liciter teipsam ? Quanti aestimas te? Ut lubet. Quanti te liceris? Quanti indicas te? Dic quanti te taxas? Quanti teipsam inscribis? Decem scutatis. Hui, tanti? Echo , an tu minoris me aestimas? Ego olim non semel pluris in unam noctem sum conducta. Credo, at nunc non paulo minoris aestimo , quam piscem. Abi in malum rem ganeo, tantidem te aestimo , quanti tu me. Qui te teruncio emerit, nimio emerit. Aut pluris emar, aut non uendar . Si magno uenire cupis , larua tibi opus est:

est: nam rugae istae non sinunt, ut carius uendaris. Ei qui tanti me nolit, non sum uenalis. Ego ne culmo quidem te emero. Conſtitu pluris.

## T E R T I V M E X I

## ēplum.

Auctiōnē hodiernā interfui. Ain' tu? Licitatus sum uectigalia. Quanti tandem? Decem milibus. Hui, tantis? Ne mireris, erant qui multo pluris licitarētur, pauci qui minoris. Cui tandem addicta sunt uectigalia? Chrcme, ti uxoris tuae summo & maximo amico. Sed diuina, quanti sunt addicta. Decem. Imò quindecim, Deus bone. Ego mihi hominem ipsum cum tota familia dimidio addictum nolim. At ille uxorem tuam duplo emptam cupit! Animaduertisti ne in his orationibus, ubi cuncte adſit ſubſtantiuum precij, id in ablativo poni, ceteris aut in genitivo positis, aut in aduerbiū mutatis? Comparatiuum nunquam audisti ſine ſubſtantiuis, exceptis illis duobus, pluris & minoris. Sunt & alia uerba de quibus sumus loquuti, non admodum diſimilia, ſum, facio, habeo, duco, aſtimō, pendo, que idem ferè significant: ſio itidem. Iunguntur autem his ferè genitiuis, multi, parui, magni, pluris, plurimi, minoris, minimi, maximi, tanti, quanti, flocci, pili, nihil, nauci, huius, & ſi qua ſunt hiſ ſimilia. C H. Da exempla.

## A E S T I M A N D I

## Formule.

A v. Scis quanti te ſemper fecerim? Tanti fies apud homines, quāti uirtutem facies. Præceptores meos ſemper feci plurimi. Aurum hac tēpeſtate magni penditur, literae nihil, ſue pro nihil ducuntur. Aurū minoris habeo, q̄

credas. Tuas minas floccifacio. Promissa tua duco minimi. Non pili te facio. Si tanti sapientia penderetur quanti pecunia, nemo auro egeret. Pluris apud nos sit aurum si ne sapientia, quam sapientia sine auro. Hoc pluris te habeo, quod doctus sis. Minoris hic fies, quod mentiri calleas. Hic multi fiunt, qui nigrum in candida uertunt. Hoc mihi pluris es, quod literas amas. Tanti apud omnes eris, quantum posse debis. Tanti ubique habebaris, quantum habebis. Non quanti habearis, sed quanti sis, interest. Tanti Christianum mecum facio, quanti alium neminem. Inueniuntur et alia uerba cum his genitiis et ablatis, quae natura sua non significant emptionem, aut aliquid simile. Petrus osculum puellae scutato emit. Sit illi faustum, nolim ego basiare tanti. Quanti luditis? Quanti coenastis? Quosdam sexcentis sestertijs coenasse legimus: at Galli se penumero liardo coenitant. Faustus quanti docet? paruo. At pluris quam Delius. Quanti igitur? Unde uiginti aurcis. Non discam mentiri tanti. Phaedria apud Terentium et rem, et seipsum perdidit. At nolim ego amare tanti. Quidam magno dormiuit. Demosthenes pluris sullit, quam alij loquebantur. Acqui boni que consulas ora. Est et aliud uerborum genus, que accusatiuum unam cum genitiuo aut ablatiuo casum exigunt: quae sunt, Accuso, id est obijcio crimen, aut culpo citiam absentem: Incuso, culpo extra iudicium: Arguo, reprehendo, insimulo, impingo suspicionem culpae: postulo, in ius uoco: accerso, defero, damno, condemnno, pronuncio illumesse in culpa, admoneo, commonefacio. c h. Exempli caussa.

## ACCUSANDI FORMVLAE.

A v. Scipio accusatus est ambitus, aut de ambitu. An  
guis

quis me impudentia, ipse impudentissimus. Lepidus postulatus est repetundarum. Accersitus est capitis. Si hominem insimulabis auariciae, male audies. Admoneto eum pristinæ fortunæ. Mortales ipso uocabulo suæ conditionis admonentur. Commone facito Lepidum promisi. Sunt pleraque, quæ accusatiuum geminum admittant. Doceo te literas. Exorat te ueniam. Dedocebo te istos mores. Poposcit me mutuum. Hic eius rei mihi admonendus es, quod in his secundū accusatiuum etiam passua obtinet, in alijs genitiuus manet. A me doctus est literas. Postulant me furti. Postulor furti. Accusas me sacrilegij. Accusor sacrilegij. Scio te nondū expletum. Scio animo tuo nondum esse satisfactū. Quando enim tantus elegantiarū helluo satietur? Sed conuiuis parcendū est, quos hæc non omnes perinde delectat. A coena inter decubulandū, id quod rationi dcerit, persolucmus, nisi quid aliud cœses. C. H. Fiat ex tua sententia. Agamus gratias benigitati diuinæ, deinde paulisper deambulaturi. M. I. Pulchre dicis. Nihil enim hoc uespertino cœlo amoenius, nihil salubrius. C. H. Petre adesdū. Tolle suo quæque ordine, ac uinū cyathis infunde. P. E. Iubes ne agi gratias? C. H. Age. P. E. Gracè mauis, an Latine? C. H. Vt rogo modo. P. E. T. Gratias agimus tibi pater cœlestis, qui tua ineffabili potentia cōdidisti oīa, tua inscrutabilis sapientia gubernas uniuersa, tua inexhausta bonitate cuncta pascis, ac uegetas: largire filiis tuis, ut aliquando tecum bibant in regno tuo nectar illud immortalitatis, quod promisisti ac preparasti uerè diligentibus te, per IESVM Christum. Amen. C. H. Dic eadem Grace, ne carteri, quod dicas, intelligent. P. E. Eὐχαριστοῦ οὐνάνε

Gratiarum actio post degustationem.

εὐρανίε ὁ τῇ αρρήτῳ σε διώμει πτίσας τὰ πάντα, ὁ τῇ ἀνθη  
γεννήτῳ σε σφίξειν δένων ἀπαρέπεται, ὁ τῇ ανθεντλήτῳ σε  
χειρότυλον εἴασα τρεφόμενός τε οὐ κατάνωμενος τοῖς γοῖς σε,  
τὸ μετά σε ποτὲ πιᾶν τὸ δὲ αἰδανοῖς νίκησε, ὁ ὑπέροχος ηὕ  
τοί μασας τοῖς ἀλιθῶς ἀραιῶσισε, οἷα Ιησοῦς χριστός τοῖς σε,  
περίσσις ὑμῶν τὸ μετά σε φῶνται, ηγετε βασιλούσονται ἐπὶ ἐνέπο  
το πνόμαται ἀγίου, εἰς τοὺς αἰῶνας. Auliv. C H.

Habeo uobis hospites cādidiſſimi gratiā, qui ad hoc con  
uiuiolum uenire dignati sitis, oro æqui, boniq; consula  
tis. C O. Nos uiciſſim gratiam referre uolumus, non tan  
tum habere. Proinde ne multis agantur gratiae. Quin  
potius surgamus, & expaciemur. A v. Ducamus nobis  
cum uirgines, nam eo minus molesta erit deambulatio.  
C H. Recte sentis. Ne desint nobis flosculi, si forte locus  
flores non habebit. Vtrum mauis nostris in hortis more  
poētico reptare, an foris ad amnem expaciari? A v. Ha  
bent quidem horti tui amoēnitatis permultum, uerū  
eam uoluptatem matutinis deambulationibus serua. At  
sole inclinato, amnū aspectus oculos mirum in modum  
iuuat. C H. Ante ecce igitur Augustine, ut poēta dignum  
est. latus tuum claudam. A v. Bone deus, quantum comi  
tum, quantum pompam nobiscum ducimus. Dici non po  
test Christiane, quātum mihi placeam. Satrapes mihi ui  
deor. C H. Agè nūc promiſſum p̄r̄sta. Solue, quod rece  
pisti. A v. Quid me potiſſimū uis diccre? C H. Ego quo  
dā in Pollionis oratiōe cūm multa, tū illud in primis so  
lebā admirari, quòd tā facile, tam crebro, tā uenustē ora  
tionē uerteret: quā res nō modò singularis ingenij, uerū  
etīā multi uetus mihi uidetur. A v. Haud iniuria istud in  
Polione admiratus es Christiane. Ille enim tū hac in re  
diuinam quandam uim obtinet, quam quidcm illi cūm  
ingenij

ingenij dexteritate quadam, tum plurimo et dicendi et  
legendi et scribendi usu contigisse opinor, potius quam  
ratione aliqua, aut preceptione. C H . At ego rationem  
aliquam istius rei, si fieri potest, expecto. A v . Ita ut dixi,  
res habet. Verum quia te tantopere video uelle, quantu  
potero, morem geram, easq; ratiunculas, quas in Pollio  
nis orationibus mihi uisus sum animaduertere, ut poter  
ro, reddam. C H . Age, percupio.

## B R E V I S D E C O P I A P R A E C E P T I O .

A v . Accingor. Principio res ipsa puris, electis ac La  
tinis uerbis efferenda est: quod ipsum posse, non medio  
cris artificis est. Sunt enim permulti, qui nescio quo mo  
do copia et uarietate orationis affectant, cum ne semel  
quidem rem possint aptè explicare. Ista tanquam semel  
balbutisse sit parū, balbutiem suam alijs atq; alijs modis  
reddunt balbutiore, tanquam ipsi secum certamen susce  
perint, ut quam barbarissime dici possit, dicant. Itaque  
incepti synonyma quedam congrunt, adeò interdum in  
ter se disidentia, ut ipsi mirentur, quo pacto conuene  
rint. Quid enim absurdius, quam hominem pannosum,  
cui ne una quidem, quam sine pudore possit induere, sit  
uestis: eum tamen subinde suos pannos mutare, ac men  
dicitate suam pro opibus ostentare? At nihil minus ridi  
culi uidentur isti uarietatis affectatores, qui cū barbare  
semel dixerint, repetū idē multo barbarius, demū iterū  
atq; iterū indoctius. Hoc est nō oratione, sed solœcismis  
abundare. In primis igitur, ut dixi, res ipsa aptis atq; ele  
ctis uerbis est explicāda. Deinde mutatorijs uerbis uten  
dū, si qua, que idem efficiat, reperiātur: reperiūtur enim  
permulta. Demum ubi propria deficent, translatijs

Vertendi ora  
tionem ratio.

erit utendum, si modo uere cūda sit translatio. Ea quoq;  
ubi deerūt, si per actiuā dixisti, ad paſſiuā reuertendum  
erit, quæ nobis totidem orationes reddunt, quot ex acti  
uis constabant. Postea uerba, ſilicebit, aut in nomina  
uerbilia, aut in participia commutabimus. Postremo,  
ubi modo aduerbia in nomina, modo nomina in alias at  
que alias parteis commutauerimus, per contrarium di  
cemus: aut affirmatiuam orationem in negatiuam com  
mutabimus, aut retrorsum, aut certè quod pronunciati  
uē dictum, per interrogationem effremus. Nunc exem  
pli cauſa hanc ſententiam ſumamus,

LITERAE T VAE MAGNO PERE  
me delectarunt.

LITERAE.

*Epiſtola, epistolium, ſcripta, ſcheda, literæ.*

MAGNO PERE.

*Mirum in modum, miris modis, maiore in modum,  
mirandum in modum, ſupra modum, plurimum, nō me  
diocriter, ſummopere, maximopere.*

M . E.

*Animum meum, pectus meū, oculos meos, cor meū  
Christianum.*

DELECTARVNT.

*Voluptate affecerunt, recreauerūt, exhilararūt, uolu  
ptati fuerūt, oblectarunt, uoluptate perfuderūt, mellitiſ  
mæ fuerūt, iucundiſime, &c. Habet materiā, tuū crit co  
poncre. Experiamur igitur, faciamus periculū. C H. Tu  
literæ magnopere me delectarūt. Tua epiſtola mirific  
nos exhilarauit. A V. Verte actiuū in paſſiuū, alia erit fu  
cies: ut, Dici nō poſſit q̄ tuis ſim ſcriptis exhilaratus.*

Item

Item per alia uerba idem efficientia.

Tuis ex literis incredibilem cepi uoluptatem. Ex epi-  
stola celsitudinis tuae plurimum uoluptatis accepi. Non  
mediocrem laetiam tua mihi scripta attulerunt. Gaudio  
tua me scripta, quantus eram, perfuderunt. Hic non ita <sup>in istis formulis</sup>  
liceret mutare actiua in pauciua, nisi in illo postremo, per  
fusus gaudio, quod usitate dicitur. Capiebatur à me uol-  
uptas, allatum est gaudium, non perinde usitate dixeris.

P E R A F F I C I O . <sup>sub nū</sup>

Singulari uoluptate literæ tuae me affecerunt.

M U T A I N P A S S I V U M . <sup>verbūm affici in officiis</sup>

Tuis scriptis incredibilissimum affectus uoluptate. Nō  
parum gaudiorum tuum nobis epistolium peperit.

P E R S V M , E T N O M I N A

adiectiua.

Tuae mihi literæ multis modis iucundissimæ fuerunt.

Fuit tua illa epistola sane quam gratissima.

P E R N O M I N A S V B S T A N T I V A . <sup>affectionis</sup>

Ineffabili uoluptati tua nobis epistola fuit. Incredibili  
i iucunditatibus fuerunt tue literæ.

C O M M U T A I N N E G A T I O N E M .

Tua scripta non mediocri laetitia fuere. Nihil in vita  
tuis literis accedit iucundius. Quanquam hac ratione as-  
siquoties iam usi sumus, quæ non est negligenter prater-  
eunda. Nam quoties multum, plurimum, singulariter si,  
gnificare uolumus, per contrarium uerbum idem efficie-  
mus. ut, Vehementer te amat Henricus. Haud uulgariter  
te amat. Multum me iuuat uinum. Haud parum iuuat. ~~delectat~~  
Est uir singulari ingenio. Est uir ingenio non uulgari.  
Est homo doctrina admiranda. Est homo nō contemnen-

da doctrina. Thomas est summo apud suos loco natus, non infimo loco natus. Augustinus eloquentissimus fuit, non incloquens fuit. Carneades orator fuit nobilis, non ignobilis, non obscurus. Et id genus similia, quae nunquam non usu uenient. Sed admonuisse rem clarissimam satis est. Nec te lateat, <sup>sed et causa</sup> nos huiusmodi orationum generare uti modestia causa, praesertim si de nobis ipsis loquamur. Tum etiam amplificandi gratia. Nam non in gratum, pro ualde grato: non uulgariter, pro singulariter, recte & uenustè dicimus.

## MODESTIAE CAVSA.

Ego literis meis nonnullam doctrinæ sum opinionem consecutus. Semper curaui, ut in literaria gloria non potestremas partes teneret. De amplificatione superiora sunt exempla. nunc ad nostra reuertamur. Nihil tua epistola unquam euenit gratius. Nulla res maiori unquam uoluptati fuit, quam tua scripta. Nulla unquam ex te tantumdem ceipi uoluptatis, quantum ex tuis literis amantissimis. Hoc modo singula orationes superiores poterunt uariari per interrogationem. Quid tuis literis in uita iucundius esse potuit? Quid epistola illa tua nobis euenit dulcior? Quid ita oblectauit unquam, ut proximæ tuæ literæ? Hoc modo rursum singulas ferè orationes uariare libebit. C. H. Quid deinde fiet? A. V. Iam paulo liberius totam orationem uertemus, ut unam dictionem pluribus uerbis circumloquamur. C. H. Dic exempli causa. A. V. Quod modò per nomen incredibile, modo per aduerbiū incredibiliter, dictum erat, unam dictionem aliquot uerbis commutabimus. Literis consequi nequeam, quantum tuis literis sim delectatus. Et mihi scriptu, & tibi creditu perdiffi-

In qua villa tempore  
Attulit maiorem uoluptatem

per difficile fuerit, quæ iucunditati tua mihi scripta fuerint. Explicare prorsum nequeo, quæ sim tuis literis gauisus. Et item in infinitum. Rursum alio pacto. Nam hactenus & per negationem, & per interrogationem, postremo per infinitas orationes uariauimus. Nunc per subiunctivas siue conditionales uariabimus, hoc modo: Moriar, si unquam quicquam fuit tuis literis aut optatius, aut dulcior. Percam, si ulla res maiori uoluptati fuit quæ tuæ literæ. Ita me Deus amet, ut nihil in uita tuis literis accidit iucundius. Et item alia multa in hunc modum excogitare licebit. C. H. Quid deinde? A. V. Nunc ad translationes, similitudines, & exempla fugiendū est.

## TRANSLATIO EST IN HIS.

Accepi literas tuas, quæ mellitæ fuerunt. Nihil nisi meret delicia tua mihi scripta uidentur. Merita uoluptas sunt tuæ literæ. Et huiusmodi plurima. Sed cauendum ne obsoletis, aut durioribus translationibus utamur, quale est illud:

Juppiter hybernæ canæ niue conspuit Alpes. franci, excelsi montes, italiam separantes, & gallia et germania

Et quale est illud: Cœni tuorum scriptorum me suadis, uißimis epulis refecit.

## COMPARATIO A SIMILI.

Tua scripta omni uel ambrosia, uel nectare suauiora fucre. Literæ tuæ quoquis melle mihi fuere dulciores.

Epistola humanitatis tuæ & siliquam omnē, & mel Atticum, & saccharum omne, nectar ambrosiamq; deorum longè superauit. Hic quicquid dulcedine nobilitatū est, in medium adduci potest.

A. Fabula poetica ferunt ambrosiam eum, et nectar y obiisse esse. Deorum suorum pietatis.

B. Regis in qua & nectaria nobs. Siliqua. Quæ alijs significacione exibit. Est statim. Cœni fructus cibis siliqua dictus, et cœni sui siens ea.

## A B E X E M P L O .

Nunquam adducar ut credam Hero Leandri sui lite

ras aut maiore uoluptate, aut pluribus osculis accepisse,  
quām tuas accepi. Vix crediderim aut Scipionem cu  
 sa Carthagine, aut Paulum Aemilium capto Perseo, ma  
 gnificentiorē egisse triumphum, quām ego, simillim ac  
 suauissima tua scripta tuus mihi tabellarīus reddidit. Hu  
 iusmodi tum ex fabulis, tum ex historijs infinita possunt  
 inueniri. E physica uero sumuntur rerum similitudu  
 nes, quarum quām plurimarū naturas memoriter tene  
 re necesse est. Nunc si libet in alia sententia tentemus.

NVNQVAM DVM VIVAM, TVI  
 ero immemor.

Semper dum uiuam, tui meminero. Quoad uiuam,  
 nunquam me tui capiet obliuio. Prius uiuere desinam,  
 quām tui meminisse.

PER COMPARATIONEM.

Si umbram corpus poterit effugere, & hic animus  
<sup>late fluminis inferorum et in</sup>  
<sup>perterritus ab aliis latens a rim</sup>  
<sup>fluminis internalis</sup>  
 tui quibit obliuisci. Tui memoriam ne Lethæus quidem  
 annis poterit abolere.

PRAETEREA PER ADYNATON, AVT  
 more poetico per contraria.

Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit.  
 Ante leues ergo, &c. que non est multi negotij excogiti  
 re. Verum ne immodi ci uideamur, his in presentia con  
 tenti sumus. Alias, si uoles, copiosius hac de re colloque  
 mur. C. H. Ego te Augustine iam planè exhaustum puta  
 bam, sed tu preter expectationem nouum thesaurum in  
 dicasti: quem si pergas explicare, nox ante occupauerit,  
 quām tibi eadem de re desint uerba. A. V. Si ego hoc mei  
 diocri & doctrina, & ingenio p̄r̄sto: quantum Cicero  
 nem ipsum ualuisse credis, qui cum Roscio histrione cer  
 tasse

tasse legitur? Sed sol nos relinquit. Hunc scit cœlum, præstat imitari auiculas, tectoq; ac lecto nos condere. Proin de uale mi Christiane suauissime in crastinum. C.H. Tu itidem bene ualeas Augustine omnium doctissime.

## CONVIVIUM RELIGIOSVM.

E U S E B I U S , T I M O T H E V S , T H E O / Eusebius, plus:  
P H I L V S , C H R Y S O G L O T T V S , Timotheus,  
charus Deo,  
uel charum ha  
bens Deum :  
V R A N I V S .

E V . Cum omnia nunc uernent & rideant in agris, demiror esse qui sumos in urbibus delectentur. T I . Non omnes capiuntur aspectu florum, aut pratorum uernantium, aut fontium, amnum ue: aut si capiuntur, est aliud quod magis iuuet. Ita uoluptas uoluptate, ueluti clavis clavo pellitur. E V . Tu mihi fortasse fœneratores narras, aut his similimos negotiatores auaros. T I . Istos qui dem, sed non solos, o bone, immo cum his inumeros alios, usq; ad ipsos sacerdotes ac monachos, qui ferè questus gratia malunt in urbibus, ijsq; frequentissimis uersari, degma sequiti non Pythagoricum aut Platonicum, sed ceci cuiusdam mendici, cui dulce erat premi turbis hominū, quod diceret illic esse quæstum, ubi esset populus. E V . Valcent ceci cum suo quæstu: nos philosophimus. T I . Et Socrates philosophus urbes præferebat agris, quod discendi cupidus, & urbes haberent unde disseret: in agris esse quidem arbores & hortos, fontes & amnes, qui pascerent oculos, cæterum nihil loquerentur, ac proinde nihil docerent. E V . Est non nihil quod dixit Socrates, si solus obambules in agris. Quanquam mea sententia, non est muta rerum natura, sed undique que loquax est, multaq; docet contemplantem, si nacta fuerit

Chrysoglot  
tus, aurea ha  
bens lingua:  
Vranus, co  
lestis.

fuerit hominem attentum ac docilem. Quid aliud clamat illa tam amoena naturae uernantis facies, quam officis Dei sapientiam bonitati parem? Sed Socrates in eo secessu, quam multa docet Phaedrum suum, ac uicissim ab eo discit. T. I. Si tales adessent aliquot, nihil esse possit amoenius rusticatione. E. V. Libet igitur huius rei periculum facere? Est mihi praediolum suburbanum, non amplum, sed nitidè cultum, eò uos in crastinū diem ad prandium uoco. T. I. Plures sumus, exederemus totum predium tuum. E. V. Imò totum coniuivium apponetur herbaceum, ex dapibus, ut inquit Flaccus, in emptis apparatum. Vinum ipse locus suppeditat: pepones, melones, ficos, pyra, mala, nuces, ipsæ pcnè arbores porrigitunt, quemadmodum fit in insulis fortunatis, si Lucia no credimus. Accedet fortassis ē corte gallina. T. I. Age, non recusamus. E. V. At suam quisq; umbram secum adducat quam uoleat: ita ut cum sitis quatuor, æquabimur numerum Musarum. T. I. Fiet. E. V. Vnum illud uos primitos uolo, sibi quisq; condimentū suum adferet. Ego cibos duntaxat apponam. T. I. Quod condimentum naras, piper an saccarū? E. V. Imò aliud uilius, sed suauius. T. I. Quodnam? E. V. Famem. Eam dabit hodie cœnū tenuis, cras acuet stomachum ambulatiuncula. Et hoc quoq; commodi rusculo meo debebitur. Verum ad quā horam libet prandere? T. I. Ad decimam, prius quam im calescat aestus solis. E. V. Curabitur. P. V. Here, ad sunt con uiuæ pro foribus. E. V. Bonæ fidei est, quod uenisti: sed bis gratum est, quod uenisti mature unà cum umbris uestris longè gratissimis. Sunt enim quidam inciuiliter ciuiles, qui coniuatorem mora sua torquent. T. I. Eo ma turius

Cors cortis,  
spacium circa  
uillā septū: un  
de cortis aues  
& militū co  
hors, qd ex a  
gris legi sole  
ant.

Vmbra, non  
ipse uocatus,  
sed quem ad  
ducit comitē  
uocatus.

turius uenimus, ut esset ocium lustrandi uisendiq; regiam istam tuam, quam audiuimus undique miris delicijs uariam, nusquam non testari domini sui ingenii. E v. Regia spectabitis tali digna rege. Mihi certe nidulus est quauis regia gratior. Et si regnat qui libere uiuit ex animi sui sententia, hic plane regno. Sed prestat, opinor, interim dum culinæ præfecta parat holusculum, & adhuc moderatus est solis calor, uisere hortos nostros. T i. Est alius præter hunc? Nam hic sanè mirè cultus blandissimo aspectu statim ingredientes salutat, & comiter excipit. E v. Hinc igitur decerpit sibi quisq; flosculos ac frôdes aliquot, ne quid offendat domus pedor. Non idem odor æquè gratus omnibus. Quare sibi quisq; deligat: ne parcite. Nam quicquid hic nascitur, penè publicum esse patior. Neq; enim unquam clauditur ostium huius uestibuli, nisi noctu. T i. En tibi in ostio Petrus. E v. Hunc ego malo ianitorem, quam Mercurios, Centauros, aliaq; portenta, quæ quidam pingunt in foribus suis. T i. Isthuc homine Christiano dignius est. E v. Nec mutum habeo ianitorē, tribus linguis alloquitur ingrediētem. T i. Quid loquitur? E v. Quin ipse legis? T i. Interuallum aliquāto longius est quam ut prospectus oculorū assequatur. E v. En tibi perspicillum, quod te uel Lynceum reddet. T i. Latina video: Si uis ad uitā ingredi, serua mādata, Mat thæi cap. 19. E v. Nunc lege Græca. T i. Græca video qui dem, at illa non uident me: quare lampadem hanc tradō Theophilo, qui nunquam non cantillat Græca. T H. M. ταῦτα, οὐχὶ τηλεγράφατε, πρόξειν τῷ βίτῳ. C H R Y. H C. &c. id est, in suis autē infibrae mihi sumam. E v. An uobis uidetur incomis ianitor, qui statim monet ut auer tamur

רְצָרִיךְ  
Nō uidet me,  
id est nō intel  
ligo. Nolunt  
enim uidere,  
quē non agno  
scunt.

Lampadē tra  
dere, est alteri  
tradere nego  
ciū: uide pro.

רְצָרִיךְ  
&c. id est, in  
suis autē infi  
brae sua uiuet.

Ab. 2, & G 2  
lat. 3.

tamur à uicijs, & conuertamus nos ad studium pietatis! Deinde uitam non contingere ex operibus Mosaicis, sed per fidem Euangelicam? Postremò seruandis Euangeliis præceptis, iter esse ad immortalem uitam? T. I. Et ecce mox ad dextram ingressus ostendit facellum perquam elegans, in altari I E S U S C H R I S T U S suspiciens in coelum ad patrem & spiritum sanctum illinc prospiciens: atque eodem dextram porrigens, laeva uelut inuitat & allectat prætereuntem. E. V. Nec is elinguis nos excipit: uides Latina, Ego sum uia, ueritas, & uita. Graeca, Εγώ είμι τὸ αὐτόφατον, καὶ τὸ οὐ. Hebreæ,

**לֹכֶד בְּנֵי שָׁמָן לִירָאָת יְהוָה אֱלֹהֶיךָם רַבֵּל**  
**c. 34.**  
 id est, uenite si t. I. Latet nimurum omne nos salutauit dominus I E S U S. v. Sed ne uidcamur inciuiles, fortassis par est, nisi docebo ut illum resalutemus, precemurq; ut quando ex nobis ipsos. Psal. 34. si nihil possumus, ille sua inæstimabili bonitate non sinat nos unquam aberrare à uia salutis: sed abiectis umbris Iudaicis, & huius mundi præstigijs, per ueritatē Euangelicam perducat nos ad uitam æternam: hoc est, ipse per se trahat nos ad se. T. I. Aequissimum est, & ipsa loci species inuitat nos ad precandum. E. V. Multos hospites allicit huius horti amoena: sed ita ferè apud omnes inualuit consuetudo, ut nemo præcreat I E S U S M insulatum. Hunc ego uice foediissimi Priapi, custodem posui, non solum horti mei, sed omnium quæ possideo, deniq; corporis pariter atq; animi. Adebat, ut uidetis, fonticulus saluberrimis aquis non in amoena scatens, ut cuncti representans unicum illum fontem, qui cœlesti latice refoillat omnes laborantes & oneratos, & ad quem anhelat anima delassata malis huius mundi, non aliter, quam iuxta

iuxta Psalmistam: Ceruus æstuans siti , gustatis serpen-  
tium carnibus. Hunc gratis haurire licet , quisquis sitit.  
Nonnulli & religionis gratia sese aspergunt . Quidā  
etiam bibunt , non sitis, sed religionis causa . Video uos  
inuitos auelli ab hoc loco . Sed interim hora monet, ut  
uisamus hunc cultiorem hortum , quem in quadrū cin-  
gunt muri regiae meæ. Si quid erit uisendū intus, à pran-  
dio spectabis, quum solis æstus nos, ueluti cochleas, do-  
mi cohibebit horis aliquot. t i. Papæ. Epicureos hortos  
mibi uidere uideor. e v. Totus hic locus uoluptati dica-  
tus est, sed honestæ, pascendis oculis, recreandis naribus,  
reficiendis animis . Nihil hic nascitur præter odoratas  
herbas, nec eas quilibet, sed eximias duntaxat . Vnum  
quodque genus suas habet areas . t i. Nec herbæ mutæ  
sunt apud te, quantū video. e v. Probè dicis: alij domos  
habent opulentas, ego loquacissimam habeo, ne quando  
solus uideri possum: id magis etiam dices , ubi totā uide-  
ris . Ut herbæ sunt uelut in turmas digestæ , ita singule  
turme singula habent uexilla cum inscriptione . Velut  
amaracus hic, Abstine, inquit, sus , non tibi spiro. Cum  
enim sit suauissimæ fragrantie, sues tamē hoc odore ue-  
hementer offenduntur . Itidem singula genera habent  
suos titulos, aliquid indicantes , quod ad peculiarē eius  
herbe uim pertinet. t i. Nihil adhuc uidi hoc fonticulo  
festiuus, qui medius uelut arridet herbis omnibus, ac re-  
frigeriū illis pollicetur aduersus æstū . Sed alueolus hic,  
qui tata gratia totā aquam ostēdit oculis hominū, hinc  
atq; hinc & equis spacijs hortū dirimēs, in quo sese utring;  
herbe uelut in speculo contēplari gestiūt, nū mamorcus  
est? e v. Bona uerda, unde huc marmor? ē cōtusis cæmen-

Abstine sus;  
Suibus amara  
cīnū unguen-  
tū ex amara-  
co factum, ue-  
nenum est,

tis factitium marmor est, coloris candor additus est incrūstamento. T. I. Quo tandem se condit tam amabilis ri-  
uus? E. V. Vide inciuitatē humanam. Postea quām hic  
satis exhilarauit oculos nostros, proluuit culinam, ciuisq;  
sordes secū defert in cloacā. T. I. Crudele, ita me Deus be-  
ne amet. E. V. Crudeles, ni ē in hunc usum parasset eten-  
ni numinis benignitas. Tum crudeles sumus, quū fonte  
diuinæ scripture longe hoc amoeniore, recreandis simul  
ac purgandis animis nostris datum cōspurcamus uitios  
nostris, prauisq; cupiditatibus, abutentes tam ineffabili  
dono Dei. Nam hac aqua non abutimur, si partimur in  
uarios usus, in quos illam dedit is, qui nihil non affatim  
suppediat usibus humanis. T. I. Verissima sunt que nar-  
ras: sed cur tibi uirent horti etiā septa manu facta? E. V.  
Ne quid hic non uireat. Quidā rubra malunt, quod is co-  
lor additus uirentib. gratiam adiungat. Hic mihi magi-  
arridet, ut est sua cuique sententia, etiam in hortis. T. I.  
Sed horti per se amoenissimi, iucunditatē propemodum  
obscurant ambulacra tria. E. V. In his uel studio, uel ob-  
ambulo solus cum amico cōfabulans, uel cibū capio, si vis  
detur. T. I. Columnæ paribus interuallis sustinentes edificiū  
innitēs, miraq; uarietate blandiētes, sunt ne marmo-  
ræ? E. V. Ex eodem marmore, quo factus est hic alue-  
t. I. Lepida profectio impostura. uel deierassem esse mar-  
mor. E. V. Quare caue, ne uel credas, uel deieres quo  
quam temere. Non raro fallit species. Quod opibus de-  
est, arte sarcimus. T. I. Non tibi sat erat hortus tam mi-  
dus, tā excultus, nisi pingeres insuper alios hortos? E. V.  
Non capiebat omnis herbarū species unus hortus. Pris-  
terea bis delectamur, quum pictum florem cum uiuo de-  
certam

certantem uidemus, & in altero miramur artificium natu-  
rae, in altero pictoris ingenii: in utroq; benignitate Dei,  
qui in usum nostrum largitur haec omnia nulla in re non  
mirabilis pariter & amabilis. Postremo non semper ui-  
ret hortus, non semper uiuunt flosculi. Hic hortus etiam  
media bruma uiret & ad blanditur. t i. At non spirat.  
e v. Sed rursum non eget cultura. t i. Tantum pascit ocu-  
los. e v. Verum, sed hoc perpetuo facit. t i. Habet suum &  
pictura senium. e v. Habet, nobis tamen est uiuacior, &  
illi ferè gratiam addit ætas, quam nobis detrahit. t i. Vti-  
nam hic uanus esses. e v. In hoc ambulacro quod spectat  
Occidentem, sole fruor oriente: in hoc quod spectat Ori-  
entem, apricor interdu: in hoc quod spectat Austrum, sed  
patet ad septentrionem, recrco ab aestu solis. Obambulabi-  
mus, si uidetur, quo spectetis proprius. En uernat ipsum  
etiam solum. Habent enim & tessellæ colorum gratia, &  
flosculis pictis ad blandiuntur. Hoc nemus quod uidetis  
hoc toto pariete depictum, exhibet mihi uarium spectacu-  
lum. Primum quod uidetis arbores, tot uidetis arborum ge-  
nera, singulis ad natuam imaginem non peñime expressis.  
Quot cernitis aues, tot uidetis avium species, præcipue si  
que sint rariores, & insigni re quapiam nobiles. Nam an-  
seres, gallinas & anates quid attinet pingere? Inferne  
sunt quadrupedum species, aut earum avium, que uiuit  
humo more quadrupedum. t i. Mira uarietas, nec quicquam  
est ociosum. Nihil est quod non aut agat, aut loquatur  
aliquid. Quid nobis narrat noctua, penè latitas sub fron-  
dibus? e v. Atticè loquitur Attica. σωφρόνει, inquit & ωραί  
στοιχίαι. Iubet nos cōsultò agere, quod non omnib. felici-  
ter cedat inconsulta temeritas. Hic aquila discepit lepo-

id est, prudens  
esto, non om-  
nibus uolo.

rem frustra obtestante scarabeo. Adstat scarabeo trochilus, & ipse capitalis inimicus aquilæ. T 1. Hæc hirundo quid gerit ore? E v. Herbā chelidoniam. Nam hac restituit pullis exoculatis uisum. Agnoscitis herbæ figuram? T 1. Quod nam hoc nouum lacerta genus? E v s. Non est lacerta, sed chamæleon. T 1 M. Est hic ille longo nomine celebratus chamæleon? Belluā esse credidi leone maiorem, quem uincit etiam uocabulo. E v. Hic ille est semper hians, & semper iejunus chamælon: hec arbore est caprificus, apud quam solam sœuit, alias innoxius. Nam uenenum habet, ne contemnas hiantem bestiolam. T 1. At non mutat colorem. E v. Verum, quia non mutat locum: ubi mutarit locum, uidebis & colorem aliud. T 1. Quid hic sibi uult tibicen? E v s. Nonne uides in proximo camelum saltantem? T 1 M. Video nouum spectaculum, camelus cinædus est, & simius choraules. E v. Sed his sanguatim ac per oculum cōtemplandis alias dabitur uelutum triduum. nunc satis erit, ueluti per transennā uidisse. In hac regione depictum est ad natuam effigie, quicquid est insignium herbarum: quodq; iure mireni, hic uenena quantumuis præsentanea, tutò non solam spectantur, uerum etiam cōrectantur. T 1. En scorpiorum in hisce regionibus malum, sed frequens Italorum. Quanquam color mihi parū respondere uidetur in pictura. E v. Quis sic? T 1. Quia magis nigrēt apud Italos, iste pallidior est. E v. An non agnoscis herbam in cuius foliū incidit? T 1. Nō satis. E v. Nec mirum. Nec enim nescitur in hortis nostratibus. Aconitum est. ei ueneno latata uis est, ut scorpions ad huius contactum stupescat, paliescatq;, se seq; uinci patiatur. Sed offensus ueneno, aue

neno petet remedium. Videtis in propinquo utrumq; genus hellebori. Si scorpius sese potuerit explicare à folio aconiti, & album helleborum contingere, recipiet pristinum uigorem, diuersi ueneni cōtactu soluente torporē. T I. Actum est igitur de isto scorpio. Nam is se nunquam explicabit ab aconiti folio. Etiam loquitur hic scorpis ev.

Et quidem Græcè. T I. Quid ait? E v. οὐ γέ διός τὸ αἰτησθενές. id est, reperit Hic præter herbas uidetis omne serpentium genus. E n. uox bis basiliscus, oculis igneis, ipsis etiam nocentissimis uenenis formidabilis. T I. Et is loquitur aliquid. E v. Oderint, inquit, dum metuant. T I. Plane regia uox. E v. Imò nihil minus regium, sed tyrannica uox est. Hic pugnat lacerta cum uipera. Hic dipsas insidiatur, tecta putamine oui struthiocameli. Hic uidetis politiam totam formicarum, ad quarum imitationē nos uocat Hebreus ille sapiens, atq; etiam Flaccus noſter. Hic uidetis formicas invidas, quæ aurum egerunt, ac seruant. T I. Deum immortalem, cui posſit obrepere tedium in hoc theatro uersantur. E v. Alias, inquam, licebit uel ad satietatem usq; spectare. nunc procul tantum spectate tertium parietem. Is habet lacus, amnes & maria, & in his quicquid est insugnium piscium. Hic est Nilus, in quo delphinum illum uidetis, hominum amatorem cum crocodilo depugnatum, quo non alijs hostis homini capitalior. In ripis ac litoribus uidetis ea que sunt amphibia, ut cancri, phoca, fiber. Hic est polypus captator captus à concha.

T I M. Quid loquitur? αἰγῶν αἴγε μα. Mire pictor fecit alid est, captans quam pellucidam. E v. s. Aut hoc erat illificiendum, aut captior nobis opus erat alijs oculis. In proximo est alter polypus summa æquoris aqua uelificans, liburnicarum gau-

dens imagine. Videtis torpedinem prostratam in arenis  
concolori, quam hic tutò uel manu contigeris. Sed alio  
properandū est. Hęc pascunt oculos, at uentrem non ex-  
plent. properemus ad reliqua. T. I. Etiā ne amplius. E. V.  
Mox uidebitis, quid nobis præbeat posticum. Hic uide-  
tis hortum satis spaciosum in duas diuisas partes: in alte-  
ra est, quicquid est herbarum esculentarum, in quo  
gnant uxor & famula mea: in altera, quicquid est medi-  
carum, præcertim insignium. Ad lēuam est pratum libe-  
rum, præter uirorem graminū nihil habens. septum est  
sepe perpetua, è spinis implexis, sed uiuis contexta. Illic  
nonnunquam uel ambulo, uel lusito cum sodalibus. Ad  
dextram est pomarium, in quo cum erit ocium, uidetis  
plurimas arbores peregrinas, quas paulatim doceo na-  
stro cœlo assuefcere. T. I. Pape, nę tu uincis uel ipsum  
Alcinoum. E. V. Hic auiarium est in confinio adhaerens  
ambulacro superiori, quod uidebitis à prandio, uidebitis  
formas uarias, uariasq; linguas audietis. Nec minus  
ria sunt ingenia. Inter quasdam cognatio est & mutuus  
amor, inter nonnullas simultas irreconciliabilis. Sunt  
tem omnes adeò cicures & māsuetæ, ut si quando con-  
illic aperta fenestra, deuolent in mensam, cibūq; uel ē ma-  
nibus capiant. Si quando ingredior, in pōticulo penſili  
quem uidetis, fabulans cū amico, aſſident, auscultat, inſu-  
dent humeris aut brachijs: adeò didicerunt timere, qui  
ſentiunt neminem ledere. In extremo pomario apum re-  
gnum est. nec illud ſanè ſpectaculū in aſcenſū. In preſen-  
tia nō ſinam uos amplius contemplari, quo ſit quod uos  
poſthac reuocet tanq; ad nouum ſpectaculū. A prandio  
cetera uobis oſtendam. P. V. Uxor & famula clamitanti

corrumpti

corrumpi prandium. e v. Iubeto illas esse æquanimes,  
nos iam accurremus. Lauemus amici, ut puris manibus  
et animis ad mensam accedamus. Etenim si ethnicis  
quoq; religiosa erat mensa, quāto magis oportet esse sa-  
cram Christianis, quibus habet imaginē quandam illius  
sacrosancti cōuiuij, quod dominus Iesus postremū egit  
cum suis discipulis. Et ob id recepiū est, abluere manus,  
ut si quid odij, liuoris aut turpitudinis alicui forsitan re-  
sideat in animo, id deiciat antē, quām accedit ad cibum  
capiendum. Sic enim opinor et corporis alubriores ej-  
se cibos, si sumātur animo defecato. t i. Istud uerissimū  
esse credimus. e v. Quoniam hoc exemplum nobis ab  
ipso Christo traditum est, ut ab hymno cibum auspica-  
remur: nam id arbitror quod frequenter in euangelio le-  
gimus illum benedixisse, aut gratias egisse patri prius,  
quām cibum frangeret: et rursum hymno finiremus, si  
uidetur, recitabo uobis hymnum, quem diuus Chryso-  
stomus miris laudibus predicat in homelia quadam, di-  
gnatus etiam interpretari. t i. Imò ut uelis, rogamus.  
e v. Benedictus Deus qui me pascis à iuuentute mea,  
qui cibum prebes omni carni, reple leticia et gaudio  
corda nostra: ut affatim quod satis est habentes, abunde-  
mus in omne opus bonū in Christo Iesu domino nostrō,  
cum quo tibi gloria, honor et imperiū, cum sancto spi-  
ritu in omne æuum. t i. Amē. e v. Nunc accumbite, ac  
suam quisq; umbrā sibi adiungat. Canicici tuē debetur  
primus locus Timothec. t i. Verbo dignitatē uniuersam  
meam complexus es. Hoc solo nomine sum cæteris ante  
ponēdus. e v. Cæterarū dotiū estimator est Deus, nos ex <sup>Sophronius,</sup>  
sequimur que uidemus. Sophroni, adhuc corpori tuo. temperatus:

Eulalius, be  
ne loquens:  
Theodidact,  
diuinitus do  
ctus: Nepha  
lius, sobrius.

Tu Thcophilc & Eulali dextrum mensæ latus occupa  
te. Chrysoglottus & Theodidactus occupabunt laevum.  
Vranius & Nephalius quod superest. Ego hunc angu  
lus tuebor. T I. Non patiemur: hospiti debetur primus  
locus. E V. Tota domus hæc mea est, simulq; uestra: quod  
si mihi permittitur ius in regno meo, is locus debetur ho  
spiti, quemcunq; sibi delegerit. Nunc utinam Christus il  
le exhilarator omnium, & sine quo nihil uerè suauè est,  
dignetur huic nostro intercessse conuiuio, suaq; præsentia  
exhilarare animos nostros. T I. Spero dignabitur. Sed  
ubi sedebit iam omnibus locis occupatis? E V. Utinam il  
le se misceat omnibus & patinis & poculis, ut nihil il  
lum non sapiat, sed potissimum illabatur animis nostris.  
Id quo magis dignetur, & nos tanti hospitis reddamus  
capaciores, si molestum non est, auscultabitis paululum  
ē sacra lectione: sed ita, ut interim nihilo secius admouca  
tis manus ouis & lactucis, si libet. T I. Id faciemus libe  
ter, sed auscultabimus libentius. E V. Is mos mihi multo  
nominibus uidetur amplectendus, quod hac ratione ut  
tentur inanes fabulæ, præbeaturq; materia confabulati  
onis frugiferæ. Multum enim ab illis dissentio, qui putant  
non esse latum conuiuum, nisi quod scatcat ineptis ac  
lasciuis fabulis, quod perstrepat obsoenis cantiunculis.  
Vera hilaritas nascitur è pura sinceraq; conscientia. atq;  
hi sermones uerè lati sunt, quos semper & dixisse iuici  
aut audisse, & semper delebet meminisse: non quorum  
mox pudeat, quiq; conscientiam poenitudine discruciet.  
T I. Utinam ista tam perpenderemus omnes, quam sum  
uera. E V. Hæc præter quam quod certam & insignem  
habent utilitatem, etiam iucunda fuent, ubi uel mensen

unum assueris. T I. Nihil igitur consultius, quam optumis assuescere. E V. Recita puer distincte & clare. P V. Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini. Proverb. 12. ni, quo cunq; uolucrit inclinabit illud. Omnis uia uiri recta sibi uidetur, appèdit autem corda Dominus. Facere misericordiā & iudicium, magis placet Domino, quam uictimā. E V. Sit hoc satis. Præstat enim panca uide dicere, quam multa cum tædio deuorare. T I. Præstat sanè, sed non hic tantum. Plinius scripsit, Officia Ciceronis nunquam de manibus deponenda: & sunt sane digna que cum ab omnibus, tum præcipue ab his qui destinati sunt administrandæ reipublicæ, ad uerbum ediscantur, mea quidem sententia: sed hunc Proverbiorum libellum semper dignum arbitratus sum, qui semper nobis circunferatur. E V. Quoniam sciebam prandium fore dilutum & insipidum, idcirco hanc procuraui nobis conditaram. T I. Nihil hic est non lautiſimū: & tamen si nihil esset præter betas absq; piperc, uino & aceto, talis lectio condiret omnia. E V. Mihi tamen plus adderet gratia, si quod audio, penitus intelligam. Atque utinam adesset aliquis uerè theologus, qui ista non intelligeret solum, uerum etiam saperet. Nobis idiotis nescio an fas sit hisce de rebus confabulari. T I. Ego uero puto uel nautis esse fas, modò absit definiēdi temeritas. Fortasse & Christus, qui pollicitus est se ad futurū, ubi cunq; duo conuenient de ipso tractantes, aspirabit nobis tam multis. E V. Quid si igitur partiamur inter nos nouē, tres sententias? CON. Non displicet, modò à cōuiuatore incipiat ordo. E V. Non detrectarē prouinciam, sed uereor ne hic uos peius accipiam, quam cibis accipio. Agè, nec ubi uidear

h s difficult

Betas. Allusit  
ad illud Mar.  
Vt sapientia  
tuæ fabrorum  
prandia betæ.  
Oꝝ ſæpe pe-  
tet uina pi-  
perꝝ coquus.

difficilis coniuuator, omisiis uarijs conjecturis, que in bunc locum congerunt interpretes, mihi uidetur hic esse sensus moralis: alios mortales posse flecti monitis, in crepationibus, legibus ac minis: regis animum, quoniam neminem metuit, si repugnes, magis irritari. Et idcirco quoties principes uehementer contendunt aliquid, suo animo relinquendos: non quod semper uelint optima, sed quod illorū stulticia maliciā ue Deus nonnunquā abutatur ad emendandos eos qui deliquerunt. Quemadmodum uetus resisti Nabuchodonosor, quod illius ministerio decreuisset castigare populum suum. Fortassis illud est quod ait Iob: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Atque huc fortasse pertinet quod ait David, deplorans peccatum suum: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Non quod reges non peccent ingenti populi malo, sed quod non habeant hominem, cuius autoritate condemnantur, quem Dei iudicium nemo quamlibet potens possit effugere. Tl. Non displicet interpretatio. Sed quid sibi uolunt divisiones aquarum? E v. Adhibita est similitudo, que leonis, ita & rem explanet. Violenta res & impotes est regis animus regis ira. Proverb. 19. concitatus, nec huc aut illuc duci potest, sed impetu suo fertur, uelut cæstro diuino percitus: quemadmodum mare se spargit in terras, ac subinde cursum mutat, contemptis agris, ædificijs, & quicquid obstat: alicubi se condit sub terras, cuius impetum si coneris inhibere, aut aliò deflectere, nihil agas. Idem accidit in magnis fluminibus, ueluti fabulæ quoque narrant de Acheloo. Minus autem mali capitur, si commode obsequundes, quam si violenter repugnes. Tl. Nihil igitur remedij aduersus

Hiere. 27. &  
22. Iob. 34.

Psal. 50.

aduersus malorum regum impotentiam? e v. Fortasse  
primum fuerit, iconem in ciuitatem non recipere: proxim  
um, sic autoritate senatus, magistratum ac ciuium  
moderari potentiam illius, ut non facile erumpat in ty  
rannidem: sed omnium potissimum, dum adhuc puer  
est, & se principem esse nescit, sanctis præceptis forma  
re pectus illius. Profunt & preces ac monita, sed blan  
da ac tempestiuia. Extrema ancora est, uotis fatigare De  
um, ut regis animum inclinet ad ca, quæ Christiano re  
ge dignasunt. t i. Quid ait idiota? Si bacheloreus es  
sem theologiae, minimè puderet istius interpretationis.  
e v. An uera sit nescio, mihi satis est quod sensus non sit  
impius aut hæreticus. Morè geſſi uoluntati uestræ: nunc  
ut decet in conuiuijs, uiciſſim audire cupio. t i. Si quid  
desertis his quoq; canis, mihi uidetur hoc dictum et ad  
abſtruſiorem ſententiam accommodari posse. e v. Credo,  
& audire cupio. t i. Rex intelligi potest uir perfectus,  
qui domitis carnis affectibus, solo diuini ſpiritus impe  
tu dicitur. Porro qui fit huiusmodi, hunc non conuenit  
fortassis humanis legibus in ordinem cogere, sed ſuo do  
mino, cuius ſpiritu agitur, relinquendus eſt. nec iudican  
dus eſt ex hiſce rebus, quibus imbecillitas imperfectiorū  
ut cunque prouochit ad ueram pictatem: ſed ſi quid ſe  
cū ſit, dicendum eſt cum Paulo: Dominus aſſumpti  
illum, domino ſuo ſtat, aut cadit. Itē illud: Spiritualis ho  
mo oīa dijudicat, ipſe uero à nemine iudicatur. Talibus  
igitur nemo præſcribat, ſed dominus qui præſcripti ter  
minos mari et amnibus, habet cor ſui regis in mari ſua,  
& quoq; uoluerit inſlectit illud. Quid enim opus eſt  
præſcribere illi, q; ſuapte ſpōtē præſtat meliora q; exigū  
humane

humanae leges? Aut quae temeritas sit illum hominem con-  
stitutionibus astringere, quem certis argumentis constat  
diuini spiritus afflatu gubernari? E v. Tu uero Timo-  
thee non solum canos habes capillos, sed pectus etiam  
habes eruditio[n]is canicie uenerabile. Atque utinam in-  
ter Christianos, quos omnes oportebat esse reges, huius-  
modi plures reperirentur hoc digni cognomine. Sed iam  
satis est ouatum, & holceribus praelusum. Iubete hac tol-  
li, & apponi quod supereft. T i. Nobis affatim satisfactum  
est hac ouatione, etiam si nihil praeterea successerit uel  
Supplicatio et supplicationis, uel triumphi. E v. Verum quoniam aspi-  
ouatio sunt in-  
fra triumphū:  
allusum est au-  
tem ad oua ap-  
poxia.  
hi uidetur aliquanto obscurior. s o. Si boni uoleatis consue-  
lere quicquid dixero, sedulo dicam quod mihi uidetur.  
Alioqui qui fieri potest, ut rebus obscuris lucem adferat  
umbra? E v. Evidem recipio futurum omnium nomi-  
ne, & tales umbras lucem suam habent aptiorem oculis  
nostris. s o. Idem docere uidetur quod Paulus. Diuersis  
uitae rationibus contenditur ad pietatem. Alij placet sa-  
cerdotium, alijs coelibatus, alijs coniugium, alijs secessus, alijs  
respublica, pro uarietate corporum & ingeniorum.  
Rursus alijs uescitur quibuslibet, alijs distinguit inter  
cibum & cibum, alijs iudicat inter diem & diem, alijs  
iudicat omnem diem. In his Paulus uult unūquenq[ue]; suo  
frui affectu citra contumeliā alterius. Nec oportet quen-  
quā ex huiusmodi iudicare, sed iudicium deferre Deo, qui  
expedit corda. Fit enim se per numero, ut ascens gravior  
sit Deo, quam non uescens: & diem festum uiolans acce-  
ptior sit Deo, quam is qui uidetur obseruare: & matru-  
moriū

monium huius gratius sit oculis Dei, quam multorum cœlibatus. Dixi umbra. e v. Utinam mihi sœpe contingat cum talibus umbris colloqui. Rem, ni fallor, non acutum aiunt, sed lingua tetigisti. Sed adest, qui cœlebs uixit, non de numero beatorum, qui se castrauerunt propter regnum Dei: sed hic castratus est uis, quo magis placet uentri, donec & hunc & eas destruxerit Deus. Caput est ex corte nostra. Elixis magis delector. Ius est non inelegans: quod in eo natat, lactucæ sunt selectissimæ. Sumat sibi quisque quod gratum est animo. Sed ne quid uos fallam, succedet huic aſſi non nihil, mox bellaria, deinde fabulae catastrophe. t i. Sed interim excludimus uxorem è coniuicio. e v. Ubi uos uenietis comitati ueſtris, accumbet & mea. Nunc quid aliud esset, quam mutata persona? & illa suauius garrit mulier inter mulieres, & nos liberius philosophamur. Alioqui periculum sit, ne nobis accidat quod accidit Socrati, cui quum essent coniuiae philosophi, quibus magis placent huiusmodi fabulae, quam cibus, & in longum proferretur disputatio, Xanthippe commota mensam subuertit. t i. Nihil minus à tua metuēdum arbitror. Est enim mulier moribus placidiſsimis. e v. Mihi certè talis, ut commutare non cupiam, etiam si liceat, atq; hoc nomine mihi uel præcipue uideor fortunatus. Nec enim mihi placet eorum sententia, qui fortunatum putant, uxore habuisse nunquam. Magis arridet quod ait sapiens Hebreus, ei bonam sortem obtigisse, cui obtigit uxor bona. t i. Sæpe nostro uictio malæ sunt uxores, uel quia tales deligimus, uel quia tales reddimus, uel quia non ut oportet formamus & instituimus. e v. Vera prædicas, sed interim expecto tertie senten-

Catastrophe,  
prima pars co-  
moediæ dicitur  
protasis, secunda  
epitalisis, in  
qua tumultus  
est uehemētris-  
simus: tertia ca-  
tastrophe, que  
cōponit tumultum.

Muta persona  
in fabulis, que  
ostenditur qui  
de, sed non lo-  
quitur. Hor.  
Nec muta lo-  
qui persona la-  
boret. Vide  
prouerbium,

κωφὸμ τρέπε  
σαπεύ.

**I**d est, divini-  
tus afflatus.

Dicitur oīs Theophilus. T H E. Imò mihi animus erat in

patinis: dicam tamen, quando licet impunè. E v. Etiam cum gratia licebit errare, uel sic præbebis occasionem inueniendi. T H. Mihi uidetur eadem sententia, quam pro tulit Dominus apud Osec prophetam capite sexto: Misericordiam uolui, & non sacrificium: & scientiam Dei plus quam holocausta. Cuius uiuus & efficax interpres est dominus I E S U S in Euangelio Matthæi capite no no. Cum enim conuiuium agitaret in domo Leui, qui erat publicanus, isq; multos sui ordinis, suiq; quæstus homines inuitasset ad conuiuium, Pharisei qui tumebant religione legis cum ea præcepta neglexerent, unde tota lex pendebat & prophetæ, quo discipulorum animos alienarent à I E S U S, rogabant illos, cur dominus adseret se conuiuio peccatorum, à quorum consortio abstinebant Iudei, qui uolcā haberi sanctiores: & si quid contigisset cum eiusmodi congredi, rcuersi domum abuebant corpus. Cumq; discipuli rudes adhuc non haberent quod responderent, dominus & profe, & prodiscipulis respondit: Non est opus, inquit, medico uilenibus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est. Misericordiam uolo, & nō sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. E v. Pulchritu quidem collatione locorum rem explicas, id quod in diuinis literis præcipuum est: sed discere uelim, quid appellat sacrificium, quid misericordiam. Nam quid consistit, ut aueretur sacrificia Deus, quæ sibi tot præceptis iusserrat exhiberi? T H. Quomodo Deus aueretur sacrificia, docet ipse nos apud Esaiam capite primo. Sunt enim quedam

præ

præscripta Iudæis in lege, quæ significant magis sanctu-  
moniam, quam præstant: quod genus sunt dics festi, sab-  
batis, ieiunia, sacrificia. Et sunt quæ semper præstan-  
da sint, quæ suapte natura bona sunt, non quia iussa. Iu-  
deos autem auersatur Deus, non quod obseruarēt legis  
ritus, sed quod his stulte tumidi, negligerebāt ea quæ Deus  
maxime vult præstari à nobis: ac madentes avaricia, sui  
perbia, rapinis, odio, liuore, cæterisq; uitijs, existimabāt  
Dcūm ip[s]is multum debere, quod diebus festis uersaren-  
tur in templo, quod immolarent uictimas, quod abstine-  
rent à cibis uetitis, quod illi nonnunquam ieiunaret, um-  
bras amplectebantur, rem negligebant. Q[uod] autē ait,  
Misericordiam uolo, & non sacrificium: opinor ex idio-  
mate sermonis Hebræi dictum, pro eo quod erat, miseri-  
cordiam uolo potius quam sacrificium: quemadmodum  
uelut interpretatur Solomon, cum ait: Facere misericor-  
diā & iudicium magis placet domino, quam uictimæ.  
Porro omne officiū, quod impenditur subleuando proxi-  
mo, scriptura misericordiā uocat et eleemosynā: quæ et  
ipsa nomē duxit à miserendo. Uictimas appellari puto,  
quicquid pertinet ad ceremonias corporales, & aliquid  
habet affine cū Iudaismo: quod genus sunt delectus cibo-  
rū, uestitus præscriptus, ieiuniū, sacrificiū, preces ueluti  
pensum absolutæ, quies dici festi. Hæc enim ut pro tēpo-  
re non sunt omnino negligenda, ita Deo fiunt ingrata, si  
quis obseruationib. huiusmodi confusus, negligat miseri-  
cordiā, quoties fratrius necessitas exigit officium charita-  
tis. Habet speciē sanctimonie etiā, colloquia uitare ma-  
lorū: sed hoc cessare debet, quoties aliud suadet charitas  
proximi. Obediētia est quiescere dieb. festis, sed impiū sit,

ob religionem diei sinere fratrem perire. Itaque seruare diem dominicum uictima est, ut ita loquar: reconciliari fratri, misericordia est. Porro iudicium, quanquam potest ad potentes referri, qui frequenter ui opprimunt imbecilles: tamen mihi uidetur non absurdum, si respondeat illi quod est apud Osce: Et scientiam Dei plus quam holocausta. Non seruat legem, qui non seruat iuxta mentem Dei. Iudei sublcuabant asinum in foueam collapsum sabbatis: & Christum calumniabantur, qui seruaret totum hominem in sabbato. Hic erat præposterum iudicium, et aberat scientia Dei: nesciebant enim, quod ista propter hominem essent instituta, non homo propter illa. Sed haec impudenter dicere uiderer, nisi uestro iussu dicerem. Malim ex alijs rectiora discere. E v. Ista mihi uidentur adeo dicta impudenter, ut existimem Dominum Iesum locum per organum oris tui. Sed interim dum largiter poscimus animos nostros, ne negligentur collegæ. T H. Qui

**C**orpora col- nam? E v. Corpora nostra, nonne collegæ sunt animorum? Hoc enim malum, quam instrumenta, uel domicilia, uel sepulchra. T i. Hoc nimis est affatim refici, ubi tuus homo reficitur. E v. Video uos segniter attingere. Quare si uidetur, iubebo proferri assa, ne pro lauto coniuio longum præbcam. Videbis huius prædioli summa. Armus est ouillus, sed exquisitus: capus, et perdices quietor. Has solas à mercatu sumpsi, reliqua suppeditat hoc prædiolum. T i. Epicureum prandium video, ne dicam.

**L**ege in chil. Sybariticum. E v. Imò uix Carmeliticum. Sed quale quid prouer. Sybare est, boni consuletis. Animus certè purus est, si parum titica mensa. lautum est conuiuium. T i. Adeò non est muta tua domus, ut non solum parietes, sed & cyathus loquatur aliquid.

E V . Quid tibi loquitur? T I . Nemo, nisi à seipso lèditur.  
E V . Cyathus patrocinatur uino . Nam uulcus febrim,  
aut capitis, grauedinem è potu contractam, imputare  
solet uino, quum ipsi sibi malum accersierint immodice  
bibendo. S O . Meus Græcè loquitur: cù oīw ἀνθεα. E V .  
Admonet non esse tutum sacerdotibus, aut régum familiis  
indulgere uino, quod uinum ferè transferat in lin-  
guam, quicquid latebat in cordé. S O . Apud Aegyptios  
olim nefas erat sacerdotibus bibere uinum, quum non-  
dum illis mortales sua committerent arcana. E V . Nunc  
licet quidem omnibus bibere uinum, an expedit, ne-  
scio. Eulali, quid libelli profers è crumenā: perquām ele-  
gans uidetur: nam foris etiam totus aureus est. E V . Sed  
idem intus plus quam gemmeus est. Sunt epistola Pauli:  
næ, quas ut unicas delicias meas semper mecum circum-  
fero: quas ideo profero, quod ex occasione sermonis tui  
uenit in mentem locus quidam, qui me nuper diu torsit,  
nec adhuc satis sibi facit animus . Is est in Epistola prioris  
ad Corinthios capite sexto, Omnia mihi licent, sed  
non omnia expedient . Omnia mihi licent, sed ego sub  
nullius redigar potestatem. Primum si Stoicis credimus,  
nihil est utile, quod non idem honestum . Quomodo igitur  
Paulus distinguit id quod licet, ab eo quod expedit?  
Certe scortari aut inebriari non licet, quomodo igitur li-  
cent omnia? Quod si Paulus de certo genere rerum lo-  
quitur, quarum omnium uult esse licentiam, non pos-  
sum satis ex ipso loci tenore diuinare, quodnam sit illud  
genus. Ex ijs quæ mox huic loco subiiciuntur, coni-  
cere licet, cum loqui de ciborum delectu. Quidam enim  
abstinebant ab idolothytis, quidam à cibis per Mosen

id est, in uino  
ueritas. Vide  
Chiliad.

interdictis. Et de idolothytis agit capite 8. Rursus capite  
10. uelut explicans huius loci sententiam, ait: Omnia mihi licent,  
sed non omnia expedient: omnia mihi licent,  
sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est querat,  
sed quod alterius. Omne quod in mætello uenit, mandu-  
cate. Hoc quod hic subiicit Paulus, congruere uideatur  
cum eo quod suprà dixerat, Esca uentri, & uenter escis,  
& hunc & has destruet Deus. Quod autem respexit  
hic etiam ad Iudaicum ciborum delectum, indicat clau-  
sula decimi cap. Sine offensione estote Iudeis & genitibus  
& ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus plu-  
cco, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut  
salui flant. Nam quod ait gentibus, pertinere uidetur ad  
idolothytū: quod ait Iudeis, referri uidetur ad delectum  
ciborum: quod ait Ecclesiæ Dei, pertinet ad infirmos, ex  
utraq; gente collectos. Licebat igitur uesci quibuslibet ci-  
bis, & omnia munda mundis. Verum incidit casus, ut  
non expediat. Quod omnia licet, libertatis erat cum  
gelicæ: sed charitas ubiq; spectat, quid conductat ad salu-  
tem proximi, eoq; frequenter abstinet & à licitis, mo-  
lens obsecundare commodo proximi, quam sua utili-  
tate. Sed hic mihi geminus obstrepit scrupulus, pri-  
mum quod in sermonis contextu nihil præcedat, aut se-  
quatur, quod cum hoc sensu cohæret. Nam obiurgant  
Corinthios, quod essent seditionis, quod scortationibus, &  
dulterijs, atq; etiam incestis impuri, quod litigaret apud  
iudices impios. Cum his qui cohæret, Omnia mihi li-  
cent, sed non omnia expedient. Et in his quæ sequuntur,  
redit ad causam impudicitiae, quam repetierat & ante-  
intermissò negotio litium. Corpus autem, inquit, non for-  
nicationis

nicationi, sed domino, & dominus corpori. Verum hunc quoq; scrupulum possum utcunq; discutere, quod paulo superius in catalogo uitiorum meminisset & idololatriæ: Nolite errare, neq; fornicari, neq; idolis seruientes, neq; adulteri: Porro iesus idolothytorū uergebat ad speiem idololatriæ. Et ideo mox subdit, Esca uentri, & uenter escis: significans pro necessitate corporis, pro tempore licere uesti quibuslibet, nisi aliud suaserit charitas proximi: sed impudicissimam semper & ubiq; de testandam esse. Quod uestimur, necessitatis est, quæ tollet in resurrectione mortuorum. Quod libidinamur, mali ciae est. Sed alterum scrupulum non queo dissoluere, quo modo ad hæc quadret illud: Sed ego sub nullius redigar potestatem. Ait enim sibi potestatem esse omnium, se tamen in nullius potestate fore. Si is dicitur esse in potestate aliena, qui ne offendat, abstinet, idem capite nono de se prædicat, Q[uod]um liber essem ab omnibus, omnium me seruum feci, ut omnes lucrifacerem. Hoc, opinor, offensus scrupulo sanctus Ambrosius, putat hunc esse germandum Apostoli sensum, ut uiam præstruat illi, quod ait capite 9. sibi quocq; potestatem esse faciendi, quod ceteri faciebant, uel Apostoli, uel pseudapostoli sumendi uictum ab his, quibus prædicabat Euangelium. Sed ab hoc tametsi licebat, temperabat, quod sic expediret Corinthijs, quos de tam multis & insignibus uitijs obiurgabat. Porro quisquis accipit, fit quodam modo obnoxius ei à quo accipit, & aliquid decedit de uigore autoritatis. Siquidè qui accipit, minus liber obiurgat: & qui dedit, nō perinde fert obiurgari ab eo, cui benefecit. In hoc igitur Paulus abstinuit ab ijs, quæ licebat, ut cōsuleret apostolicæ li-

bertati, quam in hoc uolbat nulli esse obnoxiam, ut libe-  
rius, ac maiore cum autoritate reprehenderet illorum  
uitia. Mihi sane non displicet Ambrosiana sententia. At  
tamen si quis mallet hunc locum ad cibos accommodare,  
mea sententia, quod ait Paulus, Sed ego sub nullius adi-  
gar potestatem, sic accipi posset: Tametsi non nunquam  
abstincam a cibis immolatijs, aut lege Mosaica uictis,  
ut consulam saluti proximi, ac profectui Euangelico: ta-  
men animus meus liber est, qui scit sibi licere uesci cibis  
quibuslibet pro necessitate corpusculi. At pseudapostoli  
conabantur hoc persuadere, quosdam cibos per se impu-  
ros esse, nec abstinendum per occasionem, sed semper ab  
his temperandum, tanquam natura malis, nec aliter  
quam abstinemus ab homicidio, & adulterio. Hoc qui-  
bus erat persuasum, redacti erant sub alienum potesta-  
tem, & exciderant ab euangelica libertate. Solus quod  
quidem meminerim, Theophylactus sententiā induci  
ab his omnibus diuersam: Licet uesci quibuslibet cibis  
sed non expedit immodice. Nam ex luxu nascitur impu-  
dicia. Hic sensus quanquam impius non est, tamen multi  
non uidetur huius loci germanus esse. Ostendi que me  
torquunt: uestre charitatis erit, me ex his scrupulis exi-  
mere. E v. Nae tu probc tuo respondes nomini. Qui sic  
nouit proponere questiones, non opus habet alio qui dis-  
soluat. Sic enim proposuisti dubitationem tuam, ut ego  
dubitare desierim. Tametsi Paulus in ea epistola, quoniam  
multa simul decreuit agere, saepe ab uno argumento  
in aliud devoluitur: & rursum quod intermisserat, repe-  
tit. C h. Nisi uerarer, ne uos mea loquacitate auocem i-  
capiendo cibo: & si crederem fas esse, tam sacris collo-  
quijs.

quijs admiscere quicquam ex profanis autorib. propo-  
nerem & ipse quiddam, quod hodie legentē me non tor-  
sit, sed unice delectauit. E v. Imō profanū dici non debet,  
quicquid pium est, & ad bonos mores cōducens. Sacris  
quidem literis ubiq; prima debetur autoritas, sed tamen  
ego nonnunquā offendō quādam uel dicta à ueteribus,  
uel scripta ab ethnicis, etiā poētis, tam caste, tam sancte  
tā diuinitus, ut mihi non possum persuadere, quin pectus  
illorum cum illa scriberent, numen aliquod bonum agi-  
tauerit. Et fortasse latius sc̄ fundit sp̄ritus Christi, quām  
nos interpretamur. Et multis sunt in cōsortio sanctorum,  
qui non sunt apud nos in catalogo. Fateor affectum mei  
um apud amicos, nō possum legere librum Cic. de Sen-  
cute, de Amicitia, de Officijs, de Tusculanis Q̄estionē-  
bus, quin aliquoties exosculer codicem, ac uenerer san-  
ctum illud pectus, afflatum cœlesti numine. Contrā cum  
hos quosdam recentiores lego de repub. œconomica, aut  
ethica præcipientes, Deum immortalem, quām frigent  
præ illis, imō quām nō uidetur sentire, quod scribunt,  
ut ego citius patiar perire totum Scotū cum aliquot sui  
similibus, quām libros unius Ciceronis, aut Plutarchi. nō  
quod illos in totum damnem, sed quod ex his sentiam me  
reddi meliorem: quū ex illorum lectione surgam, nescio  
quomodo, frigidius affectus erga ueram uirtutem, sed ir-  
ritatior ad contentionem. Quare nc uerere, quicquid  
isthuc est, proponere. C h. Q̄uum pleriq; libri M. Tullij  
quos scripsit de philosophia, diuinitatis quiddam sp̄ira-  
re uibetur: tum ille quem seneç scripsit de senectute, pla-  
ne mihi uidetur κύριος αστρα, quemadmodū Gracis est  
in proverbio. Eum hodie relegi, atq; hæc uerba quoniam Id est, Cyg.  
neā cantio.

præ cæteris arridebant, edidici: Quod si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagi am, ualde recusem: nec uero uelim, quasi decurso spacio, à calce ad carceres reuocari. Quid enim habet hæc uita commodi, quid non potius laboris? Sed non habeat sane, habet certe tamen aut satietatem, aut molestiam. Non libet enim mihi deplorare uitam, quod multi, et hi docti, sape fecerunt. Nec me uixisse pœnitet, quoniam ita uixi, ut frustra me natum non existimem. Et ex uita ista discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam è domo. Commorandi enim natura diuersorum nobis, nō habitandi debet. O præclarum illum dicem, quum ad illud animorum consilium, cœtumq; proficiscar, & quum ex hac turba & colluione discedam. Hactenus Cato. Quid ad hominem Christiano dici potuit sanctius? Utinam talia ejus sent colloquia monachorum omnia, uel cum sacris uirginibus, quale fuit illud ethnici senis colloquium cum ethnici adolescentibus. E v. Iam aliquis causabitur colloquium esse confictum à Cicerone. c h. Istuc mea magni refert, siue hoc laudis tribuatur Catoni, qui tam senserit, dixeritq; siue Ciceroni, cuius animus sententiam diuinas cogitatione complexus sit, cuius calamores egregias pari facundia depinxerit. Quanquam e quodam arbitror & Catonem, etiamsi non dixit eadē, tam similia dicere solitum in colloquijs. Nec enim tam impudens erat M. Tullius, ut alium Catonē fixxerit, quam sibi: & in dialogo parum meminerit decori, quod in primis spectandū est in hoc scripti genere, presertim cuius uiri memoria recēs adhuc hæreret animis eius etatis hominū. t h. Uchemeter probabile est, quod narrat

sed dicam quid mihi uenerit in mentem, tc recitante. Se  
per numero mecum admiratus sum, cum omnes optent  
longeuitatem, & mortem exhorreant, tamen uix quen-  
quam comperti tam felicem, non dico senem, sed proue-  
ctioris etatis hominem, quin rogatus, an si datur, uelit  
repucrascere, usurus per omnia iisdem bonis ac malis,  
que illi iam contigissent in uita, responderit idem quod  
Cato dicit, praesertim si recolat animo quicquid annis  
retroactis seu triste, seu luctum obtigisset. Nam frequen-  
ter & suauium rerum recordatio, uel cum pudore, uel  
cum conscientiae molestia coiuncta est, ut animus ab his  
etiam recolendis non minus abhorreat, quam a tristi-  
bus. Id opinor nobis indicarunt sapientissimi poete, qui  
scribunt, tum demum animas capi desiderio corporum  
relictorum, postea quam ex amne Leteo longa bibe-  
rint obliuia. v R. Est isthuc prospecto dignum admiratio-  
ne, & mihi quoq; compertum in nonnullis. Verum illud  
quam mihi blandiebatur, Nec me uixisse poenitet? At  
quotusquisq; Christianorum sic moderatur uitam suam,  
ut huius sensis uocem sibi possit usurpare? Vulgus homi-  
num existimat se non frustra uixisse, si per fas nefasq;  
congestas diuitias relinquant morientes. At Cato ideo  
no putat se frustra natum, quod integrum & sanctum  
ciuem prestiterit recipi. quod incorruptum magistratu-  
m, quod posteritati quoq; uirtutis et industrie sue mo-  
numenta reliquerit. Iam illo quid dici potuit diuinus?  
Discedo tanquam ex hospitio, non tanquam e domo. Hospi-  
tio tantisper utilicet, donec hospes iubeat exire. E domo  
sua nullus facile pellitur: & tamē hinc quoq; se penume-  
ro propellit uel ruina, uel incendiu, uel aliud casus quispiā.

Vt horum nihil accidat, tamē senio collabens adūcīum  
admonet esse demigrandum. N E . Non minus elegans est  
quod apud Platōnem loquitur Socrates, animam huma-  
nam in hoc corpore uelut in præsidio positam esse, unde  
fas non sit decedere in iussu imperatoris, nec diutius in  
eo immorari, quām uisum sit ei qui collocauit. Illud signi-  
ficantius est in Platōne, quod pro domo dixerit præsidū.  
siquidem in domo tantum commoramus, in præsidio de-  
stinati sumus functioni, quam nobis delegauit imperator  
noster, non abludens à nostris literis, quæ uitam hominis  
nunc militiam, nunc certamen esse dicunt. V R . At mihi  
quidem oratio Catonis pulchre congruere uidetur cum  
oratione Pauli, qui scribens Corinthiis, cœlestem mansio-  
nem, quam expectamus post hanc uitam oīnia vocat, C

¶. Cor. 5 oīnērūpion, hoc est domum siuc domicilium. Cæterum hoc  
corpusculum appellat tabernaculum, Græcē οὐλός.

Nam & qui sumus, inquit, in hoc tabernaculo, ingenui

¶. Pet. 1 scimus grauati. N E . Nec abludit à sermone Petri: Iusti  
autem, inquit arbitror, quamdiu sum in hoc tabernacu-  
lo, suscitare uos in commonitione, certus quod uelox es

Matth. 24 depositio tabernaculi mei. Quid autem aliud clamat no-

Mar. 13 bis Christus, quām ut sic uiuamus ac uigilemus, tanqui

ilico morituri: sic incumbamus honestis rebus, tanquam  
semper uicturi? Iam illud cum audimus, o præclarum  
diem, nonne uidemur audire Paulum ipsum loquentem:

Philip. 1 Cupio dissolui, & esse cum Christo? C H . Quām felices  
sunt qui tali animo mortem expectant. Sed in oratione  
Catonis, quanquam præclara est, tamen fiduciam ali-  
quis taxare posset, ut ab arrogancia profecta, quam mul-  
tum oportet abesse ab homine Christiano. Proinde mihi  
nihil

nihil unquam legisse uideor apud ethnicos, quod aptius quadret in hominem uerè Christianum, quam quod Socrates paulo post bibiturus cicutam, dixit Critoni: An o. Socratis dictum. pera, inquit, nostra sit probaturus Deus, nescio: certe sed dulò conati sumus, ut illi placeremus. Est mihi tamen bona spes, quod ille conatus nostros sit boni consulturius. Vir ille sic diffidit factis suis, ut tamen ob animi propensam uoluntatem obtemperandi uoluntati diuine bonam spem conceperit, fore ut Deus pro sua bonitate boni consiliorum esset, quod studuisset bene uiuere. NE. Projectò mirandus animus in eo qui Christum ac sacras literas non nouerat. Proinde cum huiusmodi quedam lego de talibus uiris, uix mihi temporo, quin dicam, Sancte Socrates ora pro nobis. C H. At ipse mihi se penumero non tempor, quin bene ominer sanctæ animæ Maronis & Flacci. NE. At ego quot uidi Christianos, quam frigide morientes? Quidam fidunt in his rebus, quibus non est fidendum: quidam ob conscientiam scelerum & scrupulos, quibus indocti quidam obstreput morituro, penè desperantes exhalant animam. C H. Nec mirum eos sic mori, qui per omnem uitam tantum philosophati sunt in ceremonijs. NE. Quid isthuc uerbi est? C H. Dicam, sed illud etiam atq; etiam præfatus, me non damnare, imò uehementer probare sacramenta & ritus ecclesie, sed quosdam uel improbos, uel supersticiosos, uel ut molliissime dicam, sine plices & indoctos, qui docent populum hisce rebus fide, re, prætermis his quæ nos uerè reddunt Christianos. NE. Nondum satis intelligo quorsum eas. C H. Faxo ut intelligas. Si uulgas Christianorum species, nonne pro rata et puppis uitæ illis in ceremonijs est? In baptismō quā i s ta

ta religione representantur prisci ritus ecclesiæ? Coma  
ratur infans extra fores templi, peragitur exorcismus,  
peragitur catechismus, suscipiuntur uota, abiuratur sa-  
tanæ cum pompis & uoluptatibus suis: tandem ungi-  
tur, consignatur, salitur, tingitur: datur negotium susce-  
ptoribus, ut puerum current instituendum. Illi dato num-  
mo, redimunt libertatem. Et iam puer Christianus dici-  
tur, & est aliquo modo. Mox rursus ungitur, tandem di-  
scit confiteri, sumit eucharistiam, consuescit quiescere  
diebus festis, audire sacrum, ieunare nonnunquam, ab-  
stinere à carnibus. Hæc si seruat, habetur absolute Chri-  
stianus. Dicit uxorem, accedit aliud sacramentum. Iniu-  
tiatur sacris, rursus ungitur, & consecratur, mutatur ue-  
stis, dicuntur preces. Atq; hæc quidē omnia, quod fiunt,  
probo: sed quod hæc fiunt magis ex cōsuetudine, quam  
ex animo, nō probo: quod nihil aliud adhibetur ad Chri-  
stianismum, uehementer improbo. Siquidem magna  
pars hominum, dum his fudit, nihilo secius interimpas  
nefasq; congerit opes, seruit iræ, seruit libidini, seruit  
liuori, seruit ambitioni: sic tandem uenitur ad mortem.  
Hic rursus ceremonia parata. Adhibetur confessio semel  
atq; iterum, additur uncio, datur eucharistia, adsunt ce-  
rei sacri, adest crux, adest aqua sacra, adhibentur indul-  
gentie, exprimitur, aut illuc etiam emitur diploma po-  
tificis, ordinantur parentalia magnifice celebranda, si  
rursus stipulatio solēnis, adest qui clamet ad aurem mor-  
ientis, imò nonnunquam occidit ante tempus, si contin-  
gat, ut sèpe fit, uocalior aut bene potus. Hæc ut rectè ad-  
hibentur, præsertim quæ nobis tradidit ecclesiastica con-  
suetudo: ita sunt alia quedam reconditora, quæ nobis  
hoc

hoc præstant, ut cum diacritate spiritus, ut cum Christi  
ana fiducia migremus hinc. E v. Piè tu quidem ista ue-  
req; concionaris, sed interim nullus admouet manum  
cibis. Caveat quisq; ne se fallat. Ego prædixi, nihil expe-  
candum præter secundas mensas, easq; rusticanas, ne  
quis sibi promittat phasides aues, aut attagenas, aut At-  
tica bellaria. Hæc amoueto puer, & quod restat apponi  
to. Videatis non copiæ, sed inopia nostræ cornu. Hic est  
prouentus hortulorum quos uidistis. Ne parcite, si quid  
arridet. T i. Tanta uarietas est, ut uel ipso recreemur as-  
pectu. E v. Atqui ne planè contemnatis frugalitatem  
meam, hæc patina exhilarasset Hilarionem monachum  
euangelicum, comitatum uel centum monachis illius se-  
culi. Paulo uero atq; Antonio uel menstruus commeatus  
esse potuisset. T i. Imò nec Petrus ille princeps Apostolo-  
rum fastidisset, opinor, cum apud Simonem coriarium di-  
uersaretur. E v. Imò nec Paulus, opinor, cū coactus ege-  
state futoriam nocturnis horis exerceret. T i. Debemus  
benignitati diuinæ. Sed ego malim esurire cum Petro ac  
Paulo, modo quod deesset corporis alimonie, abundaret  
in delicias animi. E v. Imò discamus à Paulo & abunda-  
re, et penuriā pati. Cum deerit, gratias agamus Iesu Chri-  
sto, qui nobis suppeditet & frugalitatis, & patiētiae ma-  
teriam. Cum supererit, gratias agamus illius munificen-  
tiæ, qui nos sua liberalitate inuitet ac prouocet ad amore  
sui: ac modicè parceq; fruentes ijs, que largiter præbuit  
diuina benignitas, pauperū memores simus, quib. Deus  
deesse uoluit, quod nobis superest, ut utrisq; p alteros sit  
occasio uirtutis. Siquidē nobis largitur, unde subuenien-  
tes egestati fraternæ, misericordiā ipsius promere amur:

& illi

**E** illi nostra liberalitate recreati, gratias agat Deo pro bona mente nostra, nosq; precibus suis illi commendat. Et recte uenit in mentem. Heus puer, dic uxori, ut ex aſſis quæ superant, mittat Gudule nostre. Est uicina quadam grauida, tenui fortuna, sed animo beatissima. Maritus nuper deceſſit, homo profusus & ignavus, qui nihil uxori reliquit, præter liberorum gregem. Tl. Christus iuſſit dare omni petenti: id si facerem, intra mensem ipſi mihi mendicandum eſſet. E v. Opinor Christum sentire de his, qui petant necessaria. Nam qui petunt, imo qui flaugitant, uel extorquent potius magnas ſummas, quibus extuant coenationes Lucullianas, aut, quod peius eſt, quibus alant luxum ac libidinem ſuam, ijs negare quod pertunt, eleemosyna eſt: imo rapina eſt, largiri male uuris, quod debebatur praesenti necessitati proximorum. Unde mihi uidentur uix excusari poſſe à peccato capitali, qui ſumptibus immodicis aut extriuant, aut ornant monaſteria ſeu templa, cum interim tot uiua Christi templa fame periclitentur, nuditate horreant, rerumq; necessariarum inopia diſcruentur. Cum eſſem apud Britannos, uidi tumbam diui Thomæ gemmis innumeris ſummiq; precij onustam, præter alia miracula diuitiarum. Ego malum iſta quæ ſuperflua ſunt, elargiri in uſus pauperum, quam seruare ſatrapis aliquando ſemel omnia direpti, ac tumbam ornare frondibus ac floſculis, id opinor gratius eſſet illi sanctissimo uiro. Cum eſſem apud Inſubres, uidi monaſterium quoddam ordinis Cartuſiani noita procul à Papia. In eo templum eſt intus ac foris ab imo uſq; ad ſumnum candido marmore coniunctum. & fere quicquid in eſt rerum, marmoreum eſt, uelut alta

ria, columnæ, tumbæ. Quorūsum autem attinebat tantum pecuniarum effundere, ut pauci monachi solitarij canerent in templo marmoreo, quibus ipsis templum hoc onerest, non usui, quod frequenter infestentur ab hospitibus, qui non ob aliud eò se conferunt, nisi ut spectent templum illud marmoreum. Atq; illic cognoui, quod stultius est, illis legata in singulos annos tria milia ducatorū in struēturam monasterij. Et sunt qui putent esse nefas, eam pecuniam in pios usus auertere, præter meniem testatoris: maluntq; demoliri quod instaurent, quam non ædificare. Hæc quoniam insignia sunt, uisum est commemorare, quanquam sunt pañim in templis nostris exempla per multa similia. Hæc mihi uidetur ambitio, non cleemosyria. Diuites ambiunt sibi monumentum in templis, in quibus olim nec diuis locus erat. Curant sc̄ sculpendos ac pingendos, additis etiam nominibus ac beneficij titulo. Atq; hisce rcbus bonam templi partem occupant, olim opinor postulaturi, ut ipsorum cadauera in ipsis reponantur altaribus. Dicet aliquis: An horum munificentia existimas rei sciendam? Nequaquam, si templo Dei dignum sit, quod offerunt. Sed ego si sacerdos aut episcopus essem, hortarer crassos illos aulicos, aut negociatores, ut si uellet sua peccata redimere apud Deum, ista clanculum effunderet in subsidium eorum qui uerè pauperes sunt. Ipsi putant perire pecuniā, quæ sic frustulatim & clanculum in præsentem cgestatem tenuium subleuandam dissipatur, cuius nullum apud posteros extet monumen tum. Ego puto nullam melius collocari ea, quam ipse Christus sibi uult imputari certissimus debitor. T. I. An non putas recte collocari, quod datur monasterijs? E. V.

Et his

Et his darem nonnihil, si diues essem, sed darem ad nec  
cessitatem, non ad luxum, tum his inter quos sentirem  
uigere studium ueræ religionis. T I. Multi iudicant non  
admodum belle collocari, quod datur istis mendicis pu  
blicis. E V. Et istis nonnihil dandum est aliquando, sed  
cum delectu. At mihi consultum uideatur, si singule ci  
uitates suos alerent, nec ferrentur errores huc & illuc  
circuncursantes, praesertim ualidi, quibus opus suppe  
ditandum sentio potius, quam pecuniam. T I. Quibus  
igitur potissimum dandum censes, quantum, & quaten  
tus? E V. Hoc mihi ad unguem describere, difficillimum  
sit. Primum animum adesse oportet, qui cupiat omnibus  
subuenire. Deinde pro mea tenuitate quod possum, in  
partio, quoties se se offert occasio, praesertim his quorum  
& paupertas & integritas mihi nota est: hortor & ali  
os ad beneficentiam, si me defecerint facultates. VI.  
Sed permittis ne nobis hic in tuo regno liberè loqui?  
E V. Imò liberius, quam si domi uestræ sitis. T I.  
Non probas in templis sumptus immodicos, & ha  
des multo minoris aedicare poteras. E V S. Equidem  
arbitror has intra mundiciem consistere, aut si maius  
elegantiam: certè absunt à luxu, ni fallor. Aedificant  
magnificentius, qui mendicato uiuunt. Et tamen hi  
ipsi horti mei, quales quales sunt, uectigal pendent ego  
nis: & quotidie sumptibus aliquid detraho, in me me  
osq; frugalior, quo possim esse in pauperes munificen  
tior. T I. Si istum animum obtincent omnes, permulti  
melius haberent, quos nunc egestas grauat indignos.  
& ex aduerso multi minus essent obesi, digni quos  
egestas doceat sobrietatem ac modestiam. E V. Fortasse

Sic res habet. Sed uultis ne ut hæc insipida bellaria re  
quapiam suaui condiamus? T I. Plus satis est deliciarum.  
E V. At ego hinc de promam, quod ne saturi quidem fas  
studiatis. T I. Quid est? E V. Codex est Eu angeliorum, ut  
quod lautissimum habeo, uobis de promam in fine conui  
uij. Recita puer ab eo loco ubi proxime destitisti. P V.  
Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum Locus enīgo  
odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, Iij Mat. 6.

& alterū contemnet. Non potestis Deo seruire & man  
monæ. Ideo dico uobis, ne solicieti sitis animæ uestræ,  
quid manducetis: neq; corpori, quid induamini. Nónne  
anuma plus est quām esca, & corpus plus quām uestimentum? E V. Redde codicem. In hoc loco mihi Iesus Chri  
stus uidetur bis idem dixisse. Etenim pro eo quod prius  
dixit, odio habebit, mox ponit, contēct: & pro eo quod  
prius posuerat, diligit, mox uertit, sustinebit: commutari  
tis personis existit eadem sententia. T I. Non satis assi  
quor, quid uelis. E V. Demonstremus igitur ratione ma  
themati ca, si uidetur. In priore parte pro uno pone A,  
pro altero B. Rursus in posteriore pro uno pone B, pro  
altero A, uerso ordine. Aut enim A odio habebit, & B  
diligit: aut B sustinebit, & A contemnet. Nónne hīc pa  
lam est, A bis odio haberi, & B bis diligi? T I. Perspicuum  
est. E V. Atqui hæc coniunctio aut, præsertim repetita,  
habet emphasis sententiæ contrariae, aut certè diuersæ.  
Alioqui nōnne absurdè diceretur, Aut Petrus me uincet,  
& ego cedā: aut ego cedā, et Petrus me uincet. T I. Lepi  
dū, ita me Deus amet, sophisma. E V. At tū demū mihi u  
debitur lepidū, si hoc ex uobis didicero. T H. Animus so  
mniat ac parturit mihi nescio qd, si iubetis, quicquid est,  
proferans

Oniropoli, di proferam in medium, uos eritis uel oniropoli, uel obſta-  
cunt coniecto trices. E v. Quanquam uulgo mali ominis habetur ſomni-  
us, ſeu ſomnio interpretes, ni uorū meminiffe in conuiuio, & parū ſit uerecundum  
coram tot uiris fœtum eniti, tamen nos iſtud ſomnium, ſi  
ue maius partum animi tui libenter excipiemus. THE.  
Mihi uidetur in hoc ſermone res cōmutari potius quam  
perſona. Et hanc uocem unum, & unum non referri ad  
A & B, ſed utraq; pars refertur ad utrumlibet, ut utrum  
cunq; delegeris, ei iā opponatur, quod ſignificatur per al-  
terū. Quaſi dicas, aut excludes A, & admittes B: aut A  
admittes, & excludes B. Hic uidetis manente perſona-  
rem eſſe translatam. Atque hoc ita dictum eſt de A, ut nī  
hil referat, ſi idem enuncies de B, hoc pacto: aut B exclu-  
des & admittes A, aut admittes B & excludes A. E v.  
Sanè arguē tu quidem problema nobis explicuisti, neq;  
quisquā mathematicus melius depinxisset in puluere. So-  
Illud me magis mouet, quod prohibet eſſe ſolicitos de-  
craſtino, cum Paulus ipſe laborarit manibus uictus p-  
randi cauſa, atque idem acriter increpet ociosos, &  
alieno uiuere gaudentes, admonens ut laborent, ac man-  
bus operentur, quod bonum eſt, ut fit unde tribuant de-  
quid neceſſitatem patienti. An non pīj sancti q; labores  
ſunt, quibus maritus tenuis alit uxorem ſibi charifimia  
dulcesq; liberos? T 1. Iſta quaſtio, mea ſententia, uari-  
modis diſſolui potest. Primum ut ad illa tempora po-  
mum pertineat. Apoſtolis ob Euangelijs prædicationem  
late uagantibus, eximenda erat ſollicitudo uictus unde  
cunq; ſuppeditandi, quibus non uacabat opera manus  
ria cibum querere, præſertim cum nullam artem ſcirent  
præter pificationem. Nunc alia ratio temporum eſt, &  
ocium

ocium amplectimur omnes, laborem fugimus. Altera dis-  
soluendi ratio est: CHRISTVS non interdixit industria-  
m, sed solitudinem. Et solitudinem intelligit iuxta  
uulgarem hominum affectum, qui nulla de re magis an-  
tij sunt, quam de parando uictu, ut omnibus rebus omis-  
sis, hoc solum agant, huic uni cure sint addicti. Id prope  
modum indicat ipse Dominus, cum negat eundem duo  
bus dominis scriuire posse. Seruit enim qui toto peccore  
addictus est. Præcipuum igitur curam uult esse Euangelij  
propagandi, non solam. Ait enim, Primum querite re-  
gnum D: i, & haec adiicientur uobis. Non dicit, Solum  
querite, sed Primum querite. Ceterum in uoce Crasti-  
ni, puto hyperbolam esse, quum significet in longinquu-  
m, qui mos est auaris huius mundi, ut posteris etiam anxie-  
parent, & querant. E V. Accipimus tuam interpretati-  
onem: sed quid sibi uult, quod ait, Ne solici tis sitis animæ  
uestrae, quid edatis? Corpus ueste tegitur, at non edit ani-  
ma. T I. Animam, ut opinor, hic uitam appellat. Ea periu-  
clitatur, si cibum subduxeris, non item, si uestem detraxe-  
ris, quæ magis datur pudori, quam necessitati. Et si  
quem affligit nuditas, non statim occidit: at incida cer-  
tißima mors est. E V S. Non satis video, quo modo cohæ-  
reat cum hac sententia, quod adiecit: Nonne anima plus  
est quam esca? & corpus plus est, quam uestimentum?  
Nam si uita magni precij est, tanto magis aduigilan-  
dum ne pereat. T I M. Hoc argumentum non adimit no-  
bis solitudinem, sed auget. E V S. At non hoc sentit  
CHRISTVS, quod interpretaris, sed hoc argumento  
nobis addit fiduciam de patre. Si pater benignus gratis,  
& de suo dedit id quod carius est, etiam adiicit id

k      quod

quod uilius est. Qui dedit animam, non negabit alimoniam: qui dedit corpus, adjicet alicunde uestem. Illius igitur benignitate fructi, non est quod discruciemur solicitude curaꝝ; rerum infimarum. Quid igitur superest, nisi ut utentes hoc mundo, tanquam non utamur, totam curam ac studium nostrum trāferamus in amorem rerum cœlestium: atq; reiecto mammona, imo toto satana cum omnibus suis præstigijs, uni Domino, toto & alacri pectore seruiamus, qui non destituet filios suos. Sed interim nullus attingit bellaria. His certè cum gaudio uiscilicet, quæ non magna cura nobis domi prouenient.

Tunc Ipsius. Abundè satisfactum est corpusculo. Ecce Verba. Velle me quidem & animo. Tunc Ipsius. Atq; uberior etiam animo. Ecce Verba. Hoc igitur tolle puer, ac labrū appone. Lauemus amici, ut si quid forte commissum est in hoc conuiuio, purgati canamus hymnum Deo. Perficiam, si uidetur, quod cœ

Hymnus. per am ex Chrysostomo. Tunc Ipsius. Rogamus. Ecce Verba. Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dediti nobis escas, imple nos gaudio & letitia in spiritu sancto, ut inueniamur in conspectu tuo acceptabiles, ne pudefiamus, quando reddes unicuique secundum operas sua. ProVerba. Amen. Tunc Ipsius. Profecto pius & elegans est hymnus. Ecce Verba. Hunc diuus Chrysostomus non dedit aut etiam interpretari. Tunc Ipsius. Quoniam loco? Ecce Verba. In Matthæum homilia 56. Tunc Ipsius. Non omittam, quin hodie legamus. Sed illud unum interim ex te cupio discere, cur ter optimus Christo gloriam, idq; triplici cognomine, domini sancti, & regis? Ecce Verba. Quoniam illi debetur omnis gloria; sed nobis triplici nomine potissimum est glorificandus, quod suo sacro sancto sanguine redemerit nos à tyrannide

rannide diaboli, sibiq; asseruerit: unde & dominum il-  
 lum uocamus. Deinde, quod non contentus gratis con-  
 donasse nobis omnia peccata, per spiritum suum cōtulit  
 nobis et iustitiam suā, ut sectemur ea, que sunt sanctimo-  
 nia. Atq; ob id sanctum eum uocamus, quod sit sanctifi-  
 cator omnium. Postremo, quod ab eodem speramus p̄r-  
 miū regni cœlestis, ubi ille iam sedet ad dextram Dei  
 patris, & hinc nobis rex dicitur. Atque hanc totam feli-  
 citatem illius erga nos gratitæ bonitati debemus, quod  
 pro domino uel tyranno potius diabolo, dominum habe-  
 mus I E S V M Christum: pro immundicia, et fôrdibus pec-  
 catorum, innocentiam ac sanctimoniam: pro gheenna,  
 gaudia uitæ cœlestis. T I. Pia profectio sententia. E V. Quo-  
 niam nunc primum uos hic accepi conuiuio, non dimit-  
 tam uos absq; xenijs, sed talibus, qualis fuit apparatus. Xenia, munu-  
 Heus puer, profer apophoreta nostra. Siue sortiri placet,  
 siue sibi quisq; malit diligere, minimum refert: eiusdem scula quæ dā-  
 ferè precij sunt omnia, hoc est nullius. Non enim sunt  
 sortes Heliogabali, ut huic obueniant equi centum, illi  
 totidem musæ. Sunt libelli quatuor, horologia duo, lu-  
 cernula, et theca cū calamis Memphiscicis. Hæc arbitror tura.  
 magis conuenire uobis quam opobalsamū, aut dentifri-  
 cium, aut speculū, si uos noui satis. T I. Adeò bella sunt  
 omnia, ut nobis difficilis sit electio. ipse magis pro tuo ar-  
 bitratu distribuito, sic gratius etiam erit, quicquid obtige-  
 rit. E V. Hic libellus in membranis habet proverbia Sclo-  
 monis: sapietiā docet: et auro pictus est, quod aurū habe-  
 at sapientiæ symbolū. Hoc dabitur cano nostro, ut iuxta  
 doctrinā Euangelicā, habenti sapientiam detur sapiētia,  
 et exuberet. T I. Certe curabitur, ut minus egeam. E V. So-

Apophoreta,  
 quæ datur in  
 fine conuiuio  
 rum, auferen-  
 da si cui uidea-  
 tur.

phronio congruet horologium, huc ex extrema Dalmatia profectum, ut uel sic commendem munusculum meum. Noui enim, quām ille sit parcus temporis, quām nullam omnino portionem rei preciosissimae finat abire sine fructu. s o. Imò pigrum admones diligentiae. e v. Hic libellus habet in membranis Euangelium secundum Mattheum: gemma tegi merebatur, nisi nullum esset illi scrinium aut theca charior, quām pectus hominis. Illic igitur recondito Theophile, quō magis hoc sis, quod dices. t h. Efficiam ne prorsus male collocasse uidearis tuum munus. e v. Hic sunt epistolæ Pauli, quas tu libenter tecum circunfers Eulali, qui Paulū semper habere solet in ore: nec haberes in ore, nisi esset in pectore: posthaec commodius erit etiam in manibus oculisq;. e v. Istud non est dare munus, sed dare consilium. Porrò bono consilio nullū est munus preciosius. e v. Lucernula cōuenit et Chrysoglotto, anagnostæ insatiabili, & ut M. Tullius inquit, librorum helluoni maximo. c h. Bis habeogram: primum pro munere non uulgariter elegāti: deinde quod somniculosum admones uigilatiæ. e v. Theca clau-

id est, qui multa scribit, quālis fuit Chrysippus ac Di-

dymus.

maria debetur Theodidacto felicissime πολυγάρφῳ: alios ego calamos felicissimos esse iudico, quibus celebribitur gloria domini nostri Iesu Christi, tali praesertim tifice. t h. Utinam & pectus suppeditare possis, quemadmodum suppeditas instrumenta. e v. Hic codex habet quot Plutarchi libellos de moribus, sed selectos & à quādam Græcæ literaturæ peritissimo nō inscitè descriptos in quibus tātum reperio sanctimonie, ut mihi prodigi simile uideatur, in pectus hominis ethnici tā euangelie potuisse uenire cogitationes. Hic dabitur Vranio iuu-

et p̄nīālū. Superest horologiū, id cedat nostro Nephlio, parcissimo temporis dispensatori. NE. Habemus gratiam, non solum pro munusculis, uerum etiā pro testimonijs. Nam isthuc non tam est distribuere xenia, quām elogia. E V. Imò ego uobis habeo gratiā dupli nominis: primum, quod nostram exilitatem boni consulitis. deinde, quod eruditis iuxta ac pijs sermonibus refecistiſtis animum meum. Ego uos quomodo acceptos dimittā nescio, certè uos relinquā melior ac doctior. Scio uobis non esse cordi fistulas aut moriones, ac multo minus aleā. Quare, si uidetur, fallemus horulā spectādis reliquis regiae mē miraculis. T I. Isthuc eramus abs te flagitaturi. E V. Apud bonae fidei promissorē non est opus flagitatore. Hic aulam aestiuam opinor uos iam satis cōtemplatos. Habet triplicem prospectum, & quoquō uersum deflectas oculos, occurrit uiror hortorum gratissimus. Vitreis feneris uolubilibus, si uideatur, licet excludere cōlū, si nebulis aut uentis sit incommodius: licet & densis ualuis foris admotis ac tenuibus intus excludere solem, si quid offendat aestus. Hic cum prandeo, uidcor in horto prandere, non in domo. Nam & parietes uirentes suos habent inspersos flosculos, sunt & pictura non inuenustae. Hic Christus supremam comp̄tationem agitat cum collectis discipulis. Hic natalitia celebrat Herodes functio conuiuio. Hic Euangelicus ille diues epulatur splendide, mox descensurus ad inferos. Lazarus repellitur à foribus, mox excipiendus sinu Abrahe. T I. Hoc argumen<sup>tum</sup> non satis agnoscimus. E V. Cleopatra est cum Antonio luxu decertans: iam unionē eibit, alteri manū ad<sup>t</sup> lege auid Platarchū, & Plinii cap. mouit detractura. Hic pugnat Lapithae. Hic Alexander 15. lib. 3.

Magnus hasta transuerberat Clitum. Hæc exempla nos admonet sobrietatis in conuiuio, & à crapula luxuq; de terrent. Nunc adeamus bibliothecam, nō illam quidem multis instructam libris, sed exquisitis. T I . Locus hic plenè diuinitatem quandam præ se fert, adeò nitent omnia. E v. Hic uidetis præcipuā partem opum mearum. Nam in mensa nihil uidistis nisi uitreum ac stanneum: nec eß in tota domo uas ullum argentum, præter unum poculum inauratum, quod ob amorem eius qui dono dedit, religiose seruo. Hæc sphæra pensilis totum orbem ponit ob oculos. Hic in parietibus singulæ regiones fusiore spacio depictæ sunt. In reliquis parietibus uidetis insignium autorum imagines. Nam omnes depingere fuerat infinitum. Christus primum habet locum, porrecta manus dens in monte. Capiti imminet pater, dicens: Ipsum audite. Spiritus sanctius expansis alis multa luce compleatur illum. T I . Opus, ita me Deus bene amet, Apelle dignum. E v. Adiunctū est bibliothecæ museon quoddam gustum, sed elegans, quod submota tabula ostendit foculum, si quid offendere frigus. In æstate uidetur solidus paries. T I . Hic mihi gemmea uidentur omnia. E s; mira odoris gratia. E v. Hoc mihi præcipue studio est, nitat domus, et bene oleat. Vtraq; res minimo cōstat. Habet biblioteca suū ambulacru penstile, spectans in horum et huic adhæret sacellū. T I . Locus numine dignus. E v. Nūc adeamus illa tria ambulacula, quæ imminet ijs, quæ uidistiis ad hortū domesticū spectantia. In his superiorib; utroq; prospectus est, sed per fenestras, quæ possunt occidi, præsertim in his parietib; qui nō spectant hortū interrem, quò domus sit tutior. Hic ad leuā, quia plus est lucis.

¶ paries

¶ paries raris fenestris interruptus, ordine depicta est  
tota uita Iesu ex narratione quatuor Euāgelistarū, usq;  
ad missum spiritum sanctum, & primā prædicationem  
Apostolorū ex Actis. Additæ sunt & locis note, ut agno-  
scat spectator iuxta quod stagnum, aut in quo mōte res  
gestas sit. Additi sunt tituli, paucis uerbis subnotantes to-  
tum argumentum, uelut illud quod dicitur à Iesu: Volo,  
mundare. Ex aduerso respōdent figure & uaticinia uer-  
teris testamenti, præsertim è prophetis & psalmis, qui  
nihil aliud habēt, quam Christi uitam & Apostolorum  
aliter narratam. Hic nonnunquā obambulo mecum fabu-  
lans, & animo contemplans illud ineffabile consilium  
Dei, quo per filium suū restituere uoluit genus humanū.  
Nonnunquā adeſt uxor comes, aut amicus quispiā, qui  
rebus pijs delectetur. t i. In hac domo cui posset obrepere  
tedium? e v. Nulli qui didicerit secum uiuere. In sum-  
ma ora picture, uelut extra ordinem, addita sunt capita  
Pontificum Romanorū cum suis titulis: ex aduerso capi-  
ta Cæsarum ob memoriā historiæ. In utroq; cornu pro-  
minet pensile cubiculum, ubi liceat interquiescere, &  
unde spectare licet pomarium, & auiculas nostras. Hic  
in extremo angulo prati uidetis aliud ædificium, ubi  
coenamus nonnunquā æstiuis mensibus, & ubi curatur  
si quem forte è familiaribus corripuerit morbus ob con-  
tagium formidabilis. t i. Quidā negant huiusmodi mor-  
bos esse uitados. e v. Cur ergo uitātē fouē aut uenētū  
An hoc minus timēt, quia nō uident? Nec basilisci uenc-  
nū uidetur, quod afflat oculis. Vbi res p̄scat, nō dubitē  
pro necessarijs uenire in uitā discrimē. Sine causa subire  
uitā periculum, temeritas est: alios in uitā periculū ad-

b 4 ducere,

ducere crudelitas. Sunt & alia quædam non iniucunda  
spectatu, ea mandabo uxori ut ostendat. Manete hic uel  
totum triduum, & hanc domū putate esse uestram. Pa-  
scite oculos, pascite animos. Nam me negotia quædam  
alio uocant. Est equitandum in pagos aliquot uicinos.  
T. I. Ob rem pecuniariam? E. V. Ego tales amicos non re-  
linquerem pecuniae gratia. T. I. Fortassis uenatio parata  
est alicubi. E. V. Plane uenatio est: sed aliud uenor, quam  
apros aut ceruos. T. I. Quid igitur? E. V. Dicam. In uno  
pago decumbit amicus quidam non sine periculo uita.  
Nam corpori metuit medicus, ego magis metuo anima-  
lliis. Siquidem mihi uidetur parum recte compositus  
ad emigrandum, sicut dignum est Christiano: huic ade-  
ro meis hortatibus, ut siue moriatur, siue reualescat, bo-  
no ipsius fiat. In altero dissidium acre natum est inter  
duos, non malos quidem illos, sed tamen peruicacis in-  
genij uiros. Quod si exasperetur, uereor ne plures secu-  
trahat in consortium simultatis. Adnitar totis uiribus,  
ut hos redigam in gratiam. Nam utriq; sum ueteri no-  
cessitudine iunctus. Hæc sunt que uenor. Quod si uen-  
tio successerit ex animi sententia, simul hic celebrabimus.


Epinicia sunt Envīnia. T. I. Pia uenatio. Precamur ut tibi pro Deo  
celebritates Christus aspiret. E. V. Hanc prædam ego malim, quam  
pro parta uictoria. obuenire mihi hereditate bis mille ducatos. T. I. Mox re-  
diturus? E. V. Non nisi tentatis omnibus. Quare certum  
tempus non possum prescribere. Vos interim meis pen-  
inde ac uestris fruamini, & ualete. T. I. Dor-  
minus IESVS te feliciter de-  
ducat ac reducat.

APOTHEOSIS CAPNIONIS. 152

POMPILIVS, BRASSICANVS.

De incomparabili heroë Ioanne Reuchlino,  
in diuorum numerum rclato.

POMPILIVS.



N D E nobis petasatus? B R. È Thubinga. P O. Nihil ne isthic rei noue? B R. Evidem dei miror usque adeò mortales omnes teneri siti quadam rerum nouarum. At ego Louanijs Camelum quendam audiui concionantem, fugiendum quicquid esset nouum. P O. Vocem camclo dignam. Dignus erat homo, si tamen homo fuit, qui nunquam mutet ueteres calceos, aut putres subligar, semper uescatur putribus ouis, nec aliud bibat quam uapam. B R. At idem, ne sis inscius, non usq; adeò delectatur rebus ueteribus, ut malit ius pridianum, quam recens. P O. Sed omisso Camclo, dic si quid aduerser noui. B R. Adfero quidem, sed ut ille aiebat, malum. P O. Ate qui isthuc ipsum olim erat uetus. Ita fieri necesse est, ut si omnia uetera sint bona, omnia noua mala: quæcunq; nunc bona sunt, fuerint olim mala: & quæ nunc sunt mala, sint olim futura bona. B R. Ita uidetur iuxta decre tum Cameli. Imò consequitur, ut qui olim adolescens fuit malus fatuus, quia recens: idem nunc sit bonus fatuus, quia senuit. P O. Sed agè, prome quicquid est. B R. Egregius ille trilinguis eruditioñis phoenix Ioannes Reuchlinus uita defunctus est. P O. Rem certā narras? B R. Certiorem quam uellem. P O. Sed quid isthuc mali, relicta posteris honestissimi nominis immortalis me?

k s mo id,

moria, ab huius uitæ malis demigrare in consortium  
beatorum? B R. Quis isthuc tibi indicauit? P O. Res ip-  
sa. Nec enim potest aliter mori, qui sic uixit. B R. At ma-  
gis isthuc etiam dices, si scias quod ego. P O. Quidna  
obsecros? B R. Non est fas referre. P O. Quam ob rem?  
B R. Quia qui credidit, stipulatus est arcani silentium.  
P O. Eadem lege committe & mihi. Recipio tibi sile-  
tium optima fide. B R. Quanquam ista fides me iam sa-  
penumero sefellit, tamen agē cōmittam, præscriptim cum  
res sit eius generis, ut expeditat etiam notam esse bonis  
omnibus. Est Thubingæ quidam instituti Franciscani,  
uir omnibus habitus eximiæ sanctimonie, preterquam  
ipſi. P O. Magnum dicis argumentū ueræ sanctimonie.  
B R. Agnosceres hominem, & fatereris uerum, si nomē  
ederem. P O. Quid si diuinem? B R. Licet. P O. Admoue  
aurem. B R. Quid opus, cum simus soli? P O. Ita mos est.  
B R. Is ipse est. P O. Est homo certissimæ fidei. Mihi Sybil-  
la foliū erit, quicquid ille dixerit. B R. Audi igitur totū  
dialogū bona fide. Acgratbat noster Reuchlinus, satis  
quidē periculose, sed ita, ut bona spes esset, fore ut reu-  
lesceret, uir dignus qui nunquā senesceret, ægrotare,  
aut moreretur. Mane uisebam mecum Franciscanum, ut  
animi mei molestiam oratione sua leniret. Nam ægrotab-  
bam unā cum ægrotate amico, quem amabam ut patrē.  
P O. Phy, quis illum usquam non amauit, nisi uir peccati-  
mus? B R. Hic Franciscanus meus, Brasicane, inquit,  
emoue penitus ex animo mœrorem omnē. Reuchlinus  
noster desist ægrotare. Quid, inquā, an subito reualluit?  
Nam ante biduū non admodū leta præmittebant medi-  
ei. Tum ille: Reualluit, inquit, sed ita ut post hac nō sit illi  
formis

formidanda uale tudo aduersa. Noli flere (nam uidebat erumpentes lachrymas) prius quam audias rem omnē. Sex dies sunt quod hominem non inuiseram, sed tamen quotidianis precibus illius salutem Domino commendabam. Hodierna nocte cum me à matutinis hymnis instrato compo sūsem, blandus quidam minimeq; grauis somnus obrepuit. p o. Nescio quid leti mihi pr̄esagit animus. B R. Non est tibi lœua mens. Visus sum mihi, inquit, consistere ad ponticulum quendam, per quem transitus erat in pratū quoddam longè amoenissimum. Adeò blandiebatur oculis graminum & frondium plus quam smaragdinus uiror, sic arridebant incredibili colorum uarietate flosculorum stellulae, sic spirabat omnia, ut quod erat pratorum citra rium quo dirimebatur feliciissimus ille campus, nec uiuere, nec uirere uideretur, sed mortua, in amoena, putidaq; omnia. Atque interim dum totus sum in eo spectaculo, commodum pr̄eterierat Reuchlinus, pr̄eteriens Hebraicè precatus est pacē. Iam medium pontis transierat prius, quam sentirem parentē accurrere, respiciens uetus. Nondum fas, inquit: quinto ab hinc anno nos sequēris. Interim eorum quae aguntur, testis ac spectator assistito. Hic ego, Nudus erat, inquam, Reuchlinus, an uestitus: solus, an comitatus? Vestiū, inquit, nihil habebat, pr̄eter unā candidissimā, Das māscenā esse dixisses, candore mirè lucido: pone sequebatur puer incredibili specie, alatus, suspicabar illius esse geniū bonū. p o. Sed nullus ne comitabatur genius malus? B R. Imò aliquot, ut Franciscanus ille arbitrabatur. Procul, inquit, à tergo sequebatur aues aliquot pennis cætera nigris, nisi quod explicatu alaru giluas uerius

quam

quam candidas plumas ostenderent. Picæ, inquit, uideri poterant colore & uoce, nisi quod singulæ sedecim pīcas æquarēt magnitudine corporis, nihilo minores uulnibus, cristam gestantes uertice, rostris & unguibus aduncis, uentre prominenti: Harpyiæ uideri poterant, si tres modò fuissent. p o. Quid moliebantur istæ furiae? B R. Procul, inquit, obstrepebant heroi Reuchlino, & impetituræ uidebantur, silicuiſſet. p o. Qui minus luctuit? B R. Quia uersus Reuchlinus obiecta manu crucis imaginem exprimens: Abite, inquit, quod dignum est, male pestes. Satis sit uobis negotium facessere mortalibus: in me iam immortalibus aſſcriptum, nihil habet iurius uestra demētia. Vix ea dixerat, inquit Franciscanus, mox abierant foediſſime uolucres, sed relictæ foetore, ad quem collatum oletum, uideri posset sansucinum, aut cus humanū. foliatū. Deicerabat se citius uel ad inferos descensurum, Sansucinū, un quām sustineret iterum afflari tali thymiamate. p o. amaracino. Malè sit istis pestibus. B R. Sed audi cætera quæ narravit mihi Franciscanus. Dum hæc intentus contemplor, de quo luue. inquit, iam ponti uicinus erat diuus Hieronymus, qui Mœchis foliata parantur. Reuchlinum hisce uerbis compellabat: Salve collega sanctissime. Datum est hoc mihi negotium, ut te exceptum deducam in consortium cœlitum, quod tuis sanctissimis laboribus destinauit diuina benignitas. Simulq; uestem protulit, qua Reuchlinum induit. Tum ego: Dic inquam, mihi, quo cultu, quāue specie uidebatur Hieronymus? Erat ne tam senilis, quām illum pingunt: aut cullam habebat, aut galerum, aut pallium cardinalitū, aut leonem comitem? Ad hæc ille: Nihil, inquit, istiusmodi. Species erat amoena, quæ sic etatem testabatur, ut nū hil

hil haberet squaloris, dignitatis plurimum. Quorsum autem illic opus erat comite leone, quem illi pictores ad iunxerunt? Vestem gerebat ad talos usque demissam, crystallum dices pellucidum. Eiusdem erat forma, quam Reuchlino tradidit. Tota undique picta erat linguis triplici colorum uarietate. Quedam pyropon p̄ferebant, nonnullæ smaragdum, tertia saphirum. Pellicebant omnia, nec mediocrem gratiam addebat ordo. p o. Coniunctione id fuisse insigne trium linguarum, quas callucrunt. b r. Non est dubium. Nam & fimbriæ, ut aiebat, trium linguarum literis triplici colore distinctis uisebantur inscriptæ. p o. Num incomitus aderat Hieronymus? b r. Incomitus, inquis? Totus ille campus obsidebatur myriadibus geniorum, nec aliter oppleurant aërem totum, quam uidemus in solis radijs uolitare minuta corpuscula, quæ uocant ætopæ, si tamen æratum humili huc ducenda est comparatio. Neque cœlum uidere licuisset, neque campum, nisi pelluerent omnia. p o. Euge, Reuchlino gratulor. Quid deinde factum est? b r. Hieronymus, inquit, honoris gratia complenus dextrum Reuchlinum deduxit in medium pratum. Ibi collis erat in medio prominens. In huius uertice uiterque alterum blando osculo complexus est. Atque interea uasto hiatu cœlum supernè diduxit sese, maiestatem quandam incenarrabilem exhibens, sicut ad eam speciem cætera penè sorderent, qua tamen antea uidebantur esse mirifica. p o. Non possis aliquam imaginem nobis depingere? b r. Qui possum ego, qui non uidi? Is qui uidit, negauit se ullis uocibus uel somnium rei post sed depingere: tantum hoc aiebat, se uel millies mori paratum,

ratum, si liceat iterum eo spectaculo quamlibet exiguo  
 momento frui. P.O. Quid tandem? B.R. Ex hiatu cœli  
 demissa est ingens columnna igne pellucido, sed amoenâ  
 per eam in complexu due sanctissimæ animæ subiectæ  
 sunt in cœlum, choris angelicis tanta melodia delinien-  
 tibus omnia, ut Franciscanus neget se unquam eius uol-  
 luptatis meminisse posse, quin erumpant lachryma. Se-  
 quuta est mira fragrantia. Vbi somnus reliquit hominè,  
 si tamen ille somnus dicendus est, erat dementi similis,  
 non credebat sese esse in cellula sua, requirebat pontem  
 ac pratum suum, nec aliud loqui, nec aliud cogitare po-  
 terat. Seniores eius collegij, ubi senserunt rem nō esse fu-  
 bulosam (nam compertum est eadem hora terris exce-  
 fuisse Reuchlinum, qua uisio uiro illi sanctissimo appar-  
 ruit) concordibus animis egerunt gratias Deo, qui bene  
 facta piorum præmijs amplissimis remuneratur. P.O.M.  
 Quid igitur superest, nisi ut sanctissimi uiri nomen ad  
 scribamus calendario sanctorum? B.R. Id ego facturus  
 eram, etiam si nihil tale uidisset Franciscanus: & quid  
 auroris literis proximè diuū Hieronymū. P.O. Emoriar  
 nisi idem facturus sum in codice meo. B.R. Quine in  
 Larariū, loc⁹  
 ubi reponebā  
 tur dij pena-  
 tes, hoc est do-  
 mestici. Et a-  
 pud ueteres se-  
 lecti dij dice-  
 bāt præcipui:  
 ij fuerant nu-  
 mero pauci.  
 Larario stabit aureus inter diuos selectos. P.O. Star-  
 bit & in meo uel gemmæ, si suppetat animo facultas.  
 B.R. Ponetur & in bibliotheca Hieronymo proximus.  
 P.O. Addetur & meæ. B.R. Imò si grati uolent esse, idem  
 facient omnes qui colunt & amant linguas ac bonas li-  
 teras, præsertim sacras. P.O. Dignus est uidelicet. Sed nū  
 hil te mouet ille scrupulus, quod nondum relatus est in  
 numerum diuorum autoritate Romani p̄tificis? B.R.  
 Quis canonizauit (sic enim uocant) diuū Hieronymū?  
 quis

quis Paulum? quis uirginem matrem? Vtrorum memo-  
ria sanctior apud pios homines, horū quos insignis pie-  
tas, quos ingenij uitæq; monumenta commendant affi-  
ctibus omnium: an Catarine Senensis, quam in diuarum  
numerum retulisse fertur Pius, eius nominis secundus,  
in gratiam ordinis T urbis P O. Vera prædicas. Ille de-  
mum uerus cultus est, qui sponte cœlo dignis meritis de-  
functorum exhibetur, quorum beneficia perpetuo sen-  
tiuntur. B R. Quid igitur, putas tu huius uiri mortem  
deplorandam? Diu uixit, si quid ea res facit ad felicitatē  
hominis. Reliquit nunquam intermoritura uirtutis sue  
monumenta. Benefactis consecravit nomen suum immor-  
talitati. Nunc exemptus malis cœlo fruitur, et cum Hie-  
ronymo confabulatur. P O. At multa passus est in uita.  
B R. Sed plura passus est diuus Hieronymus. Felicitas  
est, ob bona pati à malis. P O. Fateor certè, ob optima à  
peñimis multa perpessus Hieronymus. B R. Quod olim  
fecit satanas per scribas et phariseos in Dominum Ies-  
sum, hoc et nunc facit per pharisaicos quosdam in opti-  
mos quoisque uiros, ac de genere mortalium suis uigilijs  
bene merentes. Nunc ille metit optimam messem pro-  
semente, quam fecit. Interim nostræ partes erunt, illius  
memoriam habere sacrae sanctam, illius nomen ferre lau-  
dibus, ac subinde illum salutare uerbis huiusmodi: O san-  
cta anima, sis felix linguis, sis felix linguarum cultori-  
bus, saepto linguis sanctis, perditò malas linguas, infe-  
ctas ueneno gehennæ. P O. Ita faciam, ac sedulò prædica,  
bo ceteris, ut idem faciat. At non dubito multos futuros,  
qui precati uinculā aliquā desiderent, quandoquidē hoc  
recepī, qua sanctissimi herois memoriam celebrent. B R.

Hoc

Hoc dicas, quod isti collectam appellant? P O. Scilicet.  
 B R. Hanc paraueram & ante mortem. P O. Recita  
 quæso. B R. Amator humani generis Deus, qui donum  
 linguarum, quo quondam Apostolos tuos ad Euangelij  
 prædicationem per spiritum tuum sanctum cœlitus im-  
 struxeras, per electum famulum tuum IOANNEM  
 Reuchlinum mundo renouasti, da ut omnibus linguis  
 omnes ubique prædicent gloriā filij tui I E S V, ut con-  
 fundas linguas pseudapostolorum, qui coniurati substru-  
 unt impiam turrim Babel, tuam gloriam obscurare co-  
 nantes, dum suam student attollere: cum uni tibi debeat  
 tur omnis gloria cum I E S V filio tuo Domino nostro,  
 & spiritu sancto in æternis seculis, Amen. P O. Elegans  
 profectò & pia precatio: dispersam, nisi mihi quotidie  
 dicetur. Et hunc occursum mihi felicem duco, qui rem  
 tam lœtā ex te didicerim. B R. Isto gaudio diu fruere, se-

Valebo, sed uale. P O. Vale tu quoq; B R. Valebo, sed non coquus.  
 non coquus.

Cum candida

tus quidā, qui

coci filius ha-

beatur, corā

alio quopiam

fusfragium pe-

ris oblitus nominis mei. Maria uocor. P A.

At Martiam

teret, Cicero dici oportuit. M A.

Quid ita quæso?

Quid mihi cū Ma-

go quoque, in te?

P A.

Quia quemadmodum illi deo pro ludo est homi-

quit, tibi fau-

nes interficere,

ita & tibi, nisi quod tu

Marte crudelior,

bo. Locus au-

tem est in di-

occidis etiam amantem. M A.

Bona uerba. Vbi nam stra-

ctione ambi-

ges ista mortalium,

quos ego occidi?

Vbi sanguis inter-

gira, quoque

sectorum?

P A.

Vnum cadaver uides

exanime, si modo

ad pronuncia-

me uides. M A.

Quid ego audio?

Mortuus loqueris,

& tunc atinet.

Vnde liquet obambulas?

Vt nam mihi nunquam occurrant umbras

olim

formida-

formidabiliores. P A. Ludis tu quidem, tamen interim olim aliū finit  
 miserum exanimas, & crudelius occidis, quam si confosse sonū hatum  
 deres telo. Nunc longo cruciatu excarnifor miser. M A literarū q, et c,  
 Echo dic, quot grauidæ ad tuum occursum abortierunt? quā iunior est.  
 Qui si fuisset diversus, non  
 P A. Atqui pallor arguit exanguem magis, quam illa sit erat iocus ex  
 umbrā. M A. Atqui iste pallor tinctus est uiola. Sic palles, uoce plura si  
 ut cerasium maturescens, aut uua purpurascens. P A. Sa, gnificantē.  
 tis procaciter rides miserum. M A. Atqui si mihi non Nūc litera c,  
 credis, ad moue speculum. P A. Non optarim aliud spec aliud sonat  
 culum, nec arbitror esse clarissimum, quam in quo nūc præcedens a,  
 me contempnor. M A. Quod speculum mihi narras? P H. o, u, ß e, i, y,  
 Oculos tuos. M A. Argutator, ut semper tui similis es. tusti grāmati  
 Sed unde doces esse exanimem te? An cibum capiunt um ci mēminerit,  
 bra? P A. Capiunt, sed insipidum, qualem ego. M A. Qui sciam. Et F.  
 bus igitur uescuntur? P A. Maluis, porris, et lupinis. M A. bius in 1. lib.  
 Atqui tu nō abstines à capis & perdicibus. P A. Verum, putat q, & k,  
 sed interim nihilo plus sapiunt palato meo, quam si mal redundare:  
 uis uescerer, aut bctis absq; pipere, uino & aceto. M A. non redundar-  
 ent autem, si  
 O te miserum, & tamen interim obesus es. An & lo, quid aliud so-  
 quuntur exanimes? P A. Sic ut ego, uoce perquam exili. narent, quam  
 M A. Atqui nuper quum audirem te consilientem riua, c, nisi, quod  
 li tuo, uox non erat admidum exilis. Sed obsecro te, num apponitur  
 etiam ambulant umbras? num uestiuuntur? num dormiunt?  
 P A. Etiam coēūt, sed suo more. M A. Næ tu suavis nuga aspiratio, quā  
 tor es. P A. Sed quid dices, si argumentis Achilleis euincit, feiſciunt q, es  
 et me esse mortuum, & te esse homicida? M A. Absit k. Caeterū u,  
 omen Pamphile, sed aggredere sophisma. P A. Primum il adiunctum q,  
 lum mihi donabis opinor, mortem nihil aliud esse, quam quod secus es  
 abductionē anima à corpore. M A. Largior. P A M. Sed ferrent scriptu  
 illa, ut ne reposcas, quod dederis. P A. Tu haud inficiabe, ligere, capite  
 ris, eum de orthogra phia. Porro io

ris, eum qui alteri adimit animam, homicidam est.  
M A. Accedo. P A. Concedes & illud, quod à grauij  
mis autoribus dictum, tot seculorum suffragijs compro-  
batum est, animam hominis non illic esse ubi anima,  
sed ubi amat. M A. Istuc explana crassius, non enim si-  
tis assequor, quid uelis. P A. Et hoc sum infelior, quod  
istuc non æque sentis atque ego. M A. Fac ut sentiam.  
P A M. Eadem opera fac ut sentiat adamas. M A. Equi-  
dem puella sum, non lapis. P A M. Verum, sed ad aman-  
durior. M A. Sed perge colligere. P A M. Qui corripiu-  
tur afflato diuino, nec audiunt, nec uident, nec olfacti-  
nec sentiunt, etiamsi occidas. M A. Audiui sane. P A M.  
Quid coniectas esse in causa? M A. Dic tu philosopho.  
P A. Nimirum quoniam animus est in cœlis, ubi habe-  
quod uehementer amat, & abest à corpore. M A. Quid  
tum postea? Quid tum dura? Illud consequitur, &  
esse mortuum, & te esse homicidam. M A. Vbi est igit  
anima tua? P A. Illic ubi amat. M A. Quis autem ad-  
tibi animam? Quid suspiras? Dic libere, dices impone.  
P A. Crudelissima quedam puella, quam ego tamen  
mortuus quidem odiisse possum. M A. Humanū ingenio.  
Sed cur illi uiciissim non adimis suam animam, par-  
quod aiunt referens? P A. Nihil me felicius, si quidem si-  
ceat facere permutationem, sic ut illius animus uici-  
demigret in pectus meū, quemadmodū meus animus  
tus demigravit in corpus illius. M. At licet ne mibito  
uiciissim sophistam agere? P A. Sophistram. M A. Num  
fieri potest, ut idem corpus sit animatum & exanime? P A.  
Non, eodem quidem tempore. M A. Quid abest anima-  
tum mortuum est corpus? P A. Est. M A. Nec animatus  
si quidem

si quū adest? P A. Esto sanè. M A. Qui fit igitur, ut cū ibi  
 sit, ubi amat, animet tamen corpus unde demigravit  
 Quod si animat, etiam cū amat alibi, quomodo uocatur  
 exanime corpus, quod animatum est? P A. Argutare tu  
 quidē satis sophistice, sed me talib. pedicis nō capies. Anī  
 ma quæ moderatur utcūq; corpus animatis, impropriè,  
 dicitur anima, cum reuera sint tenues quēdā animæ reli  
 quie, nō aliter quām odor rosarū manū in manu, etiam  
 rosa submota. M A. Difficile est, ut uideo, uulpe capere la  
 quco. sed illud respōde: nonne agit, qui occidit? P A. Mar  
 xime. M A. Et patitur qui occiditur? P A. Scilicet. M A.  
 Qui fit igitur ut cum qui amat, agat: quæ amatur, patia  
 tur: occidere dicatur, quæ amatur, cū amans potius occi  
 dat seipsum? P A. Imo cōtrā, qui amat, patitur: quæ ama  
 tur, agit. M A. Isthuc nunq; euincas apud Arcopagitas Athenis Āreō  
 grammaticos. P A. At euincam apud Amphictyones dia pagitæ iudica  
 lecticos. M A. Verum ne graueris & illud respōdere, Vo bant de capita  
 lens amas, an nolens? P A. Volens. M A. Quum igitur libe libus, unde ri  
 rum sit nō amare, uidetur homicida sui quisquis amat, dicule defle  
 præterq; ius accusat puellam. P A. Atqui puella nō ideo ctit uocem a  
 occidit quod amatur, sed quod non amat mutuū. Occi pud Gramma  
 dit autem, quisquis seruare potest, nec seruat. M A. Quid ticos.  
 si iuuenis amet, inconcessa, hoc est, uxorem alienam, aut Amphictyon  
 virginem Vestalem: num illa amabit mutuū, ut seruet a conciliū erat,  
 mantem? P A. Sed hic iuuenis amat, quod amare fas pī q; apud Ther  
 umq; est, atq; etiam aequū & bonum, & tamē occiditur. mopylas co  
 Quid si leue est homicidiij crimē, & ueneficij reā pera gi solebat, ad  
 gam. M A. Isthuc prohibeāt superi. An Circen quāpiam quod duode  
 ex me facies? P A. Aliquid et ista crudelius. nā porcus aut cim populi  
 ursus esse malum, q id quod nūc sum exanimis. M A. Quo conueniebant  
 tandem sub Amph  
 ityone Deu  
 calionis filio.  
 tones, Do  
 res, Perœbī,  
 Boeotij, Ma  
 gnetes, A  
 chæi, Phthij,  
 Moliēses, Do  
 lopes, Aenias

nes, Delphi, tandem ueneficij genere perdo homines? P A. Fascina-  
Phocenses. M A R. An igitur uis, ut posthac abs te deflectam noxios  
Sic & Diale. Atcorū uariae oculos? P A. Bona uerba. Imò magis afflecte. M A. Si mihi  
sunt sectre. Circe filia So- hi sunt oculi fascinatores, qui fit, ut non contabescant oculi, insignis ue- cæteri, quos obtueor? Itaque suspicor, fascinum istud est  
nifica. se in tuis oculis, non in meis. P A. Non sat tibi erat iugularare Pamphilum, ni insultes insuper? M A. O lepidum mortuum. Sed quando parabuntur exequie? P A M. Opiniione tua celerius, ni tu succurras. M A. Ego' rem tam  
tam possum? P A. Potes uel mortuum ad uitam reuocare, idq; minimo negotio. M A. Si quis mihi porrigat pa-

Panace her- nacen. P A M. Nihil opus herbis, tantum redama. Quis autem facilius, imò quid aequius? Non aliter absolveris  
ba, quae mede- eur omnibus ab homicidijs crimine. M A. Apud quod tribunal peragat  
morbis; unde & nomen ha- bet. rea? Areopagitarum? P A. Non, sed apud tribunal Vene-  
ris. M A R. Aiunt deam esse placabilem. P A. Imò nullius

Fulmen est te- ira perinde formidabilis. M A. Habet fulmen? P A. Non  
lum Louis: tri- M A. Habet tridentem? P A. Nequaquam. M A. Habet ha-  
Neptuni: cta. Neptuni: stam? P A. Minime, sed est dea maris. M A. Non nani-  
hafta Palla- dis. P A. Sed habet puerum. M A. Non est formidabilis aut  
P A. Vindicem ac peruicacem. M A. Quid is mihi facit?  
P A. Quid faciet? Prohibeant omnes superi. Nolim enim illi malum ominari, cui bene uolo. M A. Tamē effare, nol-  
la mihi supersticio est. P A. Dicam ergo. Si hunc spreu-  
ris amantem, non omnino mutuo dignum amore, nisi fil-  
lor, ille fortasse iussu matris immittet tibi pessimo ueno-  
no tinctum iaculum, ut in sordidum aliquem depereat,  
qui te tamen non redamet. M A. Supplicium narras abu-  
minandum. Ego sane uel mori præoptarim, quam pen-  
dite amare deformem, nec amore mutuo respondem.  
tem.

tem. p A. Atqui nuper huius mali fuit exemplum insigniter editum in puellam quandam. M A. Vbi locorum? p A. Aurelia. M A. Quot annis sunt? p A. Quot anni? Vix sunt menses decem. M A. Puella quod erat nomen? Quid heres? p A. Nihil, noui tanquam tc. M A. Quin igitur eius nomen? p A M. Quia non placet omen. Utinam alio quouis nomine dicta fuisset. Idem habebat nomen quod tu. M A. Pater quis erat? p A. Viuit adhuc inter iuris consultos præcipui nominis, re splendida. M A. Adde nomen. p A M. Mauricius. M A. Cognomen. p A. Aglaius. M A. Viuit ne mater? p A. Nuper reliquit superos. M A. Quo morbo perijt? p A. Quo morbo rogas? mœrore. Et pater tametsi uir cum primis fortis, periclitabatur. M A. Licet ne scire matris quoq; nomen? p A M. Maxime. Sophroniam nemo non nouit. Sed quid sibi uult ista percontatio? An me putas apogum comminisci? M A. Ego de te suspicarer hoc? Hæc suspicio pronior est in sexum nostrum. Sed narra, quid acciderit puella. p A. Puella erat honesto loco nata, ut dixi, re lauta, forma perquam eleganti: quid multis? digna principe marito. Huius nuptias amiebat procus quidam illi non dissimilis. M A. Quo nomine? p A. Hei mihi offendor omne: Pamphilus & ille dictus est. Illa nihil non tentantem pertinacissime spreuit. Iuuenis dolore contabuit. Nec ita multo post, illa deperire coepit in quendam simium uerius quam hominem. M A. Quid ais? p A M. Adeò perditæ, ut satis dici non queat. M A. Tam elegans puella tam deformem? p A M. Vertice acuminato, raro capillito, eoq; lacero & impexo, furfuræ ac lendibus oppleto, pleramq; cranij cutem nudauerat alopecia, oculis refugis, nari

bus simis ac rursum hiantibus, ore sparso, dentibus puridis, balbutiente lingua, mento scabioso. scapulas deformabat gibbus, ueter prominulus, crura uara. M A. Ther siten quempiam mihi depingis. P A. Imò aiunt illi non fuisse nisi unam auriculam. M A. Altera perierat illa fortasse in bello. P A. Imò in pacc. M A. Quis hoc ausus est? P A. Dionysius carnifex. M A. Fortasse formæ infelicitatem pensabat res ampla domi. P A. Imò decoxerat, ac plus quam animam debebat. Cum hoc marito tam insig nis nunc puella nunc degit etate, ac subinde uapulat. P A. Rem miseram narras. P A. Sed ueram. sic uisum est.

Nemesis dea  
uindex inso-  
lentia.  
Nemesi iuuenis spreti contumeliam ulcisci. M A. Ego ci-  
tius optarim extingui fulmine, quam talem ferre mari-  
tum. P A. Ergo ne prouoca Nemessim, et amantem re-  
dama. M A. Siquidem istud satis est, redamo. P A. Sed o-  
ptarim istū amorem esse perpetuum ac proprium: coniu-  
gem ambo, nō amicā. M A. Neq; me id fugit, sed diu deli-  
berandū est in eo, quod semel coepit rescindi non potest.  
P A. Apud me quidem nimiū diu deliberatū est. M A. Vi-  
de autē ne tibi imponat amor, non optimus consultor.  
nā  
cæcum esse ferunt. P A. Sed oculatus est, qui ex iudicio  
nascitur. Non ideo mihi talis uideris, quod amem te, sed

Calceū, Alſu, ideo te amo, quod talem te cōspexerim. M A. At uide ne  
dit ad dictum  
Pauli Aemiliij non satis me perspectā habeas. Si calceū induisses, tuum  
repudiata u. demum sentires, qua parte te urgeret. P A. Iacienda est  
xore.  
Iacere aleam, alea, quanq; ego multis augurijs colligo rem melius cō-  
facere pericu ſurā. M A. Etia augur es? P A. Sum. M A. Quib. igitur au-  
gurijs colligis? an uolauit noctua? P A. Illa uolat stultis.  
M A. An à dextris aduolauit iugū columbarū? P. Nihil  
iffiuſmodi. fed mihi iā annis aliquot perspecta est pro-

bitas tuorum parentū: ea primum avis est non pessima,  
è bonis prognatam esse. Neq; me clam est, quām salubri  
bus monitis, quām sanctis exemplis apud hos sis institu-  
ta. Et plus est bene institui, quām bene nasci. Habes alter-  
um auguriū. Ad hæc meis maioribus nō omnino malis,  
ni fallor, iam olim cum tuis amicitia nō uulgaris interce-  
dit: quin & nos inter nos à teneris, quod aiunt, unguicu-  
lis notis sumus, nec male cōuenit genijs nostris. Iam & etas  
inter nos, res, dignitas, nobilitas, inter utriusq; parentes  
pene paria sunt. Demū, quod est in amicitia precipiuū,  
tui mores mihi uidentur nō pessimè quadrare ad meum  
ingenium. Potest enim per se præclarū esse, quod tamen  
nō sit aptū. Quām mei uicissim tuo congruant, nescio.  
Hæ uidelicet aues mea lux, mihi promittū fore inter nos  
felix, perpetuū, ac lētum, iucundumq; connubiuū, modō  
ne tuus animus mali ominis cantionem nobis occinat.

M A. Quam cantilenam optas? P A. Ego præcinam, sum Mali ominis,  
tuus: tu succine, sum tua. M A. Brevis quidē cātiuncula, uidelicet & re-  
sed longum habet epiphonema. P A. Quid refert q̄ lon- Epiphonema  
gum, modo letū? M A. Adeò mihi es iniuisus, ut nolim te quod in fine  
cōmittere, cuius in posterū pœnitcat. P A. Desine male acclamatur.  
ominari. M A. Fortassis alia tibi uidebor, ubi morbus aut Facile est di-  
& etas hanc formā immutauerit. P A. Nec hoc corpus ô bo- cere uolo, uo-  
na, semper erit & quē succulentū, sed ego non cōtemplor lo: sed hic duo  
tantum istud undiq; florens & elegans domiciliū, hospiti- bus uerbis cō-  
tem magis adamo. M A. Quem hospitem? P A. Animum trahitur indis-  
istum tuum, cuius decor semper cum etate crescat. M A. solubile uincu-  
Næ tu plus quām lynceus es, si istū perspicis per tot te- lum.  
storia. P A. Animum animo perspicio. Ad hæc in com-  
munibus liberis subinde recipimus. M A. Sed inte-

rim perit uirginitas. P A. Verum. Sed eho, dic mihi, si in  
bi esset elegans pomarium, optares illic nihil unquam gi-  
gni præter flores: an malles delapsis floribus uidere an-  
bores maturis pomis grauidas? M A. Ut argutatur. P A.  
Saltem illud responde, utrum est elegantius spectaculū  
uitis humi iacēs & computrescens: an amplexa palum  
aut ulmum, eamq; purpureis uuis dcgrauans? M A. Re-  
sponde tu mihi uicissim, utrum spectaculum amoenius  
rosa nitens & lactea in suo fruticē, an decerpta digitis,  
ac paulatim marcescens? P A. Ego rosam existimo felici-  
orem quæ marcescit in hominis manu, delectans intu-  
rim & oculos & nares, quam quæ senescit in frutice: nā  
& illic futurum erat ut marcesceret: quemadmodum fa-  
licius est uinum quod bibitur ante quam acescat. Quan-  
quam non statim marcescit flos puellæ, si nupserit: imo  
uideo multas, quæ ante nuptias pallebant, languebant,  
ac uclut extabescabant: ex congressu uiri sic enituuisse, ut  
tum demum florere cœperint. M A. Attamen fauorabi-  
lis ac plausibilis apud omnes est uirginitas. P A. Elegit  
quidem res puella uirgo, sed quid iuxta naturam prodi-  
giosius anu uirgine? Nisi matri tue defluxisset flos illi-  
nos istum\* florē non haberemus. Quod si, ut spero, non  
sterile fuerit nostrū coniugiū, pro una uirgine multas da-  
bimus. M A. Attamen aiunt rē Deo gratissimā esse casti-  
tatem. P A. Et ideo castā puellā mihi cupio nubere, ut cū  
illa castè uiuā. Magis erit animorum q̄ corporū coniu-  
gium. Gignemus reipublicā, gignemus Christo. Quan-  
tulum aberit hoc matrimonii à uirginitate? Et fortasse  
olim sic conuiuemus, quemadmodū uixit cum Maria Ioseph.  
Sed interim discemus uirginitatem. Non enim sta-

al. No-  
sculum

tim peruenitur ad summum. M A. Quid ego audio? Vio  
landa uirginitas, ut discatur? P A. Quid me? Quemadmo  
dum paulatim bibendo uinum parcus, discimus esse  
abstemij. Vter tibi uidetur esse temperantior, qui in mei Abstemij, qui  
diis delicijs accumbens abstinet, an qui semotus ab his, non bibunt uin  
que prouocant intemperantiam? M A. Arbitror eum for  
tius temperantem, quem parata copia non potest cor  
rum pere. P A. Vtri uerius debetur laus castitatis, ei ne  
qui semet execat, an qui membris integris tamen absti  
net a uenere? M A. Evidem posteriori meo calculo tri  
buerim laudem castitatis, priori dementiam. P A. At  
qui uoto astricti abiurant matrimonium, nonne quo  
dammodo execant se? M A. Videtur. P A. Iam non est  
uirtus non coire. M A. An non est? P A. Sic accipe. Si per  
se uirtus esset non coire, uitium esset coire. Nunc inci  
dit, ut uitium sit non coire, coire uirtus. M A. Quando  
hoc incidit? P A. Quoties ab uxori ius suum petit ma  
ritus, praesertim si proliis amore querit complexum. M A.  
Quid si lasciviat, non est fas negare? P A. Fas est mone  
re, uel rogare potius blandius ut temperet, pernigare in  
stanti fas non est. Quanquam hac quidem in parte ra  
ras audio querelas maritorum de suis uxoribus. M A. At  
dulcis est libertas. P A. Imo grauis est sarcina uirginitas.  
Ego tibi rex ero, tu mihi regina: imperabimus familie  
nostro arbitratu. An tibi uidetur ista esse seruitus? M A.  
Vulgus coniugium capistrum uocat. P A. Sed ipsi uero ca  
pistro digni sunt, qui sic uocant. Dic mihi queso, an non  
animus tuus est alligatus corpori? M A. Videtur. P A.  
Non aliter quam auicula cauea. Et tamē consule illum,  
en cupiat esse liber: negabit, opinor. Quam ob re? Quia

libenter est alligatus. M A. Res est utrinq; modica. P A.  
Tāto tutior. Eam tu domi augebis parsimonia, que non  
sine caussa dicta est magnū uectigal, ego foris industria.  
M A. Innumerā curas secum adferunt liberi. P A. Sed  
ījdē innumerā uoluptates, ac sēpē numero multo cum  
fœnore reponunt parentibus officiū. M A. Misera qual  
dam res est orbitas. P A. An nunc orba non es? Quid au  
tem opus in re dubia male ominari? Dic mihi, utrū mal  
les nunquam nasci, an nasci moritura? M A. Evidē mal  
lem nasci moritura. P A. Sic miseror est orbitas, que  
prolem nec habuit, nec habitura est: quemadmodum se  
liciores sunt qui uixerunt, quām qui nec nati sunt, nec

Qui sunt isti,  
Iocat in hoc erunt? P A. Quanquā qui recusat ferre casus humanos,  
qd ridiculē di  
xerat iuerris, quib. omnes ex aequo sumus obnoxij, siue plebeij sumus  
cū qui nō sunt siue reges, is ē uita migret oportet: & tamen quicquid  
nec futuri sūt, acciderit, tu non feres nisi dimidium, ego maiorem por  
felices dici nō tionem in me transferam. Ita si quid acciderit lati, gemi  
posint

na fiet uoluptas: si quid mali, societas adimet dimidium  
agritudinis. Mihi uero, si fata uocent, dulce fuerit uel im  
mori tuis complexibus. M A. Facilius ferunt homines  
quod iuxta communes nature leges accidit: sed uideo  
quanto plus molestiarum adferūt nonnullis parentibus  
liberorum mores, quām mortes. P A. Istius rei ne quid  
accidat, maxima ex parte in nobis situm est. M A. Qui  
sic? P A. Quoniam ferē boni nascuntur ex bonis, quod  
ad indolem attinet. Neq; enim ē columbis nascuntur mil  
uij. Dabimus igitur operā, ut ipsi boni simus. Deinde cu  
rabimus liberos nostros ab ipso statim lacte sanctis prece  
ptis & opinionibus imbuedos. Plurimū refert, quid in  
fundas

fundas rudi testulae. Ad hæc curabimus, ut domi habeat  
exemplum uitæ, quod imitantur. M A. Difficile est quod  
narras. P A. Nec mirum, quia pulchrum est, atq; ob hoc  
ipsum tu quoq; difficilis es. At tāto studijs acriorib. huc  
enitemur. M A. Habebis sequacē materiā, tu uide, ut me  
formes singasq;. P A. Sed interim pronuncia tria uerba.  
M A. Nihil facilius, sed uerba simulatq; semel euolarint,  
non reuolant. Dabo consiliū utriq; cōmodius. Ages cum  
tuis ac meis parētibus, ut utrorūq; uoluntate res transfi-  
gatur. P A. Ambire me iubes, tu potes tribus uerbis rem  
certā reddere. M A. An possum nescio, mei iuris non sum.  
Nec sine maiorū autoritate olim colabant coniugia. Ve-  
rūm utcunq; est, arbitrer aūspicatus fore nostrū coniu-  
gium, si parentum autoritate coēat. Et uestrum est ami-  
bire, nobis decorū non est. Gaudet enim rapi uirginitas,  
etiam si nonnunquam uehementius amemus. P A. Non  
pigebit ambire, modo ne me frustretur tuum unius suf-  
fragiū. M A. Non frustrabitur, bono animo esto mi Pam-  
phile. P A. Tu mihi hic religiosior es, quam uellem. M A.  
Imò tu tuum ipsius suffragium apud te prius expende.  
Nec affectū istum tuum adhibe in consiliū, sed rationē.  
Quod affectus decernit, temporariū est: quod aut̄ dictat  
ratio, perpetuò solet placere. P A. Ne tu pulchre philoso-  
pharis, itaq; parere certū est tuis cōsilijs. M A. Nō pœni-  
tuerit obsequij. Sed heus tu, incidit interim scrupulus,  
qui meū animū malè habet. P A. Valeat scrupuli. M A.  
Vix' me nubere mortuo? P A. Nequaquā, sed reuixero.  
M A. Amouisti scrupum. Bene uale mi Pamphile. P A.  
Isthuc tu cura! M A. Preco ribi letā noctē. Quid suspi-  
ras? P A. Letam noctē aīs. Utinam largiare quod precas-  
ris.

Tua messis in ris. M A. Ne quid præpropere, adhuc tua messis in herba  
herba est. Ait est. P A. Nihil ne tui mecum auferam? M A. Hunc pastil  
le ductū, quæ lum, qui tibi cor exhilaret. P A. Adde saltem osculum.  
primū herbe M A. Cupio tibi uirginitatem integrum & illibatam tra  
scit, deinde fert aristas, tandem dere. P A. An osculū aliquid decerpit uirginitati? M A.  
flauescit ad Vis igitur ut alijs quoque largiar oscula? P A. Nequa  
messiem. Nihil' ne tui, quam, mihi seruari uolo mea oscula. M A. Tibi seruo.  
Ambigū di Quanquam est aliud, cur in præsentia nec ausim dare  
ctū: nam sī sit genitū à tu, osculum. P A. Quid isthuc? M A. Ais tuum animū penē  
petit osculū: si totum demigrasse in corpus meum, in tuo quām minū  
à tuum, petit aliud, at illa se mū superesse: ucreor itaq; ne in osculo hoc ipsum quod  
cūs interpreta in te superest, transiliat in me, tuq; iam totus fias exan  
iat. Ouid. VI. mis. Accipe igitur dextram, mutui amoris symbolum,  
terius nū ha ac bene uale. Tu gnauiter rem gere. Ego interim Chri  
bet ille mei.  
Pastillus est flum comprecabor, ut quod agitur, utrique nostrū  
sphærula ex uelit esse felix ac faustum.

## V I R G O M I S O R A M O S.

EV BVLVS, CATHARINA.

E v. Gaudeo tandem finitam esse coenam, ut liceat  
fillus olet, Gor hac frui deambulatione, qua nihil amoenius. C A. Et me  
gonius hircū. iam tædebat sessionis. E v. Quām uernat, quām arridet  
undiq; mundus. Hæc nimirū est illius adolescentia. C A.  
Sic cest. E v. At cur tuum uer non æquè arridet? C A T.  
Quam ob rem? E v. Quia subtristis es. C A. An uideor  
alio uultu quām soleo? E v. Vis ostendā te tibi? C A. Ma  
xime. E v. Vides hanc rosam sub imminentem noctem  
folijs contractioribus? C A. Video. Quid tum postea?  
E v. Talis est uultus tuus. C A. Bella collatio. E v. Si mi  
hi parum credis, in hoc fonticulo contemplare teipsam.  
Quid sibi tandem uolebat & inter coenandum ista tam  
crebra

etra suspiria? C A. Desine percontari quod tua non  
refert scire. E V. Imò mea refert maximè, qui nō possum  
esse hilaris, nisi te quoq; uideam hilarem. Ecce autem  
iterum suspirium, hui quām ex imo pectore ductū. C A.  
Est quod angat animum, sed effari non est tutum. E V.  
Mihi nō dices, qui te chariorem habeo sorore propria?  
Mea Catharina, ne uerere, quicquid est rei tutò depo-  
neshis auribus. C A. Ut tutò dicā, uereor ne frustra di-  
cā non auxiliaturo. E V. Quid scis? Si non re ipsa, fortassis  
consilio consolandoq; iuuero. C A. Non possum eloqui.  
E V. Quid isthuc est rei, odisti me? C A. Sic odi, ut mihi  
minus charus sit meus germanus, & tamē animus non  
fert ut eloquar. E V. Fateberis igitur, si diuinaro? Quid  
tergiuersaris? Promitte, alioqui non omittā urgere. C A.  
Age promitto. E V. Prorsus ego non uideo quid tibi de-  
sit ad summam felicitatem. C A. Utinam uera predica-  
res. E V. Primum adest ipse flos etatis. Nam nisi fallor,  
agis annum iam decimum septimum. C A. Sic est. E V.  
Nondum igitur, opinor, discruciat te metus senectæ.  
C A. Nihil minus. E V. Adest forma nulla parte non fe-  
lix, est & istud precipuum Dei donum. C A. De forma  
qualis qualis est, nec gloriior, nec queror. E V. Tum cor-  
por & habitudo corporis indicat te esse prospera uale-  
dine, nisi quid est morbi occultioris. C A. Nihil istius mo-  
digratia Deo. E V. Fama est integra. C A. Ita confido.  
E V. Adest ingenium isto dignum corpore felicissimum,  
& quale mihi optem ad liberales disciplinas. C A T. Si  
quod est, Dei munus est. E V. Nec deest morum amabilis  
gratia, quam in felicissimis etiam formis non raro desi-  
deramus. C A. Optarim quidem mores me dignos. E V.

Multorum

Tuto depones  
Deponit ma-  
gistratus, q se  
abdicat magi-  
stratu: deponit  
pignus, q cer-  
tat: et deponit  
qui résistat ser-  
uandam tradit  
alienæ fidei.  
sic Hor. Quie  
quid habes a-  
ge deponit tu-  
tis auribus.

Multorum animos deiicit generis infelicitas. Tibi parentes sunt & bene nati, & probi, & re lauta, & tui amatiissimi. c a. Hinc nihil queror. e v. Quid multis? Ego mihi ex omnibus puellis quas habet hæc regio, non deggerim aliam sponsam quam te, si quod sidus mihi prosperum affulgeret. c a. Nec ego deligerem alium sponsum, si placeret ullum coniugium. e v. Et tamen magnum quiddam esse debet, quod sic discruciat animum tuum. c a. Est omnino non leue. e v. Non ægrè feres, si diuinem. c a. Iam pollicita sum. e v. Expertus novi, quanta crux sit amor. Age fatere nunc, promisisti. c a. Amor est in causa, sed non eius generis, cuius tu suspicaris. e v. Quid genus tu mihi narrasse c a. Diuina. e v. Evidem consumpsi omnem diuinationem meam. Tu men non omittam hanc manum, donec extorsero quid sit. c a. Ut violentus es. e v. Depone in sinum meum, secreto cōmit quicquid isthuc est curæ. c a. Quando sic urges, dicā te tacituro. Iam inde à teneris annis me mirus quidam affectus habebat. e v. Quis obsecro? c a. Ut adiungerer collegiis crarum uirginum. e v. Ut fieres monacha? c a. Siquid aliud inuenit. e v. Hem, pro thesauro carbones. c a. Quid ait nūnitur. q̄ expe- bule? e v. Nihil mea lux, tuſiebam. Sed perge dicens. c a. Huic animo meo semper pertinacissime restitente parentes. e v. Audio. c a. Ego contrà precibus, blanditijs, lachrymis oppugnabam parentum pietatem. e v. Res mira. c a. Tandem cum ego nullum facerem finem orandi, obsecrandi, obtestandi, lachrymandi, polliciti sunt, ubi peruenissem ad annum decimum septimum, se se obtemperaturos uoluntati meæ, si modò tum idem perstarct animus. Venit is annus, manet idem animus:

In sinu, id est, secreto cōmit quicquid isthuc est curæ. c a. Quando sic urges, dicā te tacituro.

Iam inde à teneris annis me mirus quidam affectus habebat. e v. Quis obsecro? c a. Ut adiungerer collegiis

crarum uirginum. e v. Ut fieres monacha? c a. Siquid

Pro thesauro, cū aliud inuenit. e v. Hem, pro thesauro carbones. c a. Quid ait nūnitur. q̄ expe- bule? e v. Nihil mea lux, tuſiebam. Sed perge dicens.

c a. Huic animo meo semper pertinacissime restitente parentes. e v. Audio. c a. Ego contrà precibus, blanditijs,

lachrymis oppugnabam parentum pietatem. e v. Res mira. c a. Tandem cum ego nullum facerem finem

orandi, obsecrandi, obtestandi, lachrymandi, polliciti

sunt, ubi peruenissem ad annum decimum septimum, se

se obtemperaturos uoluntati meæ, si modò tum idem

perstarct animus. Venit is annus, manet idem animus:

parentes

parentes tamen contrà promissum pernegant . hoc est  
quod disrueiat animum mcum. Aperui morbum meū,  
tu nunc medicum age, si quid potes. E v. Primum illud  
dabo consilium, suauissima uirgo, ut modereris affecti-  
bus tuis : & si id non continget quod uis, id uelis quod  
possis. C A. Emoriar, nisi quod uolo assequar. E v. Et  
unde cepisti istum fatalem affectum? C A. Olim admo-  
dum puella ducta sum in quoddam uirginū collegium:  
circundebantur omnia, placebant uir-  
gines uultibus nitentibus, uidebantur angelæ, in templo  
nitebant omnia, atq; ctiam fragabant, nitebant horti  
cultissimi. Quid multis? nihil non arridebat, quòcunque  
uertebam oculos. Accedebant ad hæc blandissima uirgi-  
num colloquia. Vnam atq; alteram illic reperi, qui cum  
olim infantula lusitare consueci. Ex eo tempore cœpit  
animus ardere eius uitæ desiderio. E v. Non sum impro-  
batus sacrarum uirginum institutum: quanquam non  
omnia conducunt omnibus: sed habita tui genij ratione,  
quem mihi uideor ex uultu moribusq; tuis collegisse,  
suerim ut nubas marito tui simili, tuæq; domi nouum  
instituas collegium, cuius maritus agat patrem, tu ma-  
trem. C A. Emoriar citius, quam uirginitatis propositū  
deseram. E v. Res est egregia uirginitas, si pura sit: sed  
nihil necesse est, ut hac gratia dedas te in collegium, un-  
de non possis postea eximi. Licet apud parentes uirgini-  
tatem tueri tuam. C A. Licet, at non perinde tutò. E v.  
Imo ut ego arbitror, aliquanto tutius, quam apud illos  
crassos, semper cibo distentos monachos. Nec enim ca-  
strati sunt, ne tu sis insciens. Patres uocatur, ac frequen-  
ter efficiunt, ut hoc nomine uerè competit in ipsis. Olim  
nusquam

nusquam uirgines honestius uiuebant, quam apud parentes, nec alium habebant patrem quam episcopum. Sed obsecro dic mihi, quod tibi collegium ex omnibus

**C**hrysercium, delegisti, cui te addicas in seruitutem? C A. Chrysercii.  
**S**icut nomen est: uidetur in nere collegi. E v. Agnoscō, edibus paternis uicinum. C A. Recte. Atqui pulchrē noui totum hoc sodalitium, dignum um, quod est **G**andae iuxta claustrā q̄ na- nestamq; familiam repudies. Nam ille patriarcha iam ues excludunt aut admittunt.

pridem etate, et uino, et natura delirus est, nec illi quicquam iam sapit praeter uinum. Habet duos sodales se dignos, Ioannem et Iodocum: quorum Ioannes ut fortasse uir malus non est, ita nihil habet uiri prater barba, eruditio ne pilum quidem, prudentia nō multo plus. Iodocus adeò stupidus est, ut nisi ueste sacra commenda retur, obambularet publicitus in cuculla fatui cum auriculis ac tintinnabulis. C A. Mihi uidentur uiri boni. E v. Melius istos noui quam tu, mca Catharina. Isti fortasse sunt tibi patroni apud parentes, ut efficiant te profectam suam. C A. Iodocus maximē fauct. E v. O faveorem. Sed fac isthic nunc esse uiros doctos ac bonos, cras erunt indocti ac mali: et quicunq; obtigerint, tibi erunt ferendi. C A. Offendunt me in edibus paternis crebra conuiuia, nec semper sunt quae illic dicuntur inter coniugatos. Et aliquoties fit, ut osculum negare non possem. E v. Qui uitare studet quicquid offendit, is est uita migret oportet. Ita sunt aures assuefiendae, ut audiant omnia, nec tamen nisi bona transmittant in annum. Parentes, opinor, permittunt tibi cubiculum peculiare. C A. Maximē. E v. Eō te subducas licebit, si quod conuiuium acciderit turbulentius, et dum illi potant ac nungantur,

Sugantur, tu confabulare cum sponso tuo Christo, oras psalle, gratias age. Non te inquinabit domus paterna, sed iure redes eam puriore. C A. Attamen tutius est esse in sodalitio uirginū. E V. Non improbo castum sodalitum, nolim tamen te falli falsa imaginatione. Vbi illic uer satia fueris aliquandiu, ubi proprius inspexeris, fortassis non perinde nitebunt omnia, ut tibi quondam nitere uidebantur. Nec omnes uirgines sunt, mihi crede, quae uerum habent. C A. Bona uerba. E V. Imò bona uerba sunt, que uera sunt: Nisi fortasse elogium, quod nos hactenus indicauimus esse Virgini matri propriū, ad plures transcripsi, ut dicantur & a partu uirgines. C A. Abominor. E V. Quin insuper, nec alioquin inter illas uirgines sunt omnia uirginea. C A. Non? quamobrem obsecro? E V. Quia plures inueniuntur, que mores emulantur Sapientius, quamque referant ingenium. C A. Istuc quid sit, non satis intelligo. E V. Atque ideo hæc uerba facio, ne quando intelligas mea Catharina. C A. Attamen animus eo fertur, atq; hinc colligo hunc spiritum à Deo profici, sci, quod tot iam annis perseuerat, & in dies fit acrior. E V. Imò mihi hoc nomine suspectus est iste tuus spiritus, quod sic repugnat optimi parentes. Afflasset & illorū animos Dcūs, si piūm esset, quod moliris. Sed istum spiritum haufisti ex illis nitoribus, quos admodū puella uidisti, ex blandis uirginum alloquijs, ex affectu erga ueteres sodales, ex cultu sacro, ex ceremonijs sane quam speciosis, ex improbis hortatibus stultorum monachorum, & qui in hoc te uenantur, ut largius potent. Sciunt patrem esse liberalem ac benignum, aut illum habebunt coniuicium, sed hac lege, ut secum adferat uinum, quod de-

Elogium, titulus meriti, qui solet addi in legendis, aut in munere. Ego scribendum arbitror elogium ab imputando, quam reclamantibus codicibus.

Sapphus, genitus est grecus, sicut Di- dūs. Huius ingenium mirè predicatur, sed mores infamantur, quod fuit rpiβas. id enim tecte significatum est.

cem strenuis potorib. sat sit: aut ipsi potabunt apud illū  
 Quare tibi fuerim autor, ne quid noui tentes inuitis pa-  
 rentibus, in quorum potestate nos Deus esse uoluit. C.A.  
 In hoc negotio pium est cōtemnere patrem, & matrem.  
 & v. Christi causa pium est alicubi negligere patrem, &  
 matrem: neq; enim piē facit, qui Christianus patrem eth-  
 nicum, cuius omne uitæ præsidium pendeat a filio, dñe-  
 rat, sinatq; perire fame. Si nondum esses professa Chri-  
 stum in baptismo, & parentes uetarent te baptizari, piē  
 fáceres, si Christum præferres impijs parentibus. Aut si  
 nunc parentes adigerent ad impietatem aut turpitudi-  
 nem, contemnenda esset illorum autoritas. Sed quid hoc  
 ad collegium? Et domi Christum habes. Natura dictat,  
 Deus approbat, Paulus hortatur, leges humanae sentiunt,  
 ut filij obediant parentibus: & tu te subduces ab autoru-  
 tate parentum optimorum, ut pro uero patre, te dedas fa-  
 citio, & pro uera matre, tibi asciscas alienam: aut poli-  
 us, ut pro parentibus tibi dominos ac dominas asciscas.  
 Nam parentibus ita es obnoxia, ut tamen te liberameſſe  
 uelint. unde & liberi uocantur filii familias, quod absint

In paucis regi à conditione seruorum. Nunc te pro libera tendis ultro  
 omb. Nescit seruam reddere. Christiana clementia maxima ex parte  
 seruitutem no- bilis illa meri submouit omnem illam ueterum seruitutem, nisi quod  
 to dicta Fran- in paucis regionibus adhuc resident uestigia. At inuen-  
 cia in Vuest- phalia & non tum est sub praetextu religionis nouum seruitutis genus,  
 nullis Geimaa- ut nunc sanè in plerisq; monasterijs uiuitur. Nihil ibili-  
 niae partib. est adhuc seruo- cebit, nisi ex prescripto: quicquid obuenerit tibi, illis ac-  
 rū genus. Ve- crescit: si quò pedem moueris, retraheris è fuga, perinde  
 netiae uendum Mauri, & quasi parentem ueneno necaueris. Quoq; sit euidentior  
 Maure nō ali seruitus, commutant uestem, quam dcdere parentes, &  
 ter quām bo- ues.

ad exemplum priscum eorum, qui olim seruos essent mercati: commutant nomen in baptismo inditum, ac pro Petro sive Ioanne uocant Franciscum, aut Dominicum, aut Thomam. Petrus dedit nomen Christo, & Dominico iniiciandus uocatur Thomas. Si militaris seruus abijciat uestem a domino datam, uidetur abdicasse dominum: & nos applaudimus illi, qui uestem accipit, quam Christus omnium dominus non dedit: & ob hanc mutatam gravissimis punitur, quam si centies abijciat uestem imperatoris ac domini sui, quae est mentis innocentia. C A. Atque hoc ipsum aiunt eximij meriti, si quis se sponte dedit in hanc seruitutem. E V. Ista uero doctrina pharisaica est. Paulus contra docet, ut qui liber uocatus sit, ne uelit seruus: sed potius operam det, ut fiat liber. Atque hoc infelicior est seruitus, quod pluribus dominis tibi seruendum sit, quod plerunque stultis & improbis, quod incertis, ac subinde nouis. Illud mihi responde, Emancipant te leges a iure parentum? C A. Nequaquam. E V. Licet ne igitur tibi emere aut uendere fundum inuitis parentibus? C A. Minime. E V. Vnde igitur tibi ius, ut te ipsam dedas nescio quibus inuitis parentibus? An non tu illis charissima, maximeque propria es possessio? C A. In negocio pietatis cessant naturae leges. E V. Negocium pietatis potissimum agitur in baptismo: hic tantum agitur de ueste mutanda, deque genere uitae, quod per se neque bonum est, neque malum. Iam illud mihi considera, quantum comodatum simul amittas cum libertate. Nunc tibi liberum est in tuo cubiculo legere, orare, psallere, quantum & quando gratum est animo tuo. Quod si tandem cubili, licet audire cantiones ecclesiasticas, adesse sacris, au-

dire sacras conciones: & si quam uideris matronā, aut  
 uirginem egregie probam, ex eius colloquio fieri melio-  
 rem: si quem uirum insigni probitate præditū, ex eo dū-  
 scere quod te reddat meliore: licebit & concionatore de-  
 ligere, qui purissime Christū doceat. Has res omneis, ex  
 quibus præcipius est profectus ad ueram pietatem, amit-  
 tis semel addicta collegio. c A. Sed interim nō ero moni-  
 cha. e v. Adhuc te mouent nomina: rem ipsam perpen-  
 dito. Illi iactant obedientiā. num ea laus tibi deerit, si obe-  
 dias parentibus tuis, quibus Deus iubet obediri: si episco-  
 po tuo, & pastori tuo: num paupertatis, quum in paren-  
 tum manibus sint omnia? Quanquam olim in sacris uin-  
 ginibus præcipue laudabatur à sanctis uiris liberalitas  
 in pauperes, eam præstare non poterant, si nihil posse-  
 bant. Porro castitati tuae nihil decedet, etiā si uiuas apud  
 parentes. Quid igitur superest? Vellum, linea uestis ex in-  
 tima uersa in extimam: ceremoniæ quedam, quæ perse-  
 nihil faciunt ad pietatem, neq; quenquam cōmendant o-  
 culis Christi, qui spectat animi puritatem. c A. Noua  
 prædicas. e v. Scd uerissima. Quum non sis emancipa-  
 ta à iure parentum, cum tibi ius non sit uendendi uestem  
 aut agrum, quomodo tibi ius facis dedendi te in seruitu-  
 tem alienam? c A. Ius parentū, ut aiunt, non impedit in-  
 gressum religionis. e v. In baptismo nonne professæ es re-  
 ligionem? c A. Sum. e v. Nonne religiosi sunt, quicunq;  
 sequuntur præcepta Christi? c A. Maxime. e v. Quæ est  
 igitur ista noua religio, quæ facit irritum, quod & natu-  
 ræ lex sanxit, & uetus lex docuit, & Euangelica lex com-  
 probauit, & apostolica doctrina confirmauit? Istuc de-  
 cretum non est à Deo proditum, sed in monachorum  
 senatu

Senatus repertum. Sic definiūt quidam & matrimonium  
 efferatum, quod inscijs, aut etiam in uitis parentib. inter  
 puerum & puellam per uerba de præsenti, sic enim illi  
 loquuntur, contractū est. At qui istud dogma nec natura  
 resensu approbat, nec ueterum leges, nec Moses ipse,  
 neceuangelica, aut apostolica doctrina. c A. An igitur  
 putas mihi non esse fas nubere Christo, nisi comprobanti  
 bus parentibus? E v. Iam, inquam, nupfisti Christo, &  
 illi nupfimus omnes. Quæ bis nubit eidem uiro? Tantū  
 agitur de loco, de ueste, de ceremonijs. Ob has res non ar-  
 bitror esse contemnendum ius parentū. Et uidendū est,  
 ne dū paras nubere Christo, nubas alijs. c A. At isti pre-  
 dicant nihil esse sanctius, q̄ hic contemnere parentes.  
 E v. Ab ipsis igitur doctoribus exige, ut proferant aliquē  
 & sacris libris locum, qui hoc doceat: quod si nō poterūt,  
 iubeto eos eibere calicem uini Belnensis, hoc poterunt.  
 Ab ipsis parentibus ad Christum cōfugere pictatis est.  
 Sed à pīs ad monachis mū, hoc est, quod non raro usue-  
 nit, à probis ad improbos, quæ rogo pietas est? Quan-  
 quam & olim ad Christum à paganismo conuersus ido-  
 latris parentibus debebat obsequium, quatenus citra pi-  
 etatis iacturam fieri poterat. c A. Damna igitur hoc  
 totum uitæ institutum? E v. Nequaquam. Verum quem  
 nemini suadere uelim, ut quæ se in hoc uitæ genus conie-  
 cerit, lucretur emergete: ita non dubitem hortari puel-  
 las omneis, præscriptim indolis generosæ, ne se temere co-  
 precipitent, unde post se se non possint explicare, præser-  
 tim quum in ipsis collegijs sepe grauius periclitetur uiri-  
 ginitas, ac domi prestare ualeas, quicquid ibi prestatur.  
 c A. Vrges tu quidem multis ac magnis argumentis, ta-

Nubas alijs.  
 Hoc dicit pro-  
 pter collegia  
 virginum, que  
 non uiuant iu-  
 xta regulam  
 in quib. non  
 nunquam, p̄ò  
 dolor una mu-  
 bit multis.  
 Belna oppida  
 in ducatu Bur-  
 gundie, unde  
 uina laudati-  
 sima.

men hic affectus meus eximi non potest. E v. Si non persuado, quod tamen optarim, saltem illud fac memineris, Eubulum monuisse. Interim pro meo in te amore precor, ut tuus iste affectus felicior sit meo consilio.

## EV BVL. CATHARINAE.

E v. Tales ianitrices mihi semper optarim. C A. Etego semper tales pulsatores. E v. Sed uale Catharina. C A. Quid ego audio? Valebo prius quam salueam? E v. Non hoc ueni, ut te uiderem lachrymantem. Quid sibi uult, quod protinus me conspecto lachrymis suffusi sunt oculi? C A. Quo fugis, mane, mane inquam, sumam aliū uitum, & ridebimus affatim. E v. Quas aues hic uideo? C A. Est illius collegij patriarcha. Ne subducito te, iam perpotarunt, accumbe paulisper, illo digresso confabulabimur nostro more. E v. Age obtemporabo tibi, que mihi noluisti. Nunc soli sumus, narra totam fabulam, malum enim ex te cognoscere. C A. Ex tot amicis, quos putabam sapere plurimum, nunc sentio nullum fuisse, qui mihi prudentius ac senilius consilium dederit, quam tu omnium natu minimus. E v b. Dic quomodo expugnasti parentum affectum? C A T. Primum improbis hortatibus monachorum, ac monacharum: dcinde etiam incis precibus ac blandimentis labefactus est matris animus: pater nullo pacto quibat perpelli. Tandem omnibus admissis machinis & hic uictus, & oppressus est potius quam assensit. Id factum est inter pocula: minitabantur homini malum exitium, si Christos uam sponsam pernegaret. E v. O improbitatem stolidoru. Quid fit deinde? C A. Se uortriduo domi clam: interim semper aderant mulieres aliquot eius collegij, quas illi Conuersas uocant, hortatibus

tibibus suis addentes animum, ut persisterem in sancto proposito, ac sollicitè cauentes, ne qua cognatarum aut sodalium adiret me, quæ mentem uideretur mutatura. Interim adornabantur uestes, aliaq; que ad conuiuum attinebant. E v. Tibi quid interim erat animi? Num uacillabas? C A. Non, sed passa sum quiddam tam horrendum, ut malum emori decies, quam iterum perpeti. E v. Quis o quid isthuc erat? C A T. Non possum effari. E v. Quod mihi dixeris, amico tuo dixeris. C A. Promittis silentium? E v. Id præstaturus eram, etiam si nulla fuisset stipulata. Quasi uero me nondum noris. C A. Apparuit mihi spectrum horribili specie. E v. Is nimis erat genus tuus malus, qui te eò instigabat. C A. Profsus opinor fuisse cacodemonem. E v. Dic mihi quæ species erat? Et ne talis qualis pingitur: rostro adunco, longis cornibus, harpyiarum unguibus, prælonga cauda? C A. Tu ludis: at ego malum mihi terram dehiscere, quam de tuo tale uidere spectrum. E v. Interim aderant ille mulieres hortatrices? C A. Non, nec unquam illis indicaui, tametsi ualde scis citantibus quid esset mali, cum me totam exanimatam offenderent. E v. Vis tibi dicam quid fuerit? C A. Si quidem potes. E v. Illæ mulieres incantauerant te, uel potius excantarant tibi cerebrum. Sed interim tu persistebas in ea sentētia? C A. Maximè, nam aiebant id multis accidere, qui se consecrant Christo: uerum si primo illo congressu superetur tētator, post transuilla fore omnia. E v. Qua pompa producta es? C A. Adornant me toto mundo meo, demittunt capillos: itaq; non aliter quam nuptura sponso. E v. Crasso monacho, Crasso monacho, hoc dicit male sit huic tuſi. C A. Ex adibus paternis clara auersus, & ha  
m 4 luce git tuſim.

182.

luce deducor ad collegium multis ad spectaculum con-  
currentibus. E v. Oscitos histriones, ut norunt agere  
suas fabulas simplici popello. Quot dies egisti in illo san-  
cto uirginum collegio? C A. Fermè duodecim. E v. Sed  
que res uerterat animum tuum tam pertinacem? C A.  
Non dicam quid sit, sed aliquid magni fuit. Post sex ab  
ingressu dies accerso matrem, obtestans, obsecrans, si  
me uiuā uellet, ut me eximeret ab eo collegio. Illa relu-  
ctatur animo meo, & hortatur ad constantiam. Post ac-  
cesso patrem. Ille etiam obiurgat, addens se ægre uicisse  
suos affectus, ut uiciſſim nunc uincere animū meum,  
nec hoc dedecus conciliarem sibi, quod resilijſſem ab in-  
stituto. Tandem ubi uideo me nihil proficere, respōdeo  
parentibus, me si ita iubeant, in gratiam illorum mori-  
turam: nam hoc mihi certum eſſe, niſi mature eximerer.  
Hoc auditio reduxerunt domum. E v. Bene habet, quod  
mature resilieris, prius quam seruitutem æternam eſſe  
professa. Sed nondum audio, que res mutarit animum  
tuum tam subito. C A. Hoc nemo mortalium ex me fecit  
hactenus, nec tu scies. E v. Quid si diuinem? C A. Nec  
diuinabis, sat scio: & si diuines, non dicam. E v. Tamē  
si conieco. Verum interim perijſ sumptus. C A. Plus  
quam quadraginta coronati. E v. O comeſſatores mu-  
ptiales. Gaudeo tandem perijſ ſ pecuniam te nobis inco-  
lumi: poſthac auſculta melioribus consilijs. C A. Ita ju-  
ciam, & cum pifcatore ictaſapiam.

## C O N I V G I V M.

EVLALIA, XANTHIPPE.

E v. Salut multum exoptatiſſima mihi Xanthippe.  
lo dōct sapit. X A. Salut tantundem mihi chariſſima Eulalia. Videre  
milia

Comos, deus  
est lux⁹. Inde  
x̄ouā ſuī, &  
latine comeſſa-  
ri, qd est geni-  
aliter & cū lu-  
xu uiuere. nō  
enim dicitur à  
comedendo.  
Itaſapiam. ui  
de prou. Pifca-  
tor ietus sapit:  
ubi qſ ſuo ma-  
lo dōct sapit. X A.

mihi solito formosior, e v. Ita ne statim me scommate ex  
 cipiss x a. Non profecto, sed ita mihi uideris. e v. For-  
 tasse noua uestis commendat formam. x a. Recte conic-  
 et. Nihil iam diu uidi elegantius. Suspicor pannum  
 esse Britannicum. e v. Lana Britannica est, tinctura Ve-  
 neta. x a. Mollicies byssum superat. Quam uero blan-  
 dus purpure color? Vnde tibi tam egregium munus?  
 e v. Vnde decet honestas matronas accipere, nisi a ma-  
 riis suis? x a. O te felicem, cui talis contigit sponsus.  
 At ego uellem me nupsisse fungo, cum meo nuberē Ni-  
 colao. e v. Quid ita, queso tecum cito male conuenit  
 inter nos? x a. Nec unquam conueniet cum tali. Vides  
 quam sim pannosa, sic patitur uxorem suam incedere:  
 disperea, nisi saepe pudet me prodire in publicum, cum  
 video quam culte sint aliae, que multo pauperioribus  
 nupsere maritis. e v. Matronarum ornatus non est in  
 uestibus, aut reliquo corporis cultu, quemadmodum do-  
 cet diuus Petrus Apostolus (nam id audiui nuper in con-  
 cione) sed in castis ac pudicis moribus, & in ornamen-  
 tis animi. Meretrices coluntur oculis multorum. Nos  
 satis culte sumus, si placeamus uni marito. x a. Sed in-  
 terim ille bonus uir tam in uxorem parcus, strenue pro-  
 digit dotem, quam ex me non mediocrem accepit. e v.  
 Quibus rebus? x a. Quibus ipsi uisum fuerit, uino, scor-  
 tis, alea. e v. Bona uerba. x a. At qui sic res habet. Dein  
 de cum mihi temulentus ad multā noctem redit domū,  
 diu expectatus, desertit noctem totam non nunquam, &  
 lectum conuomens, ut ne quid addam. e v. St, teipsam  
 de honestas, cum dchonestas maritum. x a. Emoriar, ni  
 si mallem dormire cum scropha, quam cum tali mari- St, interiection  
est innuens si  
letum: sic enim  
docti legendū  
cen-

Exenti illud ex to. e v. Non tu tum illum excipis iurgio? x a. Ita ut dicitur  
 Phor. Terent. gnus est, sentit me non esse mutam. e v. Quid ille contrarius  
 Non es obsecratus? x a. Initio reclamabat saeuissime, credens fore ut me saepe  
 esse dictata. uis uerbis protelaret. e v. Nunquam ne rixa incruduit usque  
 C H R. St. Quid has que ad uerbera? x a n. Semel duntaxat eò incaluerat  
 metuis fores: Quo loco pro utrinq; contentio, ut minimū res absuerit à pugna. e v.  
 St. deprauatus Quid ego audio? x a n. Librabat fustem, saevis interim  
 est. est.

clamoribus intonans, ac dira minitans. e v. Non ibi me  
 tuebas tuus? x a. Imò uicissim ego corripiebam tripodem:  
 si contigisset me digito, sensisset mihi nō decessisse manus.

e v. Nouum clypei genus. Deerat colus lanceae uice.

x a. Sensisset sibi cum uiragine rem esse. e v. Ah mea

Xanthippe, non ita decet. x a. Quid decet? Si ille me  
 non habet pro uxore, nec illum habiturasum pro mari-

Ephes. 5. to. e v. At Paulus docet uxores oportere subditas esse  
 Colos. 3. viris cum omni reverentia. Et Petrus nobis exemplum  
 Pet. 3.

proponit Saræ, quæ maritum suum Abraham dominum  
 appellabit. x a. Audiui ista. Sed idem Paulus docet, ut  
 uiri diligent uxores suas, sicut Christus dilexit sponsam  
 suam ecclesiam. Meminerit ille officijs sui, ego meminero  
 mei. e v. Sed tamen ubi res in eum statum deuenit, ut alteri cedendum sit, æquum est uxorem marito cedere.

x a. Si modò ille maritus est appellandus, qui me habet  
 pro ancilla. e v. Sed dic mea Xanthippe, post desijt mihi  
 uerberas? x a. Desijt, et sapuit: alioqui uapulasset. e v. Sed tu non desijsti rixari cum illo? x a. Nec de-  
 finam. e v. Quid ille interea? x a. Quid non nunquam  
 dormit somnium hominis, interdum nihil aliud quam  
 ridet, aliquoties arripit testudinem, in qua uix tres habet  
 fidces: eam quantum potest pulsans, mihi uociferanti ob-  
 strepit.

Sirepit. E v. Ea res male urit te? x A. Sic ut dici uix pos-  
 sit. Aliquando uix tempero à manibus. E v. Mea Xan-  
 thippe, permittis mihi, ut liberius loquar apud te? x A.  
 Permitto. E v. Idem ius erit tibi apud me. Hoc certè poi-  
 gnat nostra neccesitudo, ab ipsis penè incunabulis in-  
 ternos inita. x A. Vera narras, nec ulla sodalium unquā  
 charior fuit animo meo. E v. Qualis qualis est tuus ma-  
 ritus, illud cogita, non cesse ius permutandi. Olim immen-  
 dicabilibus discessijs remediuū extremum erat diuortiuū;  
 nunc hoc in totum ademptum est. usq; ad extremum ui-  
 te diem ille tuus sit maritus oportet, & tu illius uxor.  
 x A. Superi male faxint, qui ius hoc nobis ademerunt.  
 E v. Bona uerba, sic uisum est Christo. x A. Vix credo.  
 E v. Sic habet. Nunc nihil supereft, nisi ut utcrq; ad al-  
 terius mores & ingenium accommodando seſe, concor-  
 die ſtudeatis. x A N. An ego poſſum illum refingere?  
 E v. Non minimum momēti eſt in uxoribus, quales ſint  
 mariti. x A. Pulchre conuenit tibi cum tuo? E v. Nunc  
 tranquilla omnia. x A. Ergo turbarum non nihil erat  
 iniicio? E v. Nihil unquam tempeſtatis, ſed tamen, ut fit  
 inter homines, nonnunquam nubecule quædam obori-  
 ebantur, que poterant gignere tempeſtatem, niſi com-  
 moditate morum fuifſet occurſum. Habet ſuos quisque  
 mores, & eſt ſua cuiq; ſententia: & ſi uerum fateri uo-  
 lumus, ſunt ſua cuiq; uitia: quæ ſi uſquam, certè in ma-  
 trimonio nouiſſe oportet, non odiſſe. x A. Recte mones.  
 E v. Fit autem frequenter, ut diſſiliat benevolentia mu-  
 tua inter maritum & uxorem, antè quam alter alteriſa  
 tis notus fit: id eſt in primis cauendum. Semel enim orta  
 ſimilitate, ægrè ſarcitur gratia, præſertim ſi res ad atro-

Quæ ſi uſquam,  
 Alius ad uer-  
 ſiculū prouer-  
 biale: Mores  
 amici noueris  
 non oderis.  
 Anteçq; alter  
 alteri: hoc Plu-  
 tarchus in pre-  
 ceptis conmu-  
 bialibus.

186  
cia conuicia proccferit. Quæ glutino committuntur, si statim concutias, facile distrahuntur: cæterum ubi siccato glutino semel cohæscent, nihil firmius. Proinde in initio nihil non faciendum, ut inter uxorem & maritum coalescat confirmeturq; benevolentia. Id maxime fit obsequio, morumq; commoditate. Nam benevolentia quæ sola formæ gratia cōciliatur, fermè temporaria est. x a. Sed narrabo nobis obsecro, quibus artibus pertraxeris maritū ad tuos mores. e v. Dicam in hoc ut imiteris. x a. Si queam. e v. Facilimum erit, si uelis, nec adhuc serum est: nam & ille iuuenis est, & tu puella, ac nondum annus opinor expletus est à nuptijs. x a. Vera prædicas. e v. Dicam igitur, sed tacituræ. x a. Maxime. e v. Illa prima mihi cura fuit, ut in omnibus essem iucunda marito, ne quid esset quod illius animum offenderet. obseruabam affectum ac sensum illius, obseruabam & tempora, & quibus rebus deliniretur, quibus irritaretur. quemadmodum facere solent ij qui elephantos ac leones cicurant, aut similia animantia, quæ ui cogi nō possunt. x a. Tale animal mihi domi est. e v. Qui adeunt elephantos, non gestant uestem candidam: nec puniceam, qui tauros, quod his coloribus compertum sit ea animantia efferari. Quemadmodum & tigres tympanorum sonitu sic aguntur in rabiem, ut seipsas dilanient. Et qui

Voces. ad uo tractant equos, habent uoces, habent popismata & pale hominis eq pum aliq; quibus ferocientes mitigent. Quanto magis reddunt mitio dect nos his artibus uti erga maritos, quibus cum no-

Popisma, soni bis uelimus nolimus, per omnem uitam est teclum ac lemodū imitans etus communis? x a. Perge quod cepisti. e v. His anūtris crepitā, qui maduersis, attemperabam me illi, cauens ne quid offensi se

Senasceretur. x A. Qui nam id poteras? e v. Primum incuria rerum domesticarum, quæ peculiaris est prouinciamatronarum, aduigilabam, non solum cauens, ne quid esset pretermissum, uerū etiam ut omnia congruerent ad illius sensum, in rebus etiam minutissimis. x A.

Quibus? e v. Puta, si maritus hoc aut illo cibo peculiari ter delectetur, si cibus placeat hoc aut illo modo coctus, silentius hoc aut illo modo stratus. x A. At quo pacto at temperares te ei qui domi nō esset, aut esset ebrius? e v.

Mane, isthuc ibam. Si quando maritus uidebatur admodum tristis, nec esset appellandi tempus, nequaquam ridebam ac nugabar, quemadmodum nonnullæ mulieres solent, sed sumebam & ipsa uultum submœstum ac sollicitum. Quemadmodum enim speculum, si probum est, semper reddit imaginem intuentis: ita decet matrem familias ad affectum mariti congruere, ne sit alacris illo

marentic, aut hilaris illo commoto. Quod si quādo comi motior erat, aut blādo sermone leniebā, aut silentio concedebam iracundia, donec ea refrigerata, tempus se diceret uel purgandi, uel admonēdi. Idem faciebam, si quando plus aquo potus redibat domum, nec id temporis nisi iuicunda loquebar illi: tantum blanditijs pertrahebam ad lectum. x A. Infelix uero uxorum conditio, si iratis, ebrijs, & quicquid libet patrātibus maritis, tantum obsequentur. e v. Quasi uero hoc non sit mutuum obseruandum. Coguntur & illi multa ferre in moribus nostris.

Est tamen tempus, cum in re seria fas est uxori monere virum, si quid est alicuius momenti: nam ad leuia p. r. stat conniuere. x A. Quod tandem? e v. Cum erit animo hacho, nec commotus, nec sollicitus, nec potus, tum

qui fit ore aut manibus aptè cōflosis, nō sī ne humore. au torē Plin. fulgetras adorat popismate, gētiū olim cō sensus erat: un de illud Arist. πρὸς τὰς ἔργα τὰς ἀποσθέτας.

De palpo Horat. Cui male si palpere, recalcitat. Palpari autē effuola leuiter percutere tergum equi ferocientis.

Refrigerata, id est ubi refrixit, siue deferuit. Ita Fab. Refrigeratio inuentionis amore. Sic & recanduisse dicuntur ira.

Conniuere, id est, quasi clavis oculis dissimilare et uide absq;

absq; testibus blandè monendus uel rogandus potius, ut  
in hoc aut illo melius consulat rei, aut fame, aut ualeu-  
dini sue. Atq; hæc ipsa admonitio leporibus ac facciis  
erit condienda. Non nunquam præfatione ab illo stipula-  
ris oleo, ne mihi succenseret, si quid stulta mulier admo-  
nerem, quod ad illius honorem, aut ualeudinem, aut si-  
lucem facere uideretur. Vbi monuissim quæ uolbā, am-  
putauī sermonem illum, & ad alia iucundiora deflecte-  
bam. Est enim ferè hoc nostrum uitium mea Xanthip-  
pe, ut sc̄mel exorsæ loqui, finem facere nequeamus. x A.  
Aiunt. E v. Illud in primis cauebam, ne præsentibus alijs  
maritum obiurgarem, aut ne quid querelarū domo efi-  
ferrem. Facilius sarcitur si quid inter duos commissum  
est. Quod si quid extiterit eius generis, ut nec ferri pos-  
sit, nec uxoris admonitione sanari, ciuilis est, ut uxori  
querelam deferat ad parētes & cognatos mariti, quam  
ad suos: & ita querelam temperet, ne uideatur odisse  
maritum, sed uitium potius mariti. Nec tamen effutiat  
omnia, ut hic quoque tacitus agnoscat, & amet uxoris  
ciuitatem. x A. Philosopham esse oportet, que ista  
præstet. E v. Imò talibus factis maritos ad similem ciu-  
litatem inuitabimus. x A. Sunt quos nulla ciuitate cor-  
rigas. E v. Evidem non arbitror, sed fac esse. Primum  
illud cogita, maritus ferendus est, qualis qualis est. Pre-  
stabilius igitur est ferre uel sui similem, uel paulo com-  
modiorem factum nostra ciuitate, quam nostra saeuila  
uilem indies. Quid si proferam maritos, qui simili ci-  
uitate correxerunt sponsas suas? Quanto magis decet  
nos idem prestare aduersus maritos? x A. Narrabis igi-  
tur exemplum meo marito disimillimum. E v. Est mihi  
famis

similitas cum homine quodam nobili, docto, singula-  
 rig; morum dexteritate. Is duxerat puellam uirginem,  
 annos natam decem & septem, ruri in parentū ædibus  
 perpetuò educatam, ut nobiles fere gaudent habitare ru-  
 ri obuenatum & aucupium. Rudem uolebat ille, quò fa-  
 cilis illam ad suos mores fingeret: cœpit eam institue-  
 re literis ac musica, paulatimq; assuefacere, ut redderet  
 eaque audisset in concione: cæterisq; rebus formare,  
 que post essent usui futuræ. Hæc quoniam erant noua  
 puelle, que domi sue fuerat in summo ocio, & inter fa-  
 mulorum colloquia lususq; educata, cœperunt esse tæ-  
 dio. Detræclabat obsequium, & cum maritus urgeret, il-  
 li sine fine flebat, nonnunquam & in terram abiiciebat  
 se, occipitum illidens solo, quasi mortem optans. Ea-  
 rum rerum cum nullus esset finis, maritus diſsimulato-  
 stomacho, inuitabat uxorem, ut animi relaxandi gratia  
 una proficiceretur rus ad ædes saceri. Ibi lubens obtē-  
 perabat uxor. Eò quum uentum esset, maritus reliquit  
 uxorem apud matrem & sorores: ipse cum socero pro-  
 dibat uenatum. Ibi submotis testibus denarrat socero: se  
 sperasse iucundam uitæ sociam, nunc habere perpetuò  
 lachrymantem, ac seſe cruciantem, nec ullis monitis  
 sanabilem: orat, ut ſibi adſit in medendo filiæ morbo. So-  
 cer reſpođet, ſe ſemel illi tradiſſe filiam: quod ſi illa nō  
 obtēperaret uerbis, uteretur ſuo iure, & uerberibus  
 eam emendaret. Tum gener: Noui, inquit, ius meum,  
 ſed malim eam tua uel arte, uel autoritate sanari, quam  
 ad hoc extreimum remedium uenire. Sacer pollicitus eſt  
 ſe curaturum. Post unum atq; alterū diem captat tēpue  
 & locum, ut ſolus eſſet cum filia: ibi uultu ad ſeueritatē  
 compofit.

Reddit quiſol  
 uit, reddit &  
 diſcipulus, cū  
 recitat auditas  
 nā qui docet,  
 aut dictat, qua  
 si creditur  
 tuum.

Semel non re-  
 fert ad his, ſed  
 declarat totū  
 filiæ ius tradi-  
 tum ſponsō.

composito, incipit commemorare, quām illa esset infi-  
ci forma, quām non amabilibus moribus, quām sēpe me-  
tuisset ne nullum illi posset inuenire maritum. At ego  
meo maximo labore, inquit, talem inueni tibi, qualcm  
nulla non optaret sibi quantumuis felix. Et tamē tu non  
agnoscens quid pro te fecerim, nec intelligens te talem  
habere maritum, qui nisi esset humanissimus, uix te di-  
gnaretur habere in ancillarum numero, rebellas illi. Ne  
longum faciam, sic incanduit patris oratio; ut uix uido  
retur manibus temperare. Est enim uir ingenio mire va-

**Nā** personati  
histriones age  
bant fabulas.  
**P**ersona autē  
est facies ap-  
posititia.

fro, qui citra personam omnem posset quamuis agen-  
tia comœdiā. Ibi puella partim metu, partim ueritate cō-  
mota, accedit ad patris genua, rogans ut præteriorum  
uellet obliuisci, se in posterum memorem fore officiū sui.

Ignouit pater, pollicitus se quoq; fore patrem amantis-  
simum, si quod polliceretur, præstaret. x a. Quid dein  
deſ E v. Puella digressa à colloquio parentis, redit in cu-  
biculum, offendit maritum solum, accedit illi ad genua.  
O ait: Marite, hactenus nō noui neq; te, neq; meipsam,  
posthac uidebis me aliam factam, tantum obliuiscere ſu-  
periorum. Hanc uocem maritus excepit osculo, O om-  
nia pollicitus est, si illa persisteret eo animo. x a. Quid  
perſtitit? E v. Vsq; ad mortem, neq; quicquam erat tam  
humile, quod illa non alacris ac uolens obiret uolente  
marito. Tantus amor inter eos natus est O confirma-  
tus. Post annos aliquot puella crebro ſibi gratulata eſt,  
quod contigisset tali marito nubere, qui niſi contiguisse-  
eram, inquit, omnium mulierum perditissima. x a. Tu-  
lium maritorum non minus rara eſt copia, quām albo-  
rum coruorum. E v. Iam ſi moleſtum non eſt, referā tibi  
quiddam

quidam de marito commoditate uxorius correcto, quod  
nuper accidit in hac ipsa ciuitate. x a. Nihil est quod  
agam, & perquam grata mihi est tua confabulatio. e v.  
Est uir quidam non postremæ nobilitatis: is, ut solet hoc  
hominum genus plerunq; uenabatur, ruri incidit in pu-  
ellam quandam pauperrimæ mulierculæ filiam: in cam  
cepit deperire, homo iam prouectioris ætatis. Atq; hu-  
ius gratia frequenter pernoctabat foris. Prætextus erat  
uenatio. Vxor huius, mulier insigni probitate, nescio  
quid suspicans, peruestigauit furtæ mariti sui, & eo pro-  
fecto nescio quo, adiit casam illam rusticam, expiscata  
est de toto negotio, ubi dormiret, unde biberet, quis esset  
apparatus conuiuij. Nihil erat ibi supellectilis, sed mera  
paupertas. Abiit matrona domum, ac mox rediit, secum  
adducens lectum commodum & apparatum, uasa alii  
quot argentea, addidit pecuniam: admonens, ut si quan-  
do rediret ille, tractarent illum ciuilius, disimulans inte-  
rim se uoxem esse, ac sororem esse simulans. Post dies  
aliquot redit eò furtim maritus, uidet auctam supellecti-  
lem, & apparatum lautiorem. Rogat, unde is nitor insor-  
titus: aiunt matronam quandam honestā illi cognatam  
hac aduexisse, ac mandasse, ut honestius posthac accipe-  
retur. Ilico tetigit animum illius suspicio, uoxis hoc esse  
factum. Reuersus domum, rogit num illic fuisset: illa nō  
negat. Rogauit & quo tandem consilio misisset eò supel-  
lectilem. Mi uir, inquit, assuetus es uitæ commodiori. Vi-  
debam illic te durius accipi, putabam esse officij mei, ut  
quando ita tibi cordi est, lauicius illic habereris. x a n.  
O matronam nimium bonam. Ego citius pro lecto sub-  
strauissem illi fasciculum urticarum, ac tribuloru. e v.

Sed audi finem. Vir perspecta tanta probitate, tantā mansuetudine coniugis sua, nunquam deinde usus est furtivo concubitu, sed domi semet oblectauit cū sua. Scio tibi notum esse Gilbertum Batauum. x A. Noui. e v. Is, ut scis, florenti ætate duxit uxorem iam prouectiore ac uergenti ætate. x A. Dotem fortasse duxit, non uxorem.

Vergenti æta  
te, inclinata  
ad senium. Sic  
ea uoce abso-  
lute usus est  
Suet. Inuolas-  
sem in capil-  
los. Sic pu-  
gnant mulie-  
res. Sic Teren-  
tius. Alioqui  
inuolare non  
nunquam fo-  
nat furari. Ca-  
tul. Huc redde  
pallium mihi  
meum, quod  
inuolasti.

Perfudisse  
lotio. Id acci-  
dit Socrati: &  
olm loti un-  
cūp ibant ad  
coniuicium.

e v. Sic est. Is fastidiens uxoris, adamab. it mulierculam, cum qua se subinde oblectabat foris. Raro domi prando bat aut coenabat. Quid tu hic eras factura? x A. Quid Ego illi adamatæ inuolassem in capillos, & maritum euntem ad illam perfudisse lotio, ut sic unctus iret ad coniuicium. e v. At quanto haec prudentius. Inuitabat mu- quoq; sine ueneficijs domum pertraxit. Et si quando fu- ris coenabat cum illa, misit eō missum aliquem eleganti orem, iubens, ut suauiter uiuerent. x A. Ego malum mon- quām esse lena mei mariti. e v. Verū interim rem ipsam expende. Nonne hoc multo satius erat, quam seu

tia sua prorsus alienasset maritum, ac totam ætatem in iurgijs exegisset? x A. Fateor minus esse mali, sed ego non possem. e v. Vnum adiçiam, atque ita discedam ab exemplis. Hic uicinus noster, uir probus & integer, sed paulo iracundior, quodam die pulsauerat uxorem suam, fœminam laudatissimam. Eae recepit in intimum cloacue, atque illic lachrymans atque singultiens decoquabat animi ægritudinem. Aliquanto post per occasionem eodem ingressus est maritus, reperit uxorem flentem. Quid, inquit, hic lachrymas ac singultis, puerorum more? Tum illa prudenter: Quid, inquit, an non hoc sa- tius, ut hic deplorem malū meum, quam si in uia uocis

Ver, quemadmodum solent aliae mulieres? Hoc dicto tam  
uxorio fractus ac uictus hominis animus, data dextra  
pollicitus est uxori, se posthac nunq; in illā cōiecturum  
manus, nec fecit. x A. Ego idem impetraui à meo diuer-  
satione. e v. Sed interim est inter uos bellum perpe-  
tuum. x A. Quid igitur uelles me facere? e v. Primum  
missanda est tibi omnis iniuria mariti, & animus illius  
officiis, comitate, mansuetudine paulatim est conciliari-  
bus: aut uinces tandem, aut certè multo cōmodiore ute-  
ris, quām nunc uteris. x A. Ille ferocior est, quām ut ul-  
lis officiis mansuescat. e v. Eia, ne dixeris. Nulla est fera-  
tam immanis, quin officiis cicuretur, ne desperes in ho-  
mine. Fac periculum menses aliquot, me accusa, nisi scu-  
seris consilium hoc tibi fuisse bono. Sunt etiam quedam  
uitia, ad quæ tibi conniuendum est. Illud ante omnia tu-  
bi cauendū censeo, ne quid rixæ moucas in cubiculo, aut  
in lecto, sed curandum est, ut illic omnia sint festiuæ ac iu-  
cunda. Etenim si is locus qui diluendis offensis, sarcien-  
dæ; gratiæ consecratus est, lite aut ægritudine quapiam  
profanetur, iam sublatū est omne remedium benevolen-  
tiæ reconciliandiæ. Sunt enim foeminae quedam tam mo-  
rosæ, ut in ipso etiam coitu querantur ac rixentur, eamq;  
uoluptatem, quæ diluere solet ex animis uirorum, si quid  
inerat molesti, morum fastidio reddant insuauem, phar-  
macum ipsum uitiantes, quum licuisset mederi offensis.  
x A. Istud mihi frequenter accedit. e v. Atqui tametsi  
semper est cauendum uxori, ne qua re molesta sit uiro,  
tamen id maximè studere debet, ut in congressu se uira  
prebeat modis omnibus commodā & iucundam. x A.  
Viro, mihi cum belua res est. e v L. Mitte male loqui.

Muslanda, dis-  
simulanda, uel  
tacitè ferēda.

Sacra profa-  
nari discuntur,  
lectulus autem  
locus est dica-  
tus reconcili-  
nandæ bene-  
uolentiæ.  
Hæc est sen-  
tentia Plut.  
in præceptis  
coniugalibus.

ferè nostra culpa viri malisunt. Sed ut ad rem redeam.  
Qui uersantur in priscis fabulis poëtarum, narrant Ve-  
nerem (eam faciunt Deam connubij præsidem) haben-  
tent cestum arte Vulcani confectum: in eo intextum esse qui-  
quid est amatorij medicamenti, eō se cingit, quoties con-  
gressura est cū marito. x A. Fabula audio. E v. Verum,  
sed audi, quid sibi uelit fabula. x A. Dic. E v. Illud docet,  
uxore omnem curā adhibere oportere, ut in congressu  
connubiali iucunda sit marito, quo recalescat ac redime-  
gretur amor ille maritalis, & discutiatur ex animo, si  
quid erat offensionis aut tædij. x A. Sed unde nobis ca-  
stus ille? E v. Nihil opus ueneficijs aut incantamentis.  
Nullū incantamentū efficacius, quam morum probitas  
cum suauitate coniuncta. x A. Ego tali marito blandi-  
non possum. E v. At hoc tua refert, ut desinat esse talis.  
Si Circes artibus posses maritū uertere in suem aut in  
sum, faceress? x A. Nescio. E v. Nescis? An malles haben-  
suem maritum, quam hominem? x A. Evidem malum  
hominē. E v. Age, quid si Circes artibus posses extenu-  
lento reddere sobrium, ex prodigo frugalem, ex cessatore  
diligentem, nonne faceress? x A. Plane facerem: sed unde  
mihi istae artes? E v. Atqui istas artes habes in te, si modo  
uelis adhibere. Tuus, uelis, nolis, sit oportet. Quò melio-  
rem eum reddideris, hoc magis consulueris tibi. Ti-  
tantum oculos habes defixos in illius uitia, eaq; tibie  
aggerant odium, & hac ansa tantum arripis illum, qui  
teneri non potest. Illa potius contemplare que sunt bo-  
na in illo, & hac ansa præhende illum, qua teneri po-  
test. Ante quam illi nuberes, tempus erat expendendi  
quid haberet malorum. Oportebat enim non oculis fo-  
lum,

Cestum, id est  
cingulum.

lum, uerum etiam auribus maritum diligere: nunc me-  
dendit tempus est, non accusandi. x A. Que mulier un-  
quam auribus cepit maritum? e v. Oculis capit, que nu-  
bilaliud spectat, quam corporis formam: auribus, que  
diligenter obseruat, quid fama de illo prædicet. x A. Pub-  
cione mones, sed sero. e v. At non serum est studere corri-  
gendo marito. Ad eam rem conductet, si quid pignoris  
extenatum fuerit uiro. x A. Iam natum est. e v. Quan-  
do? x A. Lampridem. e v. Quot menses sunt? x A. Fermè  
septem. e v. Quid ego audio? Tu nobis trimestris foetus  
iocum renouas? x A. Nequaquam. e v. Ita necesse est,  
si tempus à nuptiarum die supputas. x A. Imò ante nu-  
pias fuerat mihi cum eo colloquium. e v l. An ex collo-  
quio nascuntur pueri? x A. Fortè solam nactus, coepit  
alludere titillans axillas ac latera, quò me prouocaret ad  
rsum. Ego non ferens titillationem, me resupinabam in-  
lectum, ille incumbens figebat oscula, nec satis scio quid  
egerii preterea: certè paucis post diebus uterus coepit  
intumescere. e v. I nunc, & maritum contemne, qui si  
lustrans gignit liberos, quid faciet quum serio rem ar-  
get? x A. Suspicor & nunc me grauidam esse. e v. Eu-  
ge contigit felici fundo bonus cultor. x A. Hac in parte  
plus præstat quam uellem. e v l. Ista querela tibi cum  
paucis uxoribus est communis. Sed inter uos intercesser-  
rat pactum connubiale? x A. Intercesserat. e v. Leuius  
igitur peccatum est. Est ne proles mascula? x A N. Est.  
e v l. Illa uos rediget in gratiam, si tu uel paululum te-  
met accommodes. Quid alij prædicant de tuo marito  
sodales, & quibus cum habet commercium foris? x A.  
Prædicant eum esse moribus commodissimis, comem,

liberalēm, amicū amico. E v. Et ista mihi bonam spēm faciunt, illum fore qualem uolumus. x a. At mihi unita lis non est. E v. Sed tu te illi præbeto, qualem dixi, meq; pro Eulalia uocā Pseudolaliā, nisi tibi quoq; talis esse cœperit. Quin & illud cogita, illum adhuc iuuencis se, nondum, opinor, egressum annos uiginti quatuor, nondum nouit, quid sit esse patrem familias. Iam non est tibi cogitandum de diuortio. x a n. At frequenter cogitaui. E v l. Verū ea cogitatio si quando tibi inciderit in mentem, primum reputa tecum, quām nihil res sit sœmina diuulsa à uiro. Summum decus matrone est, morigeram esse suo coniugi. Ita natura comparatū est, ita uoluit Deus, ut mulier tota pendeat à uiro. Tantum cogita id quod res est, maritus est, aliis non potest obtinere. Deinde ueniat in mentem puellus ille duob. cōmuni. Quid de illo statu? Auferes tecum: fraudabis maritum sua posseſſione. Relinques apud illum: spoliabis te ipsum eo quo nihil habes charius. Postremo dic mihi, habes ne quæ tibi male uelint? x a. Habeo nouercam ger manam, præterea socrum huic similimam. E v. Adeo ibi male uolunt? x a. Cuperent extinctam. E v. Et iste bifac ut in mentem ueniant. Quid enim illis possis facere gratius, quām si uidcant te diuulsam à marito, uiduā, imo plus quām uiduām uiuere? Nam uiduis licet alieni nubere. x a. Evidēm probō tuum consilium, sed tedi diutini laboris. E v. At reputa quantum laborū sumperis prius, quām bunc psittacū docueris quedam humana uerba sonare. x a. Plurimū profectō. E v. Et piget operam sumere in fingendo marito, qui cum perpetuo suauiter degas etatem? Quantū laboris sumunt homines,

Nouercā ger manam, nō de gente aut soro resentit, sed germanam dixit ueram. No uercarum aut est odiſſe pri uignos.

nes, ne quum sibi commodum reddant: & nos pigebit  
ad laborare, ut maritis utamur commodioribus? X A N.  
Quid faciam? E V B. Iam dixi. Cura ut domi niteant om-  
nia, ne quid sit molestia, quod illum exigat ex edibus.  
Tute illi comedem præbe, semper interim memor reueren-  
tie cuiusdam, quam uxor debet marito. Absit tristitia,  
sed absit & petulantia: nec putida sis, nec lasciuia. Sit  
apparatus domi laetus. Nostri palatum mariti: quod il-  
lis uauissimum est, id coquito. Quin etiam ijs, quos ille  
amat, comedem & affabilem te præbeto. Hos frequenter  
ad conuiuio uoca. In conuiuio facito, ut leta plenaq;  
hilaritatis sint omnia. Denique si quando ille uino læ-  
tior pulsabit suam testudinem, tu uoce accinito. Sic as-  
sus facies maritum manere domi, & minues impensas.  
Si enim ille cogitabit tandem: Ne ego insigniter insa-  
nio, quisoris magna rei famæq; iactura uictitem cum  
scorto, cū domi habeā uxorem multo lepidiorem, meiq;  
amantiorem, apud quam nitidius ac lauius accipi lice-  
at. X A N. An credis successurum, si tentem? E V. Me ui-  
de. Ad me recipio. Interim & maritum tuum aggredi-  
dar, admonebo & illum sui officij. X A N. Laudo con-  
silium. At uide ne quid huius rei suboleat ipsi, misceret  
cœlum terre. E V. Ne metue. Ita per ambages tempera-  
bo sermonem, ut ipse mihi narret, quid inter uos sit tur-  
barum. Hoc facto, meo more tractabo illum blādiſime,  
& ut spero, tradam eum tibi commodiorem. De te per  
occasionem mentiar, quam amanter de illo sis loquuta.  
X A. Christus bene fortunet quod agimus. E V. Aderit,  
modo ne desis tibi.

Miscere esse  
lum terræ, de  
uehemēti per-  
turbatione di-  
ctum est pro-  
verbium in Ita-  
uen. Licet &  
mare cœlo  
Confundas,  
homo sum.

M I . Salve mi frater. C A . Salve & tu germane charissime. M I . Vix te agnosco. C A . Adeone consenui intra biennium? M I . Non, sed caput rasum, noua uestis faciū ut mihi uidearis aliud quoddam animal. C A . Itane non agnosceres uxorem tuam, si tibi occurreret induta noua ueste? M I . Non, si tali. C A . At ego te probè agnosco, cum non solum uestis mutata est, uerum etiam facies, totusq; corporis habitus. Quot coloribus pictus es? Nulla autem aequè uariat plumas suas. Tu quam omnia secta, quam nihil iuxta naturam ac morem communem. Ad tonsuram uerticem, barbam semirrasam, syluam quæ supra labrum superius est, perplexam, nec aliter hinc & hinc prominentem, quam solent in felibus pili longiores. Nec una cicatrix foedauit uultum, ut Samius quispiam literatus uideti possis, de quo iocus est prouerbij. M I . Sic deca redire è bello. Sed dic mihi, erat hic tanta bonorum medicorum inopia? C A . Quam ob rem? M I . Quia nulli commiseris sanandum cerebrum tuum prius quam in hanc seruitutem te præcipite dares. C A . Ita ne uideor insanisse? M I . Maxime. Quid erat necesse hic te sepelin ante tempus, cum esset unde commodè uiueres in mundo mortui. do? C A . An nunc non uideor tibi in mundo uiuere? M I . Non per Iouem. C A . Dic quam ob rem? M I . Quia non licet ambulare quò uelis. Huic loco uelut caue & inclusoris. Adde rasuram, uestem prodigiosam, solitudinem, pscium perpetuum e sum, ut mirer te ipsum non uerti in pisces. C A R . Si uerterentur homines in omnibus uestimentibus, tu iam pridem porcus es. Nam sub la soles delectari. M I . Non dubito quin iam dudum p*nunc*

*Samius literatus, in cicatricosos prouer.*  
*Vide Chil.*

*Sepeliri ante tempus. Allusio  
huc qd dicunt mudo mortui.*

nitate instituti : paucos enim comperio, quos non capiat poenitudo. C A. Hoc illis usu uenit, qui se in hoc uitae genus uelut in puteum præcipitant: ego descendens sum & consulto, prius explorato m'cipo, perspectaq; tota huius uite ratione, iam annos natus uiginti octo, qua sitate sibi quisq; notus esse potest. Quod ad locum attinet, tu quoq; loco angusto concluderis, si totius mundi consideres amplitudinem. Nec refert quam spaciosus sit locus, modò nihil desit ad uitae commoditatem. Multi raro, aut nunquam exeunt ciuitatem in qua nati sunt, qui si uarentur exire, magnopere sibi displicerent, & incessanter illis mira libido relinquendæ ciuitatis: hic affectus vulgaris est, quo ego careo. Imaginor hic totum esse mundum, & haec tabula mihi totum terrarum orbem reprezentat, quem ego cogitatione iucundius simul & tutius perambulo, quamvis qui nauigauit ad nouas insulas. M I. Hic tu propemodum dicas uerum. C A. Rasuram damnare non potes, qui uolens tondearis, utique commoditatis gratia. Mihi rasura, si nihil aliud, certe reddit caput purius, ac fortasse salubrius. Venctiæ quam multi patricij totum etiam caput radunt? Quid autem habet prodigiosum uestis? Nonne tegit corpus? Ad duplum usum adhibetur uestis, ut deppellatur iniuria coeli, eaq; uelet quæ pudor iubet tegi. An non hos usus prebet hec uestis? Sed offendit color: quis color magis decet omnes Christianos, quamvis qui datus est omnibus in baptismo? Dictum est tibi quoq;: Accipe uestem candidam. Haec itaque uestis admonet me, quid promiscim in baptismo, nimirum innocentiae perpetuum studium. Porro solitudinem si uocas turbæ fugam, hoc exemplum est

non nostrum, sed ueterum prophetarum, atq; etiam philosophorum ethnicorum, & quibuscunq; bona mentis cura fuit: imo poëtae, astrologi, ac similibus artibus dediti, quoties aliquid magni ac supra uulgas hominum mouuntur, secessum querere solent. Cur autem uoces hanc solitudinem? Vnius amiculi confabulatio pellit solitudinis tedium. Hic habeo sodales omnium rerum plus quam sedecim. Ad haec interuisunt amici crebrius quam uellem, aut expedit, & tibi uideor in solitudine uiuere? MI.

At non semper licet cum his confabulari. C A. Nec semper expedit. Atque hoc iucundior est confabulatio, quod

**Interrupta copia. Iuuie. Vo** uoluptatis gratiam augeat interrupta copia. MI. Non luptates compeßimè coniectas. Nam mihi quoq; suauiores sunt carmenes reuoluto pascha post quadragesimam. C A. Nec interim tamē, cum maximè uideor solus, desunt mihi confabulones longè festiuiores ac suauiores istis uulgaribus congerronibus. MI. Vbi sunt? C A. Vides hic codicem Euangelicum, in hoc mecum fabulatur ille, qui olim ad datus facundus comes in via duobus discipulis profici sc̄ntibus in Emauntem, effecit, ut non sentirent itineris laborem, sed sentirent dulcissimum cordis ardorem, invi hiantes mellitis illius sermonibus. In hoc mihi loquitur Paulus, in hoc Esaias, cæteriq; prophetæ. Hic mecum fabulatur dulcissimus ille Chrysostomus, hic Basilius, hic Augustinus, hic Hieronymus, hic Cyprianus, cæteriq; non minus eruditi, quam facundi doctores. An nosti uel

Ilos tam amoenos confabulones, quos cum his conferas? An in tali sodalitio, quod mihi nunquam non adest, reputas obrepere posse solitudinis tedium? MI. Mihi frustra loquerentur non intellecturo. C A. Iam quid refert quibus

bis rebus hoc corpusculum alatur: cui minimo satis fit,  
si iuxta naturam uiuamus. Vter nostrū habitior, tu  
qui uesceris perdicibus, phasianis, & capis: an ego qui  
uiuo piscibus? M. Si tibi esset uxor, ut mihi est, minus  
haberes succi. C. A. Et ideo sufficit quilibet cibus, et quā  
tumus exiguis. M. Sed interim agitas uitā Iudaicam.  
C. A. Bona uerba: Christianam si non assequimur, certè  
sequimur. M. In ueste, cibo, prcculis, cæterisq; ceremoniis  
ponitis fiduciā, neglecto studio pietatis Euāgelice.  
C. A. Quid alijs faciant, nō est meum iudicare: ego his re-  
bus nequaquam confido, minimumq; tribuo, sed in ani-  
mi puritate, & in Christo colloco fiduciam. M. Cur igi-  
tur obseruas? C. A. Ut mihi pax sit cum fratribus meis,  
One cui quoquo modo sim offendiculo. Nolim autem  
offendere quenquam ob huiusmodi res leuiculas, quas  
nihil est negotijs seruare. Ut sumus homines quacūq; ue-  
stitecti, minutissimaru etiā rerū similitudo aut dissimili-  
tudo conciliat, aut dirimit concordiam. Rasum caput,  
aut uestis color, per se quidem non commendant me Deo.  
Sed quid diceret populus, si comam alicrem, aut tuam  
istam uestem sumerem? Reddidi tibi rationem mei con-  
siliij, nunc quoq; ut mihi uiciissim tui consiliij rationem  
reddas, dicasq; ubi cessarint omnes boni medici, cum re-  
lata domi uxore iuuēcula & liberis, proficisceris in mi-  
litiam, uili salario cōductus ad iugulādos homines, idq;  
tui quoq; capitis periculo. Neq; enim tibi res erat cum  
fungis aut papaueribus, sed cum armatis uiris. Vtrum Fungifragiles  
uerò putas infelicius, iugulare Christianum hominem  
ob mercedulam, à quo nunquam sis l̄esus, an te ipsum si-  
mul & corpus & animam in ēternū exitium mitteres?

Fungi fragiles  
sunt, & papa-  
uieres testēt de  
collari baculo

M I. Fas est occidere hostem. C A. Fortassis est, si imperiat patriam tuā. Tum pium uideri potest, pugnare pro

Pro aris et fo liberis & uxore, pro parentibus & amicis, pro aris & eis, uerba sunt focis, pro tranquillitate publica. Quid isthuc ad tuam historicis pe culia. Per militiam mercenariam? Ego, si perisses in hoc bello, non arā significāt redemissem animam tuam uitiosa nuce. M I. Non?

xū, per focū re C A. Non, ita me Christus bene amet. Iam utrum exu domesticā: nā stimas durius, obedire bono uiro, quem nos Priorem uor erat laribus.

camus, qui uocet ad preces, ad sacram lectionem, ad doi

ctrinam salutarem, ad psallendum Deo: an obedire baro cuiquam centurioni, qui saep magnis ac nocturnis itineribus uocet quō lubet, ac reuocet, qui bombardū

ictibus obijciat, qui iubeat te stare loco, aut occisurum,

aut occidēdum. M I. Minus narras, quam res habeat ma

lorum. C A. Si quid ego deflexero à disciplina huius insi

tuti, poena est admonitio, aut aliud leue quiddam: tibi, si

quid committas aduersus leges imperatorias, aut pen-

dendum est, aut nudo inter intentatas in te lancearum

cuspides eundum: nam plecti capite, beneficium est. M I.

Non possum refragari ueris. C A. Iam cultus iste satis

indicat te non multum nummorū reuferre domum. M I.

Nummorū mihi iam pridem nc pilus quidem fuit, immo

multum æris alieni conflau. Proinde huc deflexi, ut me

instruas uiatico. C A. Utinam huc deflexisses cum pro-

perares in sceleratam istam militiam. Sed unde tāta nu-

ditas? M I. Rogas unde? Quicquid ex salario, quicquid

ex predationibus, sacrilegijs, rapinis, furtis pararc li-

cuit, id totum absumebatur in uina, scorta, & aleam.

C A. O te miserum. Et interim uxorcula, cuius gratia

Deus iussit relinqu patrem & matrem, domi moerebat

deseri

deserta cum paruis liberis. Et interca tibi uidebaris ui-  
uere, in tantis miserijs, in tantis sceleribus? M I . Hoc falle  
bat sensum malorum, quod innumeros haberem malo-  
rum socios. C A . Quin illud uereor, ne uxor te no agno-  
scat. M I . Qui sic? C A . Quia sic cicatrices pinxerunt ti-  
bi nouam faciem. In fronte quam fossam habes? Videtur  
tibi exectum fuisse cornu. M I . Imò si rem nosses, gratula-  
renis mihi hanc cicatricem. C A . Quam ob rem? M I .  
Minimo minus aberat quin perierim. C A . Quid erat  
mali? M I . Cuidam tendenti rupta est balista chalybea,  
eius fragmentum insilij in frontem. C A . Et in bucca ci-  
catricem habes palmo longiorem. M I . Hoc uulnus ac-  
cepi in pugna. C A . Bellicas? M I . Non, inter aleam ortum  
est disfidium. C A . Iam & in mento uidco nescio quid  
gemmarū. M I . Nihil est. C A . Sussicor tibi contractam  
scabiem, quam uocant Hispanicam. M I . Recte diuinias  
misfrater. Tertium ea laborauit usq; ad uitæ periculum.  
C A . Vnde hoc mali accidit tibi, ut sic incuruus incendas,  
quasi es nonagenarius, aut quasi messor quispiam, aut  
quasi delumbatus essem fuste? M I . Morbus ita contraxit  
neruos. C A . Næ hic magnificam passus es metamor-  
phosim. Antehac eras eques, nunc ex Centauro factus  
es animal semireptile. M I . Hæc nimirum est alca Mar-  
tis. C A . Imò hæc est insania tuæ mentis. Quas uero ma-  
nubias uxori tuæ liberisq; tuis referes domum? lepram?  
Nam ista scabies nihil aliud est, quam lepræ species: nisi  
quod ideo non uitatur, quia multorum est communis,  
precipue nobilium: at ob hoc ipsum magis debebat uitari.  
Nunc istud malum affricabis ijs, qui tibi debuerat  
esse charissimi: & ipse per omnem uitam putre cadauerat  
cir.

circunferes. M I. Quæso te frater, ut desinas: satis malorum est, etiā si nō accedit obiurgationis molestia. C A. Quotam autem malorū partem cōmemorauis? Ista comporis duntaxat sunt. Iam animā uero qualem reportas, quāta scabie putrem, quot uulneribus sauciā? M I. Tam purā refiero, quām est cloaca Parisijs in uia, quæ dicitur uulgo Maberti, aut latrina publica. C A. Vereor ne multo peius oleat apud Deum & angelos eius. M I. Sed iam rixæ satis est, dic aliquid de sarcendo uiatico. C A. Nihil est quod dem, experiar quid uelit Prior. M I. Atqui si quid daretur, essent tibi parata manus: nunc multa obstant difficultates, quando numerandum est aliquid. C A. Quid alij faciat, ipsi uiderint: mihi nec ad accipendum, nec ad dandum sunt manus. Verū de his à prædio: nunc tempus monet ut accumbamus.

Pseudocheus,  
fusor menda-  
ciorū: Philety  
rus, amans ue-  
ritatis.

P S E V D O C H E I , E T P H I L E T Y M I .

P H. Vnde tibi scatet tanta mendaciorum uis? P S. Vnde suppetunt araneæ filæ? P H. Non est igitur artis, sed naturæ? P S. A natura profecta sunt semina, ars & usus auxere facultatem. P H. Non te pudet? P S. Non magis quām coccycem suæ cantionis. P H. At tibi in manu est mutare cantionem tuam, & in hoc est homini datus lingua, ut uera prædicet. P S. Imò ut conducibilia. At nō semper expedit uera dicere. P H. Ita nonnunquam con-  
ducit habere manus furaces. Et hoc uitium esse tuo co-  
gnatum testatur etiam populare prouerbium. P S. Vi-  
trunc; uitium honestis nititur autoribus: illud habet  
Ulyssem tantopere laudatū ab Homero, hoc Mercuriū  
etiam deum, si poëtis credimus. P H. Cur igitur uulgas  
execratur mendaces, fures etiam subiguntur in crucem?

P S.

¶ s. Non ideo quod mentiantur, aut furentur, sed quod  
in sc̄ite mentiantur aut furentur: uel quia pr̄ter natu-  
ram, uel quia non satis callentes artem. P H. Est' ne scri-  
per quispiam, qui tradit artem mentiendi? P S. Bonam  
artis partem monstrauere tui rhetores. P H. Hi quidem  
tradunt artem bene dicendi. P S. Verum, sed bona pars  
bene dicendi est sc̄ite mentiri. P H. Quid est sc̄ite mētiri?  
P S. Vis definiam? P H. Volo. P S. Est ita mentiri, ut lu-  
crosit, nec deprehendi possis. P H. At quotidie deprehē-  
duntur mulii. P S. Isti non sunt artifices absoluti. P H. Es  
igitur tu absolutus artifex? P S. Propemodum. P H. Ex-  
perire an me possis mentiendo fallere. P S. Et te quoq;  
possim uir optime, si libeat. P H. Dic igitur aliquod men-  
daciū. P S. At iam dixi: num deprehendisti? P H. Non.  
P S. Age fac sis attentus: nunc incipiam mentiri. P H. I.  
Sum attentus, dic aliquid. P S. At iam iterum mentitus  
sum, te non deprehendente. P H. Evidem nihil adhuc  
audio mendacij. P S. Audiſſes, si calleres artem. P H. I.  
Proinde commonstra tu. P S. Primum appellauit te ui-  
rum optimum. An non isthuc est insigne mendacium,  
cum ne bonus quidem sis: & si bonus esſes, optimus di-  
ci non possis, cum sint innumeri te meliores. P H. Hic  
plane ſeſſelleras. P S. Iam fac periculum, an possis alte-  
rum mendacium ex te deprehendere. P H. Non possum.  
P S. Hic desidero ingenium, quod alibi preſtas. P H. Fa-  
teor, ostende tu. P S. Cum dicerem, nunc incipiam men-  
tiri, nonne magnificè mentiebar: cum tot annos affue-  
rim mentiri, & paulo antē quam hoc dicerem, eſſem  
mentitus? P H. Mirum pr̄stigium. P S. Scd nunc saltcm  
monitus arrige aures, ut deprehendas mentientē. P H.

Arrexi, dic. p s. Imò iam dictum est, & tu meum mendacium es imitatus. p h. Tu mihi persuadebis, quod nec aures habeam, nec oculos. p s. Cum homini sint aures immobiles, ut nec arrigi possint, nec demitti, mentiebar te arrecturum aures. p h. Talibus mendacijs plena est omnis hominum uita. p s. Non talibus tantum, ô bone. Nam hec ludicra sunt, sunt que rem adferant. p h. Tum pius est lucrum ex mendacio, quam ex lotio. p s. Verum est, inquam, sed ijs qui mentiendi nesciunt artem. p h. Quam igitur tu calles artem? p s. Non equum est, ut te gratis doceam: numera, & audies. p h. Non emo manus artes. p s. Donas igitur gratis fundum tuum? p h. Non sic insanio. p s. At ego ex hac arte mea certiores

*Specimen, id est gustum uel ars tua, tantum profer specimen, ut intelligam non omnino uanum esse quod dicas. p s. Accipe igitur specimen. Multis multorum negotijs memet admisceo, emo, uendo, recipio, sumo mutuo, accipio depositum. p h. Quid tum postea? p s. Atq; hic potissimum capto eos, a quibus non facile deprehendar. p h. Quos? p s. Stupidos, obliuiosos, incogitates, longe semotos, & mortuos. p h. Certum est mortuos neminem redarguere. p s. Si quid cui uendo in diem, diligenter annoتو in libellis ratione. p h. Quid deinde? p s. Vbi reddenda est pecunia, plus imputo mercium emptori, quam acceperit. Is si incognitus est, aut obliuiosus, mihi certum est lucru. p h. Quid si deprehendat? p s. Profero librū rationale. p h. Quid si is doceat, & euincat, se non accepisse quod imputat? p s. Reclamo quantum possum. Nam in hac arte prousus inutilis est pudor. Deniq; extrema ancora est, ut ali quid*

quid comminiscar. PH. Quid palam deprehensus? PS.  
Nihil est facilius, errauit famulus, aut ipse lapsus sum me  
memoria. Scitum est multas simul miscere rationes, hic faci  
lissimum est imponere. Exempli causa. Sunt quædam dispu  
tationes quod soluta sit pecunia: sunt alia, pro quibus nihil  
numeratum est. Hec in posteriorib. codicillis misceo, sic ut  
nihil disfungam. Vbi supputatur, contendimus, & uincimus  
per uerba, per periurio. Est & hoc artis, fere rationem ini  
cū accincto ad iter, & imparato. Nam mea mihi semi  
per parata sunt. Deponitur aliquid apud me, seruo clam  
apud me, nec reddo. Longum est prius quam resciscat il  
le, ad quem res missa est. Tandem si non licebit inficiari,  
dico mihi perisse, aut contendeo me misisse, quod non mi  
si, incuso aurigas. Postremo si uitare non possum, quin  
reddam, reddo accusum. PH. Bella uero ars. PS. Non  
nunquam eodem nomine bis accipio pecuniam, si liceat.  
Primum domi, deinde illic quo proficior: & nusquam  
non sum. Interim tempus inducit obliuionem, confun  
duntur rationes, aliquis moritur, aut suscipit longius  
quam peregrinationem: ut omnia pessime cadant, sal  
tem interim usus sum aliena pecunia. Nonnullos etiam  
capto specie benignitatis, ut faueant mentienti, sed semi  
per de alieno: de meo nec matri darcm terunci. Quan  
quam autem in singulis uideatur lucrum exiguum, ex  
multis tamen (multis enim memet, ut dixi, misceo) na  
scitur accruius haud quaquam pœnitendus. Porro ne de  
prehendar, quum multæ sunt technæ, tum illa præcipua:  
omneis omnium epistolas, quas possum intercipio, resu  
gno, ac lego. Si quid obfuturum suspicor, premo: aut  
sirendo, reddo meo tempore. Adhac inter longo semo

tos interruallo, mendacijs meis sero simultatē. p h. Quid iſtinc uſus? p s. Geminus: primum, ſi non praſtatus, quod alterius nomine promiſi, & quo nomine munus etiam accepi: nam fumos huiusmodi magno uendo: fumgo per illum aut illum ſtetiſſe, quo minus perfectum fit. p h. Quid ſi neget ille? p s. Is procul abeſt, puta Basilez, ego pollicor dare in Anglia. Deinde fit, ut orta ſimulante, neuter alteri credat, ſi quid incuſer. Habes ſpecimen artis. p h. At iſtam artem nos craſiores ſolemus uocare furtum, qui ſic uocamus ſicum, & ſcapha ſcapham. p s. O hominem iurus Cæſarei rudem. An licet intendo re actionem furti ei qui ſuppreſſit depositū, aut qui abuſrat mutuum, aut ſimili techna imposuit? p h. Oportet. p s. Proinde uide prudentiam artificum. Ex his plus di lucri, aut certe tantundem, & minus eſt periculi. p h.

Vlyſſe ac Male fit tibi cum tuis technis ac mendacijs. non enim u  
Mercurio. v bet dicere, uale. p s. Tu ringere cum tua pannoſa ueru  
lyſſes ab Ho  
mero ſingitur  
uafer, ac men  
dax. Mercuri  
us affert lucrum  
uafer ipſe ac  
furax.

N A V F R A G I V M.  
ANTONIVS, ADOLPHVS.

Horrenda nar A N. Horrenda narras. Eſt iſthuc nauigare? Prohibe  
ras. Ex abru Deus, ne mihi quicq; unquā tale ueniat in mentem. A D.  
pto incipit col loquiū more Imò quod hactenus cōmemorauit, lufus merus eſt prebi  
comœdiarū. que nūc audies. A N. Plus ſatis malorū audiui: inhorre  
ſco te memorante, quaſi ipſe periculo interſim. A D. Int̄o  
mihi iucundi ſunt acti labores. Ea nocte quiddā accidit,  
Sublustris, quod magna ex parte ſpē ſalutis ademit nauclero. A N.  
quae nonnihil habebat lucis. Quid obſecro? A D. Nox erat sublustris, et in ſummo ma  
lo ſtabat quidā ē nautis in galea, ſic enim uocant opinor,  
circum

circuspectans, si quam terram uideret, huic cœpit aſſister  
reſphaera quædam ignea: id nautis tristiſimum oſten-  
tum eſt, ſi quando ſolitarius ignis eſt: felix, quum gemini.  
Hos uetusſas credidit Caſtorē & Pollucem. A N. Quid  
illis cum nautis, quorū alter fuit eques, alter pugil? A D.  
Sic uifum eſt poētis. Nauclerus qui clauo aſſidebat, ſo-  
cic, inquit, (nam eo nomine mutuo ſe compellant nau-  
te) uides ne quod ſodalitium tibi claudat latus? Video,  
reſpondit ille, & precor, ut fit felix. Mox globus igneus  
delapsus per funes deuoluit ſeſe uſque ad nauclerum.

A N T. Num ille exanimatus eſt metu? A D. Nauta aſſue-  
uere monſtris. Ibi paulisper commoratus, uoluit ſe per  
margines totius nauis: inde per medios foros dilapsus,  
euauit. Sub meridiem cœpit magis ac magis incrude-  
ſcere tempeſta. Vidisti ne unquā alpes? A N. Vidi. A D.  
Illi montes uerrucae ſunt, ſi confeſtantur ad undas maris.  
Quoties tollebamur in altū, licuiffet lunam digito cōtin-  
gere: quoties demittebamur, uidebamur dehincēte terra-  
reſtaire in tartara. A N. O iſanos qui ſe credunt mari.

A D. Nautis fruſtra luſtantibus cum tempeſtate, tan-  
dem nauclerus totus pallens nos adiſt. A N. Is pallor præ-  
ſagit aliquod magnum malum. A D. Amici, inquit, deſiſ  
eſſe dominus nauis mea: uicere uenti, reliquum eſt, ut  
ſhem noſtram collocemus in Deo, & quisq; ſe paret ad  
extrema. A N. O uere Scythicam concionem. A D. In pri-  
mis autem, inquit, exoneranda eſt nauis. Sic iubet ne-  
ceſitas, durum telum: præſtat consulere uitæ diſpen-  
dio rerum, quām ſimul cum rebus interire. Persuafit ue-  
ritas: proiecta ſunt in mare plurima uafa plena pre-  
ciosis mercibus. A N T. Hoc erat uere iacturam fa-

Scythicā con-  
cionē, id eſt,  
duram. Vide  
prouerbium,

*σὺνθῶν ἐγι-  
οις.*

Durū telū, al-  
ludit ad illud  
Plinij: Maxi-  
mum telū ne-

cessitas: rursum ad illud  
z̄z̄ adārūz̄ z̄- pud regem Scotiæ, huic erat scrinium plenum uasis an  
d' oī d̄oī p̄āi genteis, anulis, panno, ac uestimentis sericis. A N. Is no  
xovtæ. lebat decidere cum mari? A D. Non, sed cupiebat aut pe-

Iactura damnum est, & iacturam facere Itaq; refragabatur. A N. Quid nauclerus? A D. Per nos,  
dicitur, quis quis damno affectus, hic erat uera iactura à iaciendo  
dicta. Decidere est multa mala precas & supercris & inferis, quod suā uitā  
pacisci portio ne rerū, ut reliqua maneat. A N. Agnosco vocem  
Iulia maneat Italica. A D. Paulo post ueti nihil mitiores facti nostri  
salua. Amicis opibus, pro adamat. muneribus, rupere funes, disiecere uela. A N. O calamita  
tem. A D. Ibi rursus nos adit nauta. A N. Concionatur  
Verè nauticā A D. Salutat, Amici, inquit, tēpus hortatur ut unusquisque  
Sēper nautæ singuntur immanes. Quale est elementum, tales sunt &  
busdam nauticæ rei nō imperitis, ad quot horas se credet posse tueri nauē, negauit se posse polliceri quicquid  
illi. sed ultra tres horas nō posse. A N. Hæc concio duriore  
Vocem Italiam, Nam līa li magno stomacho barba- tiam erat priore. A D. Hæc ubi locutus est, iubet incidi-  
rum uocant, qui cquid est peregrinum. Calamitatem, nes omnes, ac malū usq; ad thecam, cui inscritur, incili-  
quod est culmorū, traxit serra, ac simul cum antennis deuolui in mare. A N. Cui  
ad instrumen- hoc? A D. Quoniam sublato aut lacero uelo erat onus  
ta nauis. non usui, tota spes erat in clavo. A N. Quid interea no  
mores? A D. Ibi uidisses miseram rerum faciem, nantes  
canentes, Salve regina, implorabant matrem Virginem,  
appellantes eam stellam maris, reginam cœli, dominam  
mundi, portum salutis, alijsq; multis titulis illi blandientes  
quos nusquam illi tribuunt sacrae literæ. A N. Quid illi cum  
maris

mari, quem nunquam opinor nauigauit? A D. Olim Venus agebat curam nautarum, quia nata credebatur ex mari: ea quoniam desit curare, sufficet est huic matri non virgini virgo mater. A N. Ludis. A D. Nonnulli procumbentes in tabulas, adorabant mare, quicquid erat  
olei effundentes in undas, non aliter illi blandientes,  
quam solemus irato principi. A N. Quid aiebant? A D.  
O clementissimum mare, o generosissimum mare, o di-  
tissimum mare, o formosissimum mare, mitesce, serua.  
Huiusmodi multa occinebant surdo mari. A N. Ridicu-  
la supersticio. Quid alij? A D. Quidam nihil aliud quam

Quicquid e-  
rat olei. Ea nra  
tura est olei,  
ut lucem adfe-  
rat, ac tranquil-  
let omnia, etiā  
mare, quo non  
aliud elemen-  
tum implaca-  
bilis.

uocebant, plerique uota nuncupabant. Aderat Anglus  
quidam, qui promitterebat montes aureos Virgini Vual  
sangamicæ, si uiuus attigisset terram. Alij multa pro-  
mitterebant ligno crucis, quod esset in tali loco, alijs rursum  
quod esset in tali loco. Idem factum est de Maria Virgi-  
ne, que regnat in multis locis: & putant uotū irritum,  
nisi locum exprimas. A N. Ridiculum, quasi diuī non ha-  
bitent in cœlis. A D. Erant qui se promitterent fore  
Carthusianos. Erat unus, qui polliceretur se aditum  
diuum Iacobum, qui habitat Compostellæ, nudis pedi-  
bus, & capite: corpore tantum lorica ferrea testo, ad  
hec cibo emendicato. A N. Nemo meminit Christophori  
ni: A D. Vnum audiui non sine risu, qui clara uoce,  
ne non exaudiretur, polliceretur Christophoro, qui est  
Lutetiae in summo templo, mons uerius quam statua,  
cercum tantum quantus esset ipse. Hæc quum uocifer-  
rans quantum poterat, identidem inculcaret, qui forte  
proximus aßistebat illi notus, cubito tetigit eum, ac subi-  
monuit: Vide quid policearis, etiam si rcrum omnium

Auctionem, tuarum auctionem facias, non fueris soluendo. Tim illi  
renditionis genitus, in quo à uoce iam preßiore, ne uidelicet exaudiret Christophorus:  
licitantibus in tenditur precium.

Batauum. vulgari ioco Bataui dicuntur nulli in mentem uenisse Paulum apostolum, qui ipse or-  
crassi, delam sebaceam. A N. O crassum ingenium, suspicor fu-  
isse Batauum. A D. Non, sed erat Zelandus. A N. Miror si  
lim nauigarit, & fracta naui desilierit in terram. Is enim  
haud ignarus mali, didicit misericordia succurrere. A D. Pa-  
li nulla erat mentio. A N. Precabantur interim? A D. Cer-  
tam. alius canebat, Salve regina: alius, Credo in Deum.  
Erant qui peculiares quasdam preculas habebant non  
disimiles magicis, aduersus pericula. A N. Ut afflictio fi-  
cit religiosos: rebus secundis nec Deus, nec diuus quis-  
quam nobis uenit in mentem. Quid tu interea? nulli du-  
orum nuncupabas uotas? A D. Nequaquam. A N. Cu-  
ita? A D. Quia non pacificor cum diuis. Quid est enim  
aliud, quam cōtractus iuxta formulam? Do, si facias: aut,  
faciam, si facias: dabo cercum, si enatem: ibo Romam, si  
seruas. A N. At implorabas alicuius diui præsidium. A D.  
Ne id quidem. A N. Quamobrem autem? A D. Quia pa-  
ciosum est cœlum. Si cui diuino commendaro meam salu-  
tem, puta sancto Petro, qui fortasse primus audiet, quod  
adstet ostio, prius quam ille cōueniat Deum, prius quam  
exponat causam, ego iam periero. A N. Quid igitur faci-  
ebis? A D. Rectâ adibam ipsum patrem, dicens: Pater  
noster qui es in cœlis. Nemo diuorum illo citius audi-  
aut libentius donat quod petitur. A N. Sed interea non re-  
clamabat tibi cōscientia? non uerebaris appellare patrem  
quem tot sceleribus offenderas? A D. Ut ingenue dicam,  
deterre

deterribat non nihil conscientia, sed mox recipiebam animum, ita mecum cogitans: Nullus est pater tam iratus filio, quin si uideat eum periclitantem in torrente aut lacu, capillis arreptum ejiciat in ripam. Inter omnes nullus se tranquillus agebat, quam mulier quedam, cui erat infantulus in sinu, quem lactabat. A N. Quid illis? A D. Sola nec uociferabatur, nec flebat, nec pollicitabatur, tantum complexa puellum precabatur tacite. Interea dum nauis subinde illideretur uado, nauclerus mctuens ne tota solueretur, rudentibus eam cinxit à prora & à puppi. A N. O misera praesidia. A D. Interim exoritur quidam sacrificus senex, annos natus sexaginta, nomine erat Adamus, is abiectis uestibus usq; ad indusium, abiectis etiā ocreis & calceis, iussit ut omnes itidē pararemus nos ad natandū. Atq; ita stans in medio nauis, cōcionatus est nobis ex Gersone quinq; ueritates de utilitate cōfitendi, hortatus omneis, ut se quisq; præpararet et uitæ, & morti. Aderat & Dominicanus quidam: his cōfessi sunt qui uolebant. A N. Quid tu? A D. Ego uidens omnia plena tumultus, tacite confessus sum Deo, damnans apud illum meam iniustitiam, & implorans illius misericordiam. A N. Quò migraturus, si sic perisses? A D. Hoc committebam iudici Deo. Neq; enim uolebam esse mei ipsius iudex: tamen bona quedam spes interim habebat animum meum. Dum hæc aguntur, reddit ad nos nauta lachrymabündus. Paret, inquit, se quisq;: nā nauis non erit nobis usui ad quartam horæ partem. Iam enim locis aliquot cōuulsa hauriebat mare. Paulo post nauta renūciat nobis se uidere procul turrim sacrā, adhortās ut diui, quisquis esset ciui templi præses, auxilium implo-

raremus. Procumbunt omnes, & orant ignotum diuum.  
A N. Si nomine cōpellassetis eū, fortassis audisset. A D.  
Erat ignotum. Interim nauclerus quantum potest eo nauim dirigit iam laceram, iam undiq; combibentem unidas, ac plane dilapsuram, ni rudentibus fuisset succincta.  
A N. Dura rerum conditio. A D. Eō prouecti sumus, ut eius loci incole prospiccerent nos periclitantes, ac procurrentes cateruatim in extremum littus, sublatis togis & galbris in lanceis impositis, inuitabant ad se, ac iustatis in cœlum brachijs, significabant se deplorare nostrā fortunā. A N. Expecto quid euenerit. A D. Iam mare totam nauim occuparat, ut nihil tutiores essemus futuri in naui quam in mari. A N. Hic ad sacram ancorā configiendum erat. A D. Imò ad miseram. Nautes scapham exonerant aqua, ac demittūt in mare. In hanc omnes sese conantur coniūcere, nautis magno tumultu reclamantibus, scapham non esse capacem tanta multitudinis: arriperet sibi quisque quod posset, ac nataret. Res non patiebatur lenta consilia, aliis arripit remum, aliis contum, aliis alucū, aliis fistulam, aliis tabulam, ac sua quisque præsidio nitentes, committunt se fluctibus. A N. Quid interim accidit illi mulierculae, quae sola non ciuitabat? A D. Illa omnium prima peruenit ad littus. A N. Quā potuit? A D. Imposueramus eam repandæ tabulae, & sic alligaueramus, ut non facile posset decidere: dedimus illi tabellam in manum, qua uice remi uteretur: ac bene precantes exposuimus in fluctus, conto prudentes sit abesset à naui, unde erat periculum. Illa leua tenēs infantulum, dextera remigabat. A N. O uiraginem. A D. Cum iam nihil supercesset, quidam auulsit ligneam statuā uirginis

giniis matris, iam putre atq; excavata à soricibus, eamq;  
complexus cœpit natare. A N. Scapha peruenit incolui  
mis: A D. Nulli prius peridere. Porro triginta in eam se-  
se coniecerant. A N. Quo malo fato id factum est? A D.  
Prius quām p̄sset se liberare à magna naui, illius uacib-  
latione subuersa est. A N. O factū male. quid tum? A D.  
Ego, dum alijs cōsulo, p̄cē perieram. A N. Quo pacto?  
A D. Quia nihil supererat aptū natationi. A N. Illic su-  
bera fuissent usui. A D. In eo rerum articulo maluisse  
uile suber, quām candelabrum aureum. Circunspicienti  
tandem uenit in mentē de ima mali parte: eam quoniā  
solus eximere non poteram, ascisco socium; huic ambo  
inxī, committimus nos mari, sic ut ego dextrum cor-  
nu tenerem, ille lēuum. Dum sic iactamur, sacrificus ille  
concionator nauticus, medium iniicit se in humeros no-  
stros. Erat autem ingenti corpore. Exclamamus, Quis  
ille tertius? is perdet nos omnes. Ille cōtrā placide: Sitis,  
inquit, bono animo, satis spaci⁹ est, Deus aderit nobis.  
A N. Cur ille tam serò cœpit esse natator? A D. Imò futu-  
rus erat in scapha unā cum Dominicano: nam omnes  
hoc honoris illi deferebant, sed quanquam erant inuicē  
confusi in naui, tamen obliti nescio quid circumstantia-  
rum, rursus ibi in ora nauis confitentur, et alter alteri  
manū imponit, interim scapha perit: nam hæc mihi nar-  
ravit Adamus. A N. Quid actum est de Dominicano?  
A D. Is, ut idem narrabat, implorata diuorum op̄e, abie-  
ctis uestibus, nudum se commisit natationi. A N. Quos  
diuos inuocabat? A D. Dominicum, Thomam, Vincen-  
tium, et nescio quem Petru: sed in primis fidebat Catha-  
rina Senensi. A N. Christus illi nō ueniebat in mentem

A D. Ita narrabat sacrificus. A N. Mclius enatasset, si no  
abieciasset sacram cucullam: ea deposita, qui potuit illū  
agnoscere Catharina Senensis? Sed perge narrare de te.  
A D. Dum adhuc uolueremur iuxta nauim, arbitrio fu  
etuum huc & illuc se uoluentem, clavis illis us fregit se  
mur eius qui tenebat lēuum cornu. Sic ille reuulsus est:  
sacrificus precatus illi requiem aeternam, successit in loc  
cum illius, adhortans me ut magno animo tuerer cornu  
meum, ac strenue mouerem pedes. Interim potabamus  
multum aquæ salæ. Adcō Neptunus nobis nō balncum  
tantum salsum, sed potionem etiam salam temperarat,  
quoniam sacrificus eius rei monstraret remedium. A N.  
Quod obsecro? A D. Quoties unda nobis occurrerat, il  
le opposuit occipitum, ore clauso. A N. Strenuum senem  
mihi narras. A D. Vbi iam aliquandiu sic natantes non  
nihil promouissemus, sacrificus, quoniam erat mira pro  
ceritatis: Bono, inquit, es animo, sentio uadum. Ego non  
ausus tantum sperare felicitatis: Longius, inquam, absu  
mus à littore, quam ut uadum sperandum sit. Imò, in  
quit, sentio pedibus terram. Est, inquam, fortassis è scri  
nijs aliquid, quod huc deuoluit mare. Imò, inquit, scab  
ptu digitorū planè sentio terrā. Cum adhuc aliquandiu  
natassemus, ac rursus sentiret uadum: Tu fac, inquit,  
quod tibi uidetur factu optimum, ego tibi cedo malum  
totum, & uado me credo: simulq; expectato fluctuum  
decessu, pedibus sequutus est quanto potuit cursu. Rur  
sus accendentibus undis, utraq; manu complexus utrum  
que genu, obnibz batur fluctui, occultans sese sub undis,  
quemadmodum solent mergi & anates: rursus abeun  
te fluctu promicabat, & currebat. Ego uidens hoc illi  
succede;

succedere, sum imitatus. Stabant in arena, qui porrectis  
inter se praelongis hastilibus fulciebant se aduersus im-  
petum undarum uiri robusti, & fluctibus assueti, sic ut  
ultimo hastam porrigeret annatanti. Ea contacta, omni-  
bus in littus se recipientibus, tuto pertrahebatur in sic-  
cum. Hac ope seruatis sunt aliquot. A N. Quot? A D. Sep-  
tem: uerum ex his duo soluti sunt tempore, admoti igni.  
A N. Quot eratis in nauis? A D. Quinquaginta octo.  
A N. O seuum mare, saltem decimis fuisse contentum,  
que sufficiunt sacerdotibus. Ex tanto numero tam pau-  
cos reddidit? A D. Ibi experti sumus incredibilem gen-  
tis humanitatem, omnia nobis mira alacritate suppedita-  
tantis, hospitium, ignem, cibum, uestes, uiaticum. A N.  
Quae gens erat? A D. Hollandica. A N. Ista nihil huma-  
nius, cum tamen feris nationibus cincta sit. Non repetes  
opinor posthac Neptunum. A D. Non, nisi mihi Deus  
ademerit sanam mentem. A N. Et ego malim audire ta-  
lis fabulas, quam experiri.

## D I V E R S O R I A .

BERTULPHVS, GVLIELMVS.

B E. Cur ita uisum est plerisque biduum aut triduum  
commorari Lugduni? Ego semel iter ingressus, non con-  
quiesco, donec peruennero quo constitui. G V. Imo ego  
admiror quenquam illinc auelli posse. B E. Quam ob rem  
tandem? G V. Quia illic locus est, unde non poterant auelli  
socij Vlyssis, illic Sirenes. Nemo domi suae tractatur me-  
lius, quam illic in padocheo. B E. Quid fit? G V. Ad men-  
sam semper adstabat aliqua mulier, quae conuiuum  
exhilararet facetijs ac leporibus. Et est illic mira forma-  
tu felicitas. Primu adibat matrefamilias, quae salutabat,  
iubens

iubens nos hilares esse, & quod apponetur boni consilerc. Huic succedebat filia, mulier elegans, moribus ac lingua adeo festiuis, ut posset uel ipsum Catonem exhilarare. Nec confabulantur ut cum hospitibus ignotis, sed ueluti cum olim notis ac familiaribus. B E. Agnosco Gallicæ gentis humanitatem. G v. Quoniam autem illa non poterant adesse perpetuò, quod essent obcunda munia domestica, reliquiq; conuiuæ consalutandi, continenter adstabat puella quedam ad omnibus iocos instructa, una satis erat omnium iaculis excipiendis: hæc sustinebat fabulā, donec rediret filia. Nam mater erat natu grædior. B E. Sed qualis erat tandem apparatus? Nam fabulis non expletur uenter. G v. Profecio laetus, ut ego mirer illos tam uili posse accipere hospites. Rursus peracto conuiuio, lepidis fabulis alunt hominem, ne quid obrepatteret. Mihi uidebar domi esse, non peregrinari. B E. Quid in cubiculis? G v. Illic nusquam non aderant aliquot puellæ, ridentes, lasciuientes, lusitantes, ultro rogabant, si quid habememus uestium sordidiorum, eas lauabant, ac lotas reddabant. Quid multis? Nihil illic uidimus præter puellas ac mulieres, nisi in stabulo: quanquam & huc frequenter irrumpentes puellæ. Abeuntes complectuntur, tandem affectu dimitunt, ac si fratres essent omnes, aut propinquæ cognationis. B E. Fortassis isti mores decet Gallos, mihi magis arridet Germaniaæ mores, utpote masculi. G v. Mihi nunquam contigit uidere Germaniam, quare te quæso, ne grauare commemorare, quibus modis accipiunt hospitem. B E. An ubique sit eadem tractandi ratio, nescio: quod ego uidi, narrabo. Aduuentem nemo salutat, ne uideantur ambire hospitem. Id enim sordidum

Obiectum existimant, & indignum Germanica seue,  
riate. Vbi diu in clamaueris, tandem aliquis per fenestel-  
lam estuarij (nam in his degunt ferè usq; ad solsticium  
estuum) profert caput, nō aliter quām ē testa prospicit  
testudo. Is rogandus est, an liceat illic diuersari. Si nō re-  
nuit, intelligis dari locum. Rogantibus ubi sit stabulum,  
mota manū cōmonstrat. Illic licet tibi tuum equū tra-  
flare tuo more. Nullus enim famulus manum admouet.  
Sic lebrius est diuersorum, ibi famulus cōmonstrat sta-  
bulum, atq; etiam locum equo minimē commodū. Nam  
commodiora seruant uenturis, præsertim nobilibus. Si  
quid causeris, statim audies: Si non placet, quære aliud  
diuersorum. Fœnum in urbibus ægrè ac perparcè præ-  
bent, nec multo minoris uendunt, quām ipsam auenam.  
Vbi consultum est equo, totus commigras in hypocaustum,  
cum ocreis, sarcinis, luto, id est unū omnibus com-  
munc. G v. Apud Gallos designat cubicula, ubi se exui-  
ant, extergant, calfaciant, aut quiescant etiam, si libeat.  
B E. Hic nihil tale. In hypocausto exuis ocreas, induis  
calceos, mutas si uoles indusium, uestes pluuiia madidas  
suffendis iuxta hypocaustum, ipse te admoues ut siccer-  
is. Est & aqua parata, si libeat lauare manus: sed ita  
munda plerunq; ut tibi post alia querenda sit aqua, qua  
lotionem eam abluas. G v. Laudo uiros nullis delicijs cf  
ſeminalis. B E. Quòd si tu appuleris ad horam à meri-  
die quartam, non cœnabis tamen ante nonam, nonnun-  
quam & decimam. G v. Quām ob rem? B E. Nihil ap-  
parant, nisi uideant omnes, ut cadem opera ministretur  
omnibus. G v. Quærunt compendium. B E. Tenes. Itaq;  
frequenter in idem hypocaustum conueniūt octoginta,  
aut

aut nonaginta, pedites, equites, negotiatores, nautæ, aurigæ, agricole, pueri, fœminæ, sani, ægroti. G v. Istuc uerè coenobium est. B E. Alius ibi pectit caput, alius abstergit sudore, aliis repurgat perones aut ocreas, aliis eruat allium. Quid multis? Ibi linguarum ac personarum nō minor est confusio, quam olim in turri Babel. Quod si quem conspexerint peregrinæ gentis, qui cultu dignitatis non nihil præ se ferat, in hunc intenti sunt omnes, defixis oculis contemplantes, quæsi nouum aliquod animalis genus adductum sit ex Africa, adeò ut postea quam accubuerint, reflexo in tergum uultu, continenter aspiciant, nec dimoueant oculos, cibi immemores. G v. Rome, Lutecie, ac Venetiae nemo quicquam miratur. B E. Nefas est interim tibi quicquā petere. Vbi iam multa est uespera, nec sperantur plures aduenturi, proditus mulus senex, barba cana, tonso capite, uultu toruo, sordido uestitu. G v. Tales oportebat cardinalibus Romanis esse à poculis. B E. Is circumactis oculis tacitus dinumerat quot sint in hypocausto: quo plures adesse uidet, hoc uchementius accenditur hypocaustum, etiam si aliquis sol æstu sit molestus. Hæc apud illos præcipua pars est bonæ tractationis, si sudore diffluant omnes. Si quis non assuetus uapori, aperiat rimam fenestra, ne præfocetur, protinus audit: Claude. Si respondeas, Non fero: audis, Quære igitur aliud diuersorium. G v. Atqui mihi nihil uidetur esse periculosius, quam tam multos haurire eundem uaporem, maximè resoluto corpore, atque hic capere cibum, & horas complures cōmorari. Nam enim omitto ructus alliatos, & uentris flatum, halitus putres: multi sunt qui morbis occultis laborant, nec ubi

Iam morbus non habet suum contagium. Certè plerique  
scabiem habent Hispānicā, siue, ut quidam uocāt, Gal-  
licā: cum sit omnium nationum communis. Ab his o-  
pinor non multo minus esse periculi, quàm à leprosis.  
Iam tu diuina, quantum discriminis sit in pestilentia.  
B E . Sunt uiri fortes, ista rident ac negligunt. G V L . Sed  
interim multorum periculo fortes sunt. B E R . Quid far-  
cias? Sic assuerunt, & constantis est animi, nō discede-  
re ab instituto. G V L . Atqui ante annos uiginti quinq;  
nihil receptius erat apud Brabantos, quàm thermæ pu-  
blicæ, et nunc frigent ubique. Scabies enim noua docuit  
nos abstinere. B E . Sed audi cætera. Pòst redit ille barba-  
tus Ganymedes, ac linteis insternit mensas, quot putat  
esse satis illi numero. Sed ô Deum immortalē, quàm non  
Milesij, canabea dices ex antemnis detracta. Destina-  
vit enim unicuiq; mensæ coniuias ut minimū octo. Iam  
quibus est notus mos patrius, accumbunt, ubi cuiq; libi-  
tum fuerit. Nullum enim discrimin inter pauperem ac  
diuite, inter herum ac famulum. G V . Hæc est illa uetus  
equalitas, quam nunc è uita submouit tyrannis. Sic op̄i  
nor uixisse Christum cum suis discipulis. B E . Postquam  
accubuerūt omnes, rursum prodit toruus ille Ganyme-  
des, ac denuo dinumerat sua sodalitia: mox reuersus ap-  
ponit singulis pinaciū ligneum, & cochleare ex codens  
argento factum, deinde cyathum uitreū, aliquanto pòst  
panem: cum sibi quisq; per ocium repurgat, dum coquun-  
tur pulces. Ita nonnunquam sedetur fermè horæ spacio.  
G V . Nullus hospitiū interim efflagitat cibum? B E . Nub-  
lus cui notū sit regionis ingenium. Tandem apponitur  
uinū, Deus bone, quàm non sumosum. Non aliud oportet  
bat

bat bibere sophistas. Tanta est subtilitas & acrimoniam  
Quod si quis hospes, etiam oblata priuatim pecunia ro-  
get, ut aliunde paretur aliud uini genus, primū dissimu-  
lant, sed eo uultu, quasi imperfecturi: si urgeas, respōdet:  
Hic diuersati sunt tot comites & marchiones, neq; quis  
quam questus est de uino meo, si non placet, quere tibi  
aliud diuersorium. Solos enim nobiles sue gentis habet  
pro hominibus, & horum insignia nusquam non ostendunt.  
Iam igitur habent offam, quam obijcant latranti  
stomacho, mox magna pompa ueniunt disci. Primus fer-  
mē habet offas panis made factas iure carniū, aut si dies  
est pisculentus, iure leguminum. Deinde aliud ius, post  
aliquid carnium re coctarum, aut salsamentorum recab-  
factorum. Rursus pulvis aliquid, mox aliquid solidioris  
cibi, donec probè domito stomacho apponant carnes &  
fas, aut pisces elixos, quos non possit omnino contemne-  
re: sed hic parci sunt, & subito tollūt. Hoc pacto totum  
conuiuum temperant, quem admodū solent actores fu-  
bularum, qui scenis admiscēt choros: ita isti alternis mi-  
scēt offas ac pulles. Curāt autem ut extremus actus sit  
optimus. & v. Et hoc est boni poëtae. B E. Porro piaculū  
sit, si quis interim dicat: Tolle hunc discum, nemo uesci-  
tur. Desidendum est usq; ad præscriptum spaciū, quod  
illi clepsydris, ut opinor metiuntur. Tandem prodit ille  
barbatus, aut pandocheus ipse uestitu minimum à fami-  
lis diffcrens, rogat, ecquid animi nobis sit. Mox adseritur  
uinum aliquod generosius. Amant autem eos qui bibū  
largius, cum nihil plus soluat ille qui plurimum haue-  
rit uini, quam qui minimum. & v. Mirum gentis inge-  
nium. B E. Cum nonnunquam sint qui duplo plus absu-  
mant

mant in uino, quām soluant pro cōuiuio. Sed antequām  
finiam hcc conuiuum, dictu mirum, quis sit ibi strepitus  
ac uocum tumultus postquam omnes cōperunt incale-  
scere potu. Quid multis: surda omnia. Admiserent se frē  
quenter facti moriones, quo genere hominum, quum nul-  
lum sit magis detestandum, tamen uix credas quanto pē  
re delectentur Germani. Illi cantu, garritu, clamore, sali-  
tatione, pulsu, faciunt, ut hypocastū uideatur corruitu-  
rum, neq; quisquam alterum audiat loquentem. At interi  
ea uidentur sibi suauiter uiuere, atq; illuc desidēdū est  
uolenti nolenti, usq; ad multam noctem. G v. Nunc tan-  
dem absoluē conuiuum. nam mē quoque tēdet tam pro-  
lixī. B E. Faciam. Tandem sublato caseo, qui uix illis pla-  
cet, nisi putris, ac uermibus scatens, prodit ille barba-  
tus adferens secum pinacium escarium, in quo creta pin-  
xit aliquot circulos, ac semicirculos, id deponit in men-  
sa, tacitus interim ac tristis, Charontem quempiam di-  
ceres. Qui agnoscunt picturam, deponunt pecuniam,  
deinde alijs atq; alijs, donec expleatur pinacum. De-  
inde notatis qui deposuerunt, supputat tacitus: si nihil  
desit, annuit capite. G v. Quid si supersit? B E. Fortasse  
redderet, & faciunt hoc nonnūnquam. G v. Nemo re-  
clamat iniquae rationi? B E R. Nemo, qui sapit. Nam pro-  
tinus audiret, Quid tu es hominis? Nihilo plus solues  
quām alij. G V L. Liberum hominum genus narras. B E.  
Quod si quis ex itinere lassus, cupiat mox à cōena per-  
tere lectum, iubetur expectare, donec ceteri quoque e-  
ant cubiculum. G V L. Videor mihi uidere ciuitatem Plato-  
nicam. B E R. Tum suus cuique nidus ostenditur, & ue-  
re nihil aliud quām cubiculum: tantum enim ibi lecti sunt, nia.

¶ præterea nihil quo utaris, aut quod sureris. g v. illuc  
mundicies est. b e. Eadem que in conuiuio, linte a forte  
lota ante menses sex. g v. Quid interim fit de equis? b e.  
Ad eandem disciplinā tractantur, ad quam homines. g v.  
Sed est eadem ubiq; tractatio? b e. Alicubi ciuillor est,  
alicubi durior quam narravi: uerū in genere talis est.  
g v. Quid si ego tibi nunc narrem, quibus modis hosti  
tes tractentur in ea parte Italiae, quam Longobardiam  
uocant, rursus in Hispania, deinde in Anglia, & in Vno  
lia? Nam Angli partim Gallicos, partim Germanicos mo  
res obtinent, ut ex his duabus gentibus mixti. Vnde si  
id est, indige prædicant autochthonas Anglos. b e. Quo te ut na  
nas. aiūt enim Anglos cæte res. nam mihi nunquam contigit eas adire. g v. In pro  
ros ex Gallis & mox ex Saxonibus es tertiam, nisi uelim relinqu, & habet sarcinulam: alia  
se oriundos. dabitur opportunitas ad satietatem usq; garriendi.

## ADOLESCENTIS ET SCORTI

## LVCRETIA, SOPHRONIVS.

l v. Euge mi lepidissime Sophroni, tandem nobis redi  
tus es? nam mihi uideris absuisse seculum. prima fronte  
uix te agnoscibā. s o. Quam ob rem mea Lucretia? l v.  
Quia pro imberbi nobis redisti barbatulus. Quid rei et  
meum corculū? nam uidere solito toruor. s o. Cupio to  
cum seorsim colloqui familiarius. l v. Au, au, non sole su  
mus mea mentula? s o. Secedamus in locū secretiorem.  
l v. Age concedamus in cubiculum interius, si quidlib  
et. s o. Non dum hic locus mihi uidetur satis secretus.  
l v. Unde iste nouus pudor? Est mihi museon, ubi repro  
no mundum meum, locus adeò obscurus, ut uix ego te in  
sura sim, aut tu me. s o. Circūspice rimas omnes. l v. Ri  
ma nulla

manu<sup>a</sup> est. s o. Nullus est in propinqu<sup>o</sup>, qui nos exau-  
dit. l v. Ne musca quidem, mea lux. Quid cunctaris.  
l v. Pallemus hic oculos Dei? l v. Nequaquam, ille per-  
spicit omnia. s o. Et angelorum? l v. Illorum oculos non  
licet effugere. s o. Qui fit igitur, ut non pudeat homi-  
nes id facere coram oculis Dei, ac testibus sanctis ange-  
lis, quod puderet facere in cōspectu hominū? l v. Quid  
hoc noue rei est: uenisti huc cōcionaturus? in due cul-  
lam Franciscanam, concende suggestum, & audiamus  
te barbatule. s o. Nec istud grauerer facere, si te queam  
ab isto uite genere reuocare, non solum turpisimo, uer-  
naculam miserrimo. l v. Quam ob rem o bone, uictus  
alicunde parandus est. Sua quenque alit ars, hoc est no-  
strum opificium, hic fundus nosler. s o. Optarim mea Fundus, id est  
Lucreia, ut excussa paulisper ista animi temulentia, rem redditus: nam  
ipsam mecum consideres. l v. Serua concionem tuam  
in aliud tempus: nunc uiuamus mi Sophroni. s o. Tu  
questus gratia facis, quicquid facis. l v. Non multum ab  
errasti a scopo. s o. Nihil decebat tuo lucro, dabo qua-  
drupliciter, ut auscultes tantum. l v. Dic quae uoles. s o. Pri-  
mum illud mihi responde, Habes ne quae tibi male uolūt?  
l v. Non una. s o. Et quas tu uiciissim odisti? l v. Ut me-  
rentur. s o. Proinde si possis illis facere rem gratā, face  
res ne? l v. Citius miscerem illis toxicū. s o. Atqui cogi-  
ta nunc, an illis quicquam potueris facere gratius, quam  
quod uident te uiuere hanc uitam dedecorosam, ac mi-  
serimam. Quid autem poteras facere molestius ijs, qui  
tibi bene uolunt. l v. Sic erat fatum meū. s o. Iam quod  
esse solet omnium difficilimum ijs qui deportantur in in-  
sulas, aut relegantur ad extremos orbis barbaros, hoc

Fundus, id est  
fructus annu-  
os reddit fun-  
dus.  
Viuamus, pro  
gaudeamus,  
sive laete aga-  
mus.

tu tibi tuapte sponte sumpsist. l.v. Quidnam est istud?  
s o. An non sponte renunciasti omnibus affectibus, pa-  
tri, matri, fratribus, sororibus, amitæ, materteræ, cate-  
risq; quoscunq; tibi natura coniunxit? nam & illos tui  
pudet, nec tu sustines in illorum uenire conspectū. l.v.  
Imo feliciter commutaui affectus meos: pro paucis enim  
nunc habeo plurimos, quoru tu es unus, mihi fratris lo-  
co semper habitus. s o. Mitte iocos, ac rem ipsam, ut ha-  
bet, expende serio. Quæ tam multos habet amicos, et  
nullum habet amicum, mihi crede Lucretia. nam qui ad  
te commeant, non habent te pro amica, sed pro matula  
potius. uide quo te ipsam deieceris misera. Christus te tam  
charam habuit, ut te suo sanguine redemerit, ut te cele-  
stis hæreditatis confortem esse uoluerit, & tu te facis do-  
aciam publicam, ad quam commeant qui libet sordidi, im-  
puri, scabiosi, suamq; spurcitiam in te repurgant. Quod  
si nondum eius lepræ contagium, quam uocant scabiem  
Hispanicam, attigit te, non diu poteris effugere. Quod  
si fiat, quid te infelicius, etiamsi cætera essent secunda,  
putares & fama, quid aliud eris quam uiuum cadaver?  
Matri grauabaris esse morigera, nunc seruis lena tur-  
piissimæ. Parentis audire monita, tædebat: hic saepi-  
bi uapulandum est ab ebrijs & insanis scortatoribus.  
Pigebat aliquid operis facere domi, quo uictum que-  
reres: hic quos tumultus, quæ peruigilia sustines? l.v.  
Vnde nobis hic concionator nouis? so. Iam mihi &  
illud fac cogites. Iste formæ flos, qui tibi conciliat am-  
tores, breui defluxerit. Quid tum facies misera? Quod  
sterquilinum te fuerit abiecius? fies ex meretrice lenta?  
Non omnibus contingit ista dignitas: & si contingat,  
quid

quid sceleratus, aut quid diabolicæ malicie uicinius?  
 l v. Vera sunt mi Sophroni propemodum quæ dicas omnia. Sed unde tibi ista noua sanctimonia, qui soleas esse nugator omnium nugacissimus? Nemo te uno frequenter aut intempestiuus huc commeabat. Audio te fuisse Romæ. s o. Fui. l v. Atqui inde solent redire deteriores. Quo pacto tibi diuersum accidit? s o. Dicam, quia non eodem animo, modoq; Romā adiij. Cæteri ferè idco cunt Romam, ut redeant deteriores: & ad eam rem ibi suppetunt affatim occasionses: Ego cum probo uiro profectus sum, cuius hortatu pro lagena libellum mecum attuli, Nouū testamentū ab Erasmo uersum. l v. Ab Erasmo: Auit illum esse sesquihæreticum. s o. Num & hoc peruenit illius uiri nomen? l v. Nullum celebrius apud nos. s o. Vidistin' hominem? l v. Nunquam, sed optarim uideisse, de quo tam multa audiui mala. s o. Fortassis à malis. l v. Imò à uiris reuerendis. s o. A quibus? l v. Non expedit dicere. s o. Quam obrem? l v. Quia si tu effuturus, & res permanaret ad illos, meo questui non minima portio decederet. s o. Ne metue, lapidi dixeris. l v. Admoue aurem. s o. Inepta, quid opus est admota auro, requum simus soli? an ne Deus exaudiat? Proh Deum immortalem, uideo te piam meretricem, quæ mendicos subleues eleemosyna. l v. At ego ex istis mendicis plus capio lucri, quam ex uobis diuitibus. s o. Spoliant matronas bonas, ut effundant in meretrices malas. l v. Sed perge de libro. s o. Faciam, & præstat. Ibi me docuit Paulus, qui nescit mentiri, quod nec scorta, nec scortatores, regni coelestis hereditatem consequentur. Hoc ubi legisse, sic cœpi cogitare apud me: modica res est, professis.

Admoue aurum. Est hoc usu receptum, ut res fidelas, etiâl duo foli sint in agro, tandem qui loquitur, dicatur uoce submissione, quum nihil sit opus.  
 Médicos subleues. Videatur significare nescio quid, de monachis mendicitatem professis.

quam expecto ex hæreditate paterna, & tamen malim renunciare scortis omnibus, quam à patre ex hæredari quanto magis cauendum est, ne me ex hæredet pater colestiss & aduersus ex hæredantē aut abdicantē patrem, aliquid prædiū porrígunt humānæ leges: aduersus ex hæred. intem Dēum, nihil est suffragij. itaq; mihi protinus interdixi omnem scortorū usum. l. v. Siquidem possis continere. s o. Bona cōtinentia pars est, ex animo continentem esse uelle. Postremo superest extreū malum medium, uxor. Romæ in pœnitentiarij sinum totum Aw

**Augustine stabulum.** uide propter  
uerbiū, de diu  
collectus sordi  
bus.

giæ stabulum effudi: is multis prudenter hortatus ad pueritatem animi & corporis, ad sacram lectionem, ad crebras preces, ad uitæ sobrietatem, pro pœna nihil aliud in dixit, quam ut flexis genibus ad summū altare dicceret psalmum, Misericere mei Deus: & si mihi suppeteret poenitentia, darem egenti cuiquam Carolinū unum. Admiranti mihi quod pro tot scortationib. tantillum pœna infligeret, satis facete respondit: Fili, inquit, si uere pœnitet, si uitam cōmutas, nihil moror pœnam: sin perges, ipsa libido tandem abs te plus satis pœnarum exiget, etiam si sacerdos nō indicat. Me uide lippum, tremulū, incuruum: at olim talis eram, qualē te hactenus fuisse prædictas. Sic ego resipui. l. v. Ergo, ut uideo, perdidī m̄c Sophronium. s o. Imo lucrificisti. nam ante perierat, nec sibi amicus, nec tibi. is nunc te uere amat, ac tuam sitit salutem. l. v. Quid igitur suades mi Sophroni? s o. Ut q̄ primum te subducas ab ista uita. Adhuc puella es: quod contra etiū est labis, potest clui. Aut nube marito, nos aliquid ad dotē cōferemus: aut confer te in collegiū aliquod sacri, quod lapsas recipit: aut commutato loco dedas te in familiam

Uiam alicuius honesta matrone. Ad horū quodlibet offe-  
rotibi operā meam. L V. Amabo te mi Sophroni, circum-  
spicio, sequar tuū consiliū. s o. Sed interim hinc te subi-  
moueto. L V. Hui tā cito? s o. Cur nō potius hodie quam  
cras, si dilatio damnū habet, mora periculum? L V. Quò  
me uertā? s o. Colliges omnē mundū tuum, eum trades  
mibi uesperi: famulus clām deferet ad fidem matronā:  
aliquanto post ego te producā ueluti de ambulandi gra-  
tia. apud eam matronam latitabis meo sumptu, donec ti-  
bi prospexero, id fiet breui. L V. Agè mi Sophroni, trado  
me totam in tuam fidem. s o. Gaudebis olim facto.

## CONVIVIUM POETICVM.

HILARIUS, LEONARDVS, CRATO, CON-  
VIVAE, MARGARETA, CARINVS, EVBVI-  
LVS, SBRVLIVS, PARTHENIVS, MVS

SERVVS HILARII.

H I. Leuis apparatus, animus est lautissimus. L E. Cœ-  
nam sinistro es auspiciatus omne. H I. Imò absit omen  
triste. Sed cur hoc putare. L E. Cruenti iambi haud con-  
gruunt coniuio. C R. Euge, certum est adesse Musas:  
effluunt carmina imprudentibus.

H I. Si rotatiles trochaeos muelis, en accipe:

Vilis apparatus hic est, animus est lautissimus.

Quanquā & iambi olim ad rixas ac pugnas nati, post  
didicerunt omni seruire materie. O pepones, habetis  
pepones in horto nostro natos. En lactucas sessiles, succo  
tencerrimo, suo nomini respondētes. Has delicias quis sa-  
nus nō præferat apris, murenis, et attagenis? C R. Si licet  
in coniuio poetico uera loqui, quas tu lactucas uocas, be-  
te sunt. H I. Hoc omē auertat superi. C R. Sic res habet,

Lactucæ sessi-  
les, qd nō eris  
gat se, sed hu-  
mi spargant se.

uide figuram. Tum ubi succus lacteus, ubi molles aculei? H I. Facis ut addubitem. Heus accerse huc famulam. Margareta, Tisiphone, quid tibi uenit in metem, ut pro lactucis nobis apponeres betas? M A. Data opera feci. H I. Quid ais uenefica? M A. Volbam experiri, an inter tot poetas esset, qui lactucam dignosceret à beta: nā scio te non posse dignoscere. Dicite mihi bona fide, quis anuaduertit esse betas? C O. Crato. M A. Facile diuinabam non fuisse poëtam. H I. Si quid talc posthac designaris, ego te pro Margareta uocabo Bliteam. C O. Ha ha ha. M A. Ista nomenclatura nec obesiorem me reddunt, nec macilentiorem: sēpe uicies in die mihi cōmutat nomen.

Bliteam. Alludit ad gēmam laudatissimā, & Græci beatam appellant βλιτόν unde bliteos appellant stultos, ac nihil, eo quod beta uialis & insipida herba est.

Galateā à colore lacteo.

Euterpē à delectando, musae nomen est.

Calliopen à appositi. Ut tibi res habet Hilari, opus est aliquo carmine magico, quo illā hinc abigas. H I. Habeo in promptu.

Callirhoe, nympha, qd pulchritudine uocis.

Baucis, anus & paupercula apud Ouid.

Splendida biliis. Alludit ad illud

ubi quid cupid e blandiri, uocat me Galateam, Euterpe, Calliopen, Callirhoēn, Melissam, Venerem, Mineruam. Quid nō? Vbi quid stomachatur, rcpete fio, Tisiphone, Megera, Alecto, Medusa, Baucis, aut aliud, quicquid illi suggesterit splendida bilis. H I. Abi hinc cum tuis betis Blitea. M A. Quorū attinebat huc euocare? H I. Ut redires unde ueneras. M A. Vectus dictum est, Prodiuus est euocare cacodemone, quam abigere. C O. Ha ha ha.

Calliopen à appositi. Ut tibi res habet Hilari, opus est aliquo carmine magico, quo illā hinc abigas. H I. Habeo in promptu. Φοβητή ταυθάρισθε, λύκος αγέρ υπερ δίνει.

M A. Quid ais Aesope? C R. Caue tibi Hilari, impinget Melissa, apis, colaphum, sic abegisti tuo Græco carmine. O magum opinor fusse ancillā Chrysippi. H I. Quid tu credis Crato esse hanc? Ego tali carmine abegissem decem magnos cacodemones. M A. Pili non facio tuos uersus Græcanicos. H I. Adhibendus est igitur, ut uideo, bombus magicus: aut si nec hic sufficiet, Mercurij caduceum. C R. Mea Margareta, scis poetarum

tam genus esse afflatum, non ausim dicere furiosum: illud Hor. Si  
 rogote, ut istam rixam in aliud tempus proroges, nosq;  
 hancena uel mea causa suauiter tractes. M A. Quid mi-  
 hicum istius uersiculis? Sepenumero cum est eundum  
 ad macellum, non habet quod numeret, & interim can-  
 tilat uersiculos. C R. Sic sunt poetae. Sed age fac sodes,  
 quod dico. M A. Evidem faciam in tuam gratiam, quo-  
 niam nouit probum, qui nunquam contriueris cere-  
 brum tuum in eiusmodi deliramentis, ac demiror, quo  
 fato in hunc incideris chorum. C R I. Vnde id cōiectas?  
 M A. Quia nasus obesior, & oculi nitentes, & corpus  
 succulentum. Nunc mihi huius nam contemplare, &  
 risum Sardonium. C R I. Sed obsecro, mecum suavium, ut  
 istam iram mihi condones. M A R. Abco, nec postulo, ut  
 quisquam ceterorū hoc nomine mihi gratias agat. H I.  
 Abiit ne iam? M A. No tam procul, quin audiat te. Mūs.  
 Iam est in culina, secum nescio quid murmurans. C R I.  
 Famulam habes minime mutam. H I. Aiunt bonam fa-  
 mulam oportere tribus dotibus esse præditam, ut sit fidc-  
 lis, ut sit deformis, ut sit ferox, quā uulgo malam uocant.  
 Fidelis non diminuit rem, deformem non ambiunt pro-  
 ci, ferox facile tuetur ius heri sui. Nam aliquoties opus  
 est non solum lingua, uerum etiam manibus. Hæc mea ē  
 tribus duas habet uirtutes, deformis iuxta ac mala: de fi-  
 de dubito. C R. Linguam audiuiimus, sed ego metuebam  
 tibi manibus. H I. Admouete manus peponibus, de la-  
 fluis actum est. Etenim si nūc iuberē apponi lactucas,  
 sat scio carduos apponeret. Sūt & melones, si quis hoc  
 genere magis capit. En fici recentes, modò decerpitos  
 à matre, testatur lac in pedunculo. À fici solet aqua sui

mi, ne quid oblitum stomachum: cn habetis è limpidissimo fonticulo uiuam ac frigidissimam, utilem & uino diluendo. C R. At ego nescio, utrum utro diluam, uinum aqua, an aquam uino: adeò mihi hoc uinum uidetur haustum ex eodem fonticulo Musarum. H I. Tale uinum conductit acuendis ingenij poetarū, uos craſi craſsis delectamini. C R. Utinam Crassus essem illuc beatus. H I. Ego malim esse Codrus, aut Ennius. Quandoquidem mihi contigit habere coniuas tam multos, tamq; insigniter eruditos, non committam, ut nihil doctior eos dimittam. Est locus in prologo Eunuchi, qui multos torquet. Nam plerique codices sic habent: Sic existimet, sciat responsum, non dictum esse, quia læsit prior. Qui bene uertendo, & eas describendo male, &c. In his uenbis desidero sensum argutum, ac Terentio dignum. Nec enim ideo læsit prior, quia male uertit Græcas fabulas, sed quia Terentianas carpferat. E v. Iuxta uulgo iactatum prouerbium, Qui pessime canit, primus incipiet. Cum essem Londini apud Thomam Linacrum, uirum sic in omni genere philosophiae doctissimum, ut nihil secius has grammaticorum minutias ad unguem calleat, ostendit mihi codicem mira uictestate, in quo sic habebatur scriptum, Sic existimet, sciat, Responsum, non dictum esse, quale sit, prius Qui bene uertendo, & eas describendo male, Ex Græcis honis, Latinas fecit non bonas, Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.

Sic autem ordinandus est sermo, ut quale sit, indicti subiiciendum exemplum prioris dicti. Minitabatur se accissim reprehensurum aliquid in fabulis eius à quo fuerat

rat reprehensus. Atque hic negat uideri debere conui-  
cium, sed responsum. Qui laceſit, iacit dictum, qui rege-  
rit laceſitus, respondet. Huius rei promittit exemplum,  
quale sit quod Græcis dicitur οἴον, Latinis quod genus,  
aut ueluti, siue uidelicet, aut puta. Deinde subiicit repre-  
hensionem, in qua prius aduerbium respondet ad alter-  
rum aduerbium ueluti diuersum, quod sequitur, nuper:  
quemadmodum pronomen qui, respondet ad dictiōnēm  
idem. Veteres enim Lauiniū fabulas in totum damnat,  
quoniam iam exciderant ex hominum memoria. In his  
qua nuper dedisset, certa notat loca. Mihi uidetur hæc  
germana lectio, uerusq; Comici sensus, nisi quid dissen-  
tit senatus populusq; poeticus. C O. Imò pedibus omnes  
in tuam discedimus sententiam. E V. At ego uiciſſim  
a uobis quiddam leue ac facillimum discere cupiam,  
quò pacto metiendus sit hic uersiculus. Ex Græcis bonis  
Latinas fecit non bonas. Micate digitis. H I L. Opinor  
more ueterum clidi s, ut secundo loco sit anapestus.  
E V. Accederem, nisi casus auferendi desineret in is, na-  
tura longam. Itaque submota consonante, nihil minus  
manet longa uocalis. H I. Vera prædicas. C R. Si quis il-  
literatus & ignotus ingrederetur, plane crederet nos  
micatione digitorum, rusticorum ludum renouare.  
L E. Nos quantum uideo fruſtra micamus digitis, tu si  
potes, expedi. E V. Videte quantula res nonnunquam  
torquet homines etiam cruditos: præpositio ex pertinet  
ad finem carminis præcedentis:  
Qui bene uertendo, & eas describendo male, ex  
Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

Ita nihil est scrupuli. L E O. Sic est per Musas. C A R.  
Quandoꝝ

Quandoquidem coepimus micare digitis, uelut ut alius  
quis mihi uersum huc ex Andria digerat in suos pedes,  
Sine inuidia laudem inuicias, & amicos pares. Nam  
mihi sepe tentant i nō succedit. L E. Sine in iambus est:  
uidia, anapæstus: laudem in, spōdeus: uenias, anapæstus:  
& ami, rursus anapæstus. C A. Habes iam pedes quinq;  
& supersunt tres syllabæ, quarū prima est longa, ut nec  
iambum facere possis, aut tribrachyn. L E. Projecto uera  
prædictas. Hæremus in uado, quis nos expedit? E v. Ne  
mo melius, quam qui induxit in hoc uadū. Agè Carine,  
ne cclasi quid habes inter cādidos amiculos. C A. Ni si  
me fallit memoria, uideor mihi quiddā tale legisse apud  
Priscianū, qui docet apud Latinos Comicos, u cōsonan-  
tem perinde elidi ut uocalē: quemadmodum frequenter  
in hac dictione enim uero, sic ut pars enī, faciat anape-  
stum. L E. Itaq; metire nobis. C A. Faciā. Sine inidi, pro  
celeumaticus est: ni si maiis elidi i per synæresin: ut cū  
Vergilius aurco, ponit in fine carminis heroici, pro au-  
ro. Quod si placet, erit primo loco tribrachys: a lau, spō-  
deus est: dinuci, dactylus: as & a, dactylus: micos, spōn-  
deus: pares, iambus. S B. Carinus nos explicuit ex hoc  
sanè uado. Sed est in eadem scena locus, quem haud scio  
an quisquam animaduerterit. H I. Obsecro profer. S B.  
Illic hunc in modū loquitur Simo: Sine ut eueniāt quod  
uolo, In Pamphilo ut nihil sit moræ, restat Chremes. H I.  
Quid hic te offendit? S B. Cum sine, sit minitantis, nihil  
hic sequitur quod faciat ad minas. Proinde suspicor à  
poeta scriptum fuisse: Sin eueniāt quod uolo, ut sin, rei  
spondeat ad si, quod præcepit: Si propter amorem uxori  
rem nolit ducere. Proponit enim sc̄nex diuīs partes in-  
ter

ter sediuersas. Si Pamphilus ob amorem Glycerij recur-  
sanuptias, erit quod cum illo expostulem: sin ille nō re-  
cusarit, tum mihi restat exorandus Chremes. Porrò hy-  
perbaton longius fecit interpellatio Sofiae, & stomachus  
Simonis in Dauum. H I. Mus, porridge mihi codicē. C R.  
Committis tu muri codicem? H I. Tutius quam uinum.  
Dispeream, nisi uerum dixit Sbruius. P A. Trade mihi  
codicem, ut ostendam alium scrupulum. In prologo Eu-  
nuchi uersus hic nō constat, Habeo alia multa que nūc  
condonabuntur. Quanquam enim Comici latine pre-ecis  
pue sumunt sibi multam libertatem in hoc genere car-  
minis, tamen nusquam memini illos senarium claudere  
spondeo, nisi forte legendū est condonabitur, απσωπως,  
aut condonabimus mutato numero personæ. M A. O  
mores uerè poeticos. In ipso limine conuiuij micant di-  
gitis, & librum adhibent. Lusus & literas præstat scri-  
uare in mensas secundas. C R. Non omnino pessimum  
confilium dat Margareta, obtemperabitur: placato sto-  
macho reuocabimus lusum, interim digitis micabimus  
in disco. H I. Videte luxum poeticum. Habetis triplex  
ouorum genus, elixa, assa, frixa, omnia recteissima sunt,  
intra biduum nata. P A. Ego butyri esum non fero: si fri-  
xa sunt oleo, perplacebunt. H I. Abi puer, disce ex Mar-  
gareta, in utro frixa sint. M U S. In neutro, inquit. H I L.  
Nec in butyro, nec in oleo? In quo igitur? M U S. In lixiuio,  
ut ait. C R. Qualis percontatio, talis responsio. Quid ne  
gocij est dignoscere butyrum ab olco? C A. Presertim  
bis qui tam facile discernunt lactucam à beta. H I. Habe-  
tis ouationē, sequetur aliquando triumphus. Heus puer,  
circunfer oculos, nihil ne uides hic deesse? M U S. Permul-

ta. H. I. Hæc oua desiderat condimentū, quod tēperetur ca-

Vitis clauicu lor. Mūs. Quid uiss? H. I. Dic ut ex contusis uitis clauicu lis. Natura ad didit vitiū pal lis mitiat nobis succū. Mūs. Dicam. H. I. Quid huc redit mitib. Iaqos. inanis? Mūs. Negat è clavis succū exprimi solere. L. E. O quod dā, quib. repit, & alli. famulā. s. b. Certe fabulis condiemus oua nostra. In Epo-

gar fæse: has dis Horatianis offendī locum quendam, non deprauatū Pli. uocat cla uiculas lib. 23, quod ad scripturam attinet, sed deprauate interpreta-

in prologo. tum, nec à Mancinello solum, cæterisq; recentioribus,

uerum etiam ab ipso Porphyrione. Locus est in carnu-

ne, quo canit Palinodiam Canidiæ ueneficæ:

Tuusq; uenter Paetumcius, & tuo

Cruore rubros obstetricix pannos lauit,

Vtcunq; fortis exilis puerpera.

Existimant enim omnes hic, exilis nomen esse, cum su-  
uerbum. Adscribam uerba Porphyrionis, si tamē illius  
esse credendum est: Exilem autem, inquit, sub illa specie,  
quasi puerperio facta sit deformis, per exilitatem corpo-  
ris macicm naturalcm dicit. Pudendus l ipsus, si uir tan-  
tus non sensit me tristri legem reclamare huic sensui. Neg-  
enim quartus locus admittit spondeum. Verum poëta  
iocatur illam uerè peperisse, quamquam non diu languis-  
set, ac decubuisse à partu, sed statim exilisset è lecto,  
quemadmodū solent quædam fortes puerperæ. H. I. Ha-  
bemus tibi gratiam Sbruli, qui tam laute condieris oua  
nostra. L. E. Isti nō dissimile est quod legitur in primo Or-  
darū libro, Odæ initiu est: Tū ne quesieris. Sic autē ha-  
bet constans leclio: Neu Babylonios tentaris numeros,  
ut melius quicquid crit pati. Hunc locum ita transiliunt  
ueteres interpretes, quasi nihil habeat scrupuli: solus  
Mancinellus sentiēs orationem imperfectam, iubet addi-

possit.

posse s b. H abes aliquid de hac re compertius? L E. Ne  
scio, sed mihi uidetur Horatius Græci sermonis idioma  
reddidisse, quod nullus poetarum facit libentius aut fre-  
quentius: nā Græcis est familiare aparemphanton adiun ἀπαρίμφα-  
gere huic dictioni ὡς & ὥστι. Sic Horatius, ut pati, pro ut τον, id est,  
patiaris. Quanquam quod diuinat Mancinellus, nō est infinitum, ut  
prosperus absurdum. H I. Mihi uchementer arridet quod  
dicas. Curre Mū, & adfer si quid est reliquū. C R. Quid  
isthuc est nouaru deliciarū? H I. Hic est cucumis sectus  
in laminulas: hoc est ius ex coctis intestinis cucurbitæ,  
conducit lubricandis intestinis. s b. O cœnā ucrē medi-  
cam. H I. Boni consulite. Mox aderit gallina ex corto no-  
stra. s b. Commutabimus tibi nomen, & pro Hilario uo-  
cabimus Apitium. H I. Age, nunc ridete quantū uoletis,  
cras fortassis seriō laudabit hanc cœnā. s b. Qui sic?  
H I. Cum senseris tibi probè conditū esse prandiu. s b.  
Fame? H I. Scilicet. C R A. Scis Hilari quid prouincia te  
uelle suscipere? H I. Sciā, si dixeris. C R A. Chorus canit  
hymnos quos dā non indoctos, sed per indoctos multis  
locis deprauatos, eos cuperē tua opera nobis restitui: ut  
autē exemplū proferā, ita canimus: Hostis Herodes im-  
pie, Christum uenire quid times? Ordo dictionis unius  
inuersus, geminū uitium inuexit carmini. Nam hostis,  
cum trochæū efficiat, nullum habet locū in carmine iam  
bico; & Hero, spondeus, non recipitur in sede secunda.  
Nec dubiū est, quin uersus ita primum scriptus sit: Her-  
odes hostis impie. Iam epithetū impie, mollius cohæret cū  
hostis, quam cum Herodes. Porro quoniam Herodes di-  
ctio Græca est, ueretur in in casu uocādi, ut σωμάτης,  
τοντός, quemadmodum & in ἀγάμημον, οὐ μέγα  
rectis

recti casus uertitur o micron . Rursum ita canimus  
hymnum: I E S V corona uirginū, quem mater illa con-  
cepit, Quæ sola uirgo parturit. Dubium nō est, quin con-  
cipit sit pronunciandū . Nam temporis hypallage gra-  
tiam etiam addit sermoni. Ridiculum autē est nos offen-  
di in concipit, cum sequatur parturit. H I. Istius generis  
Et ipse permulta offendit, nec pigebit olim huic rei alii  
quot dierum opellam dare : nam mihi uidetur Ambro-  
sius in hoc carmine nō primum habere gratie: adeo ferè  
finit dimetrum dictione trisyllaba, Et cæsuram ferè col-  
locat in fine dictio[n]is . Id cœbrius apud cum fit, quam  
ut casus uideri possit. Si queritis exemplum: Deus crea-  
tor, hic est penthemimeris, accinitur omnium: poliq; re-  
ctor, accinitur uestiens diem decoro, accinitur lumine,  
noctem soporis, accinitur gratia. Sed adest gallina satis  
obesa, quæ mihi totis decem annis peperit oua, Et exclu-  
sit pullos: C R. Indigna erat quæ necaretur. C A. Si licet  
aliquid admiscere de studijs seuerioribus, habeo quod  
proponam. H I. Modò ne nimium sit tetricum. C A. Nō  
est. Cœpi nuper legere Scnecæ epistolas, Et in ipso stat-  
tim portu, quod aiunt, impegi: locus est in prima episto-  
la: Et si uolueris, inquit, attendere, magna uite pars clabi-  
tur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud  
agentibus. In hac sententia affectat nescio quid arguit,  
quod ego nō satis assequor. L E. Diuinabo si uoles. C A.  
Maxime. L E. Nemo perpetuò peccat. Et tamen luxu, lu-  
bidine, ambitione, cœterisq; uitijs magna uite pars per-  
rit, sed multo maior uite portio perit nihil agentibus.  
Nihil Porro nihil agere dicuntur, nō qui uiuunt in ocio, sed qui  
agere. retus friuolis, Et nihil ad felicitatem conducentibus oc-  
cupant

cipantur: inde prouerbiū, Satius cest cessare, quām nihil  
 agere, sed tota uita perit aliud agentibus. Aliud agere di-  
 citur, qui nō est attentus ad id quod agit. perit igitur tota  
 uita, quoniam quum uacamus uitijs, aliud agimus: dum  
 uacamus friuolis, aliud agimus: dum studemus philoso-  
 phie, quoniam facimus supine & oscitanter, aliud agi-  
 mus parum attenti, uelut ad rem minime seriam. Hæc in-  
 terpretatio si parum arridet, numeretur hæc sententia  
 Senecæ inter eas, quas in hoc scriptore damnat A. Gellius,  
 ut friuole argutas. H. I. Mihi sane satis arridet. Sed in-  
 terim strenue ad gallinā. Nolim uos falli, nihil præterea  
 parati est: quadrat enim ad id quod præcessit: Turpis i-  
 ma est iactura, quæ per negligentiam fit. Id autem decla-  
 rat hac trimembri sententia. At paulo post uideor mihi  
 uidere mendum: Mortem nō prospicimus. Magna pars  
 eius iam præteriit. nam legendum arbitror, Mortem pro-  
 spicimus, Prospicimus enim quæ procul absunt, quum  
 mors magna ex parte præterierit nobis. L. E. Si sibi per-  
 mittunt philosophi, ut aliquando diuertant in prata Mu-  
 serum, fortasse non uidebitur absurdum, si nos aliquan-  
 do uel animi gratia diuertamus in illorum regionem.  
 H. I. Quid nis L. E. Quum nuper relegerem librum Ari-  
 stotelis, quem inscripsit ὥσπι τὸ ιλεύχων, quorū argumen-  
 tum est rhetoribus cum philosophis magna ex parte cō-  
 mune, comperi insignes errores interpretum. Neq; dubi-  
 tandum est, quin hi qui Græce nesciunt, in multis lo-  
 cis egregie delirarint. Aristotles enim proponit huius/  
 modi genus ambigui, quod nascitur ex uoce, quæ eadem  
 declarat diuersa, οὐ μαθαίνοντιν οἱ ἐπιτάμπονται γοῦ ἀπογο-  
 παρισί, οὐ μαθαίνοντιν οἱ γραμματικοὶ. τὸ γοῦ μαθαίνειν εί-  
 στιν, μάθειν οὐ μαθαίνοντιν οἱ γραμματικοὶ. τὸ γοῦ μαθαίνειν εί-  
 στιν, μάθειν οὐ μαθαίνοντιν οἱ γραμματικοὶ.

Prospicimus  
 quæ à fronte  
 sunt, sed pro-  
 cul respici-  
 mus à tergo  
 relicta.

Locus Ari-

μάννην τότε φωνήναι χρώματον τῷ ἐπιστύματι οὐδὲ τὸ λαρ  
 εῖναι τὸν ἐπιστύματον. Id uerterunt in hunc modum, Q[uo]d  
 niam discunt scientes: Nam secundum os grammatici  
 discunt. Discere enim equiuocum ad intelligere eum,  
 qui utitur disciplina, & accipere disciplinam. H. I. Vi  
 sus es mihi nunc Hebraicè loqui, non Latinè. L. E. Est  
 quisquam uestrum qui audiuit hic ullam uocem equi  
 uocam? H. I. Nullam. L. E. Quid igitur stultius, quād  
 uelle uertere, quod uerti non poterat? Neq[ue] enim quem  
 admodum Græcis μαθαίνεται, sonat μαθαῖνεται, & μαθητοῦται.  
 ita Latinis discere, doctrinā accipere, aut tradere. Quād  
 quād an hoc sit uerū, nescio, magis arbitror sic mālo  
 nin esse anceps apud Græcos, quemadmodū cognoscet  
 apud Latinos: cognoscit enim qui nouit, & cognoscit  
 iudex qui dicit causam. Sic opinor Græcis μαθαίνεται di  
 citur preceptor, qui exigit p[re]lecta pueris, & pueri qui  
 bus p[re]legitur. Quād uero uenustē reddidit, τὰ δὲ αὐ  
 τοκατισμάτων μαθαίνεται οἱ γραμματινοί. Nam secun  
 dum os grammatici discunt, quum uertere debueris  
 Nam grammatici quæ dictant, docent. Hic interpreti  
 erat, aliud exemplum supponere, quod non eadem uen  
 ba, sed eandem rei speciem exhiberet. Quanquam hoc  
 loco suspicor etiam in græca scriptura nonnihil esse me  
 da, scribendum autem, οὐ μάννην τῷ τε φωνῆναι οὐδὲ τῷ λαρ  
 εῖναι. Paulo post subiicit aliud exemplum ambiguum  
 quod nascitur non ex uario uocis eiusdem significatio  
 sed ex diuersa connexione: Τὸ βούλεαδαν λαβᾶν μέλος το  
 μένους, uelle me accipere pugnantes. Sic enim uerū  
 pro eo quod erat, uelle me capere hostes, et si legas βού  
 λεαδαν, sermo fit dilucidior. Vultis me capere hostes.  
 Nam

Nam pronomen potest præcedere uerbum capere, et  
potest sequi. Si præcedat, hic erit sensus: Vultis ut ego  
capiam hostes? Si sequatur, erit hic: Vultis ut hostes me  
capiant? Subiicit eiusdem generis aliud exemplum, αρχ  
την γινωνει, τοῦτο γινωνει. id est, An quod quis nouit,  
hoc nouit? Ambiguitas est in τοῦτο. Id si sumatur accusa-  
fandi casu, sensus erit: Quicquid alicui cognitum est, id  
illi cognitum esse. Sin nominandi casu, sensus hic erit:  
Quam rem quis intelligit, ea intelligit, quasi cognosci  
non possit, nisi quod uiciissim cognoscat. Rursus aliud  
subiicit, αρχ ὁ τις ὁρᾷ, τοῦτο ὁρᾷ· ὁρᾷ ἢ τὸν πίνοντα. ὡς ὁρᾷ ὁ  
πίνει, an quod quis uidet, id uidet? sed uidet columnam,  
columna igitur uidet: rursus in τοῦτο est ambiguitas, quam  
prius indicauimus. Verum hæc utcunq; reddi poterant  
Latinis, auribus: quod sequitur, nullo modo reddi pote-  
rat, αρχ ὁ σὺ φύεις ἀναι, τοῦτο σὺ φύεις ἀναι· φύεις ἢ λίθου ἀναι·  
οὐ λίγα φύεις λίθοις ἀναι. Quod illi sic reddiderunt: Putas  
quod tu dicis esse, hoc tu dicis esse: dicis autem lapidem  
esse, tu ergo lapis dicis esse. Obscro, quis omnino sen-  
sus humanus ex his uerbis percipi posset? Ambiguitas  
enim partim pendet ex idiomate Græci sermonis, quæ  
est in maiore ac minore, quanquam in maiore est et  
alia ambiguitas, in duabus dictionibus ὁ τοῦτο, quæ si  
capiantur nominandi casu, sensus erit: Quicquid te di-  
cis esse, hoc tu es. Sin accusandi, sensus erit: Quam  
cunque rem tu dicis esse, eam dicis esse: et ad hunc  
sensum subsumit: λίθου φύεις ἀναι. Sed ad priorem col-  
ligit οὐ αρχ φύεις λίθοις ἀναι. Græci sermonis proprietatum  
semel ausus est imitari Catullus: Phasclus iste, Catulli locus.  
quem uidetis hospites, ait fuisse nauium celerrimus. Sic

enim cerebatur hic uersus in antiquioribus editionibus  
hoc ignorato, necesse est multis modis delirare eos, qui in  
hec loca scribunt commentarios. Ne id quidem quod in  
ibi continenter sequitur, Latino potest esse perspicuum,  
 $\eta\epsilon\iota\alpha\delta\gamma\sigma\gamma\omega\tau\alpha\lambda\gamma\alpha\mu$ ,  $\alpha\pi\tau\theta\mu\gamma\delta\gamma$ ,  $\tau\theta\sigma\gamma\omega\tau\alpha\lambda\gamma\alpha\mu$ ,  
 $\tau\theta\tau\tau\theta\mu\lambda\gamma\omega\tau\alpha\sigma\gamma\alpha\mu$ ,  $\eta\epsilon\iota\alpha\tau\theta\tau\lambda\gamma\omega\mu\gamma\alpha$ . Id reddide-  
runt hunc in modum, Et putas est tacentem dicere. Duplicem enim est tacentem dicere, & hunc dicere tacen-  
tem, & quae dicuntur. An non haec Sibylle folijs obser-  
viora? H. i. mihi nec Graeca satis liquent. L. E. Exponam  
pro mea diuinatione. An possibile est tacentem dicere?  
Haec interrogatio duplcam habet sensum, quicrum alter  
est falsus & absurdus, alter potest esse uerus. Nam fieri  
non potest, ut qui loquitur, non dicat ea quae loquitur,  
hoc est, ut loquendo taceat: sed fieri potest, ut is quilo-  
quitur, taceat eum qui loquitur. Quanquam hoc exem-  
plum recidit in alteram formam, quam paulo post sub-  
iicit. Rursum illud admiror, quod mox in genere am-  
biguitatis, quae nascitur ex pluribus dictionibus coniu-  
ctis, mutarint Graeci uocem seculi in literas,  $\alpha\pi\tau\theta\mu\gamma\delta\gamma$   
 $\gamma\pi\alpha\mu\mu\tau\alpha$ : quum latini codices habeant scire seculum.  
Hic enim duplex sensus nascitur, uel ut ipsum seculum  
sciat aliquid, uel ut aliquis sciat seculum. Verum hoc  
mollius est in  $\alpha\pi\tau\theta\mu\gamma\delta\gamma$ , siue in  $\eta\epsilon\iota\alpha\delta\gamma\sigma\gamma\omega\tau\alpha\lambda\gamma\alpha\mu$ , in  $\gamma\pi\alpha\mu\mu\tau\alpha$ . Nam  
literae dicuntur absurde scire quipiam. Verum nihil ab-  
surdi sit, si quis dicat, aliquid nostro seculo notum esse,  
aut aliquem nosse suum seculum. Iam aliquanto post,  
ubi proponit exemplum ambigui ex accentu, non uer-  
tus est interpres pro uerbis Homeri supponere Vergili-  
ana, quum eadem fuerit necessitas in illo exemplo, Quic-  
quid

quid dicis esse, hoc est. Ex Homero refert Aristoteles,  
 si uerba ducuntur ad accentum. Si uerba aspirentur, ac circunflectantur,  
 sonat Cuius computrescit fluuia: sin sū sit exile ΕΤ acus  
 tum, sonat Non computrescit fluuia. Atque hoc quidem  
 sumptum est ex Iliados &c. Alterum est, οὐδόν μηδέ οὐδὲ  
 οὐδέποτε οὐδέποτε: accentu collocato super penultimam sonat.  
 Concede illi: sin super primam, οὐδόν μηδέ οὐδὲ οὐδὲ  
 οὐδέποτε. At poëta nō sentit Ioucm dicere, Κόccdimus illi, sed Iupi  
 ter mandat ipsi somnio, ut illi ad quē mittitur, concedat  
 potiri uoto. Dictum est enim οὐδόν μηδέ, pro οὐδέποτε. Pro  
 his duobus Homericis subiecerūt hæc ex nostris poëtis,  
 uel illud ex Odis Horatijs,

Metuo longas pereunte noctes,  
 Lydia dormis.

Metuo, Ho-  
 ratus diuisit,  
 ut subaudias  
 amico.

Etenim si accentus sit in, me, correpto: ΕΤ, tu, sit graue,  
 unica dictio est, metuo, id est, timeo. Quanquam hæc am  
 biguitas pendet non solum ex accentu, uerum etiam ex  
 compositione. Alterum supposuerunt ex Vergilio:  
 Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi.

Quanquam hæc quoq; ex compositione nascitur ambiguitas. H. I. Sunt ista quidem arguta, dignaq; cognitu Leonarde, sed interim uereor, ne cui conuiuium hoc so-  
 phisticum uideatur magis, quam poëticum: alias si ui-  
 debitur, uel totum diem uenabimur elenchos in clen- Elenchos, id  
 chis. L. E. Hoc est, in luce ligna, in mari quæremus aquā. enim redax-  
 H. I. Vbi est meus Mus? M. V. Adest. H. I. Mone Mar, guere est.

garetam, ut tradat bellaria. M. V. Abeo. H. I. Rursus  
 ades uacuus? M. V. Negat se de bellarijs cogitasse, ΕΤ  
 ait satis diu sessum esse. H. I. L. Vereor ne si diutius hic  
 philosophemur, illa nobis mensam subuertat, quem  
 q, , admor

admodum Xanthippe Socrati: consultius est igitur, ut bellaria sumamus in horto. ibi simul & ambulabimus, & liberè nugabimus. Interea sibi quisq; decerpit ex arbore quod lubet. C O. Placet consilium. H I. Est illic fonticulus quo quis uino suauior. C A. Qui fit, ut hortus tuus magis nitcat quam aula? H I. Quia hic uersor frequenter. Si quid arridet hic, ne parcite nostris opibus hortensisibus. Nam si satis uidetur deambulatum, quid si consideramus huc sub tilia, & Musas cieamus? P A. Age fiat. H I. Thema suppeditet hortus ipse. P A. Si præcesseris, sequemur. H I. Age faciam. Præpostere facit, cui uarijs delicijs nitcat hortus, quem animū habeat nullis disciplinis, nullis uirtutibus excultū. L E. Credemus adesse musas, si redideris eandem sententiam carmine. H I. Hoc mihi longe procliuius, prosam orationē uertere carmine, quam argentum commutare auro. L E. Dic igitur. H I.

Cui renitet hortus undiquaq; flosculis,  
Animumq; nullis expolitum dotibus  
Squalere patitur, is facit præpostere.

**E**t Apolline nullo. Alius sit ad illud Marcial. Musis & Apolline nul. **I**o Quid scribis uersus, hoc Ciceronis habes. Ad blanditur, id est placet, sicut arridere dicitur, quod placet. **C**occyx, qui latinè dicitur Cucus, per multima prædicta. Notus est Apologus. **C**ui tot delicijs renitet hortus,

Habetis carmē Musis & Apolline nullo. sed elegas fieri, si singuli hanc sententiā diuerso genere carminis redditatis. L. Qui uicerit, quid premij feret? H. Hūc calathū onustū malis aut prunis, aut cerasijs, aut mespilis, aut pirus, aut si quid aliud magis abblāditur. L. Quis erit arbitr̄ certaminis? H. Quis nisi Crato? & idcirco solus non certabit, quo magis auscultet. C R. Vereor ne tales sati habituri iudicē, quale olim habebant coccyx et luscinia, inter se de canēdi gloria decertātes. H I. Sat est, si places omnibus. C O. Placet arbiter, incipe Leonarde. L E.

Herbit;

Herbis floribus, arborumq; foetu,  
Et multo, & uario, nec excolendum  
Curat pectus, & artibus probatis  
Et virtutibus, is mihi uidetur  
Levo iudicio, parumq; recto.

de certamine  
canendi inter lu-  
sciniā & cucu-  
lum, asino iu-  
dice.

## DIXI.

H. I. Carinus arrodit unguem, expectamus aliquid ei/  
laboratum. C A. Nulla adest Musa.

Cura cui est, ut niteat hortus flosculis ac foetibus,  
Negligentii excolere pectus disciplinis optimis:  
Hic labore, mihi ut uidetur, ringitur præpostero.

Arrodit un-  
guem. Gestus  
est cogitatis.  
Pers. Nec plu-  
teū cedit, nec  
demorsos fa-  
pit unguis.  
Id, Cherestra  
tus unguem  
Arrodens ait  
hoc.

H. I. Non frustra arrosus est unguis. E V. Quoniam  
ordo me uocat, ne nihil adferam:  
Qui studet, ut uarijs niteat cultissimus hortus  
Delicijs, patiens animum squalere, nec ullis  
Artibus expoliens, huic est præposta cura.

H. I. Non est cur extimulemus Sbriliū: nā ille sic scatet  
versib. ut plerūq; uel imprudēs effundat carmina. S B.  
Cui uernat hortus cultus & elegans,  
Nec pectus ullis artibus excolit,  
Præposta is cura laborat.

Sit ratio tibi prima mentis. P A.

Quisquis accurat uarijs ut hortus  
Floribus uernet, neq; pectus idem  
Artibus sanctis colit, hunc habet præ-  
posta cura.

H. I. Nunc experiamur, cui hortus suppeditet plures  
sententias. L E. Quid ni faciat tam diues? Vel hoc rosetū  
mihi suggesteret quod dicam. Ut breuis est roſe nitor, ita  
fugax est iuuentus: properas capere roſam prius quam  
marcescat, magis admittendum est, ne sine fructu tibi eſi-

fluat iuuentus. H I. Thēma satis aptum carmini. C A R,  
 Ut inter arbores suis cuiq; fœtus est: ita inter homines  
 suæ cuiq; dotes sunt. E V. Ut terra si excolatur, uarijs ou-  
 pes gignit in usus humanos, neglecta spinis ac uepribus  
 obducitur: ita hominis ingenium si excolatur optimis  
 studijs, plurimas edit uirtutes: si negligas, uarijs occu-  
 patur uitijs. S B. Hortus quotannis colendus est ut nu-  
 teat: animus semel excultus honestis studijs, perpetuo  
 floret ac uernat. P A. Ut amœnitas hortorum non auo-  
 cat animum ab honestis studijs, sed ad hæc inuitat por-  
 tius: ita querendi sunt lusus ac ioci, qui non absunt à li-  
 teris. H I. Euge, uideo examen sententiarum. Nunc ad  
 uersus: sed antequam id aggrediamur, mea sententia, fu-  
 erit exercitatio nec inelegās, nec infrugifera, si primam  
 senteniam toties reddamus Græcis uersiculis, quoties  
 reddidimus Latinis. Hic auspicabitur Leonardus iam  
 olim familiaris Musis Græcanicis. L B. Ineptiam, si iu-  
 bes. H I. Iubeo, atq; impero. L E.

Ω νῆπός ἐγιν αὐθόνη μυλῶν καλοῖς,  
 Οἶνος μάλισταχμῶν τοῖς λεκτοῖς μαθύμασιν  
 Οὐκέτι πόμψι, οὐτε διηθῆς φρονᾶ,  
 Πορφίωντος τοιῶν τὰ φαῦλα, οὐ πρέπειονα

Ego præsule. Ego præsulem egi, succedit qui uoleat. H I. Carinus.  
 Allusit ad Sa- C A. Imò Hilarius. L E. Sed uideo Margaretam interue-  
 liosfæcerdotes Martis, ni fal- nire, adfert nescio quid deliciarum. H I. Si id fecerit, me  
 lor, q saltabat sefellerit mea furia. Quid adfers? M A. Sinapi quo con-  
 in pōpa, præsul autē qui saltat diatis uestra bellaria. An non pudet hic garrire in mul-  
 primus. Est in tam noctem, et postea uos poeta multa blateratis in lo-  
 quibusdā cho- reis mos, ut u- quacitatem foeminarum? C R. Haud male monet Mar-  
 nus solus auspi- ceta, iam tempus monet, ut suum quisq; nidum adeat,  
 ces saltationē: unde alias

aut in hoc pulcherrimo certaminis genere uel solidū unde quisquis  
deum consumemus. H I. Sed cui addicis præmium? C R. alijs cunctan-  
tibus rem coe-  
praier unum mc. H I. Qui uicisti, qui non certaueris? Pisse choreā.  
C R. Vos certastis, at non decertastis. Ego, quod nemo  
uestrum potuit, uici Margaretam. C A. Hilari, et quum  
postulat, auferat calathum.

## INQVISITIO DE FIDE.

AVLVIS, BARBATIVS.

Puerorum est cantilena, Saluta libenter. Verum haud  
scio, an mihi sit tibi dicere salutem. B A. Evidem ma-  
lum qui det salutem, quam qui dicat. Sed quam ob rem  
istud uicis Aule? A V. Quem ob rem? Quia, si scire uis, o-  
les aut sulphur, aut fulmen Louis. B A. Sunt & Veioves, Veioves, sunt  
sunt bruta fulmina, multum etiam origine dissidentia à Ioues sinistri,  
fatidicis. Nam, ut suspicor, tu de anathemate sentis. A V. & noxijs. Sic  
Rem coiectas. B A. Audiui quidem horrenda tonitrua, uocant poetæ  
fulminis ictum non sensi. A V. Qui sic? B A. Quia nibi  
lo peius concoquo, neque irrequietius dormio. A V. Sed  
hoc periculosius solet esse malum, quia non sentitur.  
Verum hæc bruta fulmina que tu uocas, feriunt montes  
& maria. B A. Feriunt, sed irritis ictibus. Est & fulgur  
è uitro seu uase æreo. A V. Certe territat & hoc. B A R.  
Verum, sed pueros. Solus Deus habet fulmen quo feriat  
animam. A V. Quid si Deus est in suo uicario? B A. Vti-  
nam sit. A V. Imò multi demirantur te iam dudum non  
esse quouis carbone atriorem. B A. Finge me talem. At  
qui tanto magis erat optanda salus perdito, si placet Es-  
angelica doctrina. A V. Optanda quidem, at nō dicen-  
da. B A. Cur ita? A V. Quo pudescat ictus fulmine, ac rei citauit.

sipiscat.

Bruta fulmin.  
uide Plin. li. 2  
ca. 43. Bruta,  
quasi sine rati-  
one ueniunt,  
nec quicquam  
portendunt.  
Fatidica præ-  
dicunt aliquid.  
Mōtes et ma-  
ria, refert Pli.  
uerba ex loco  
quem modò

Fulgur è uif. si pifcat. B A. Si ſic nobifcum egiffet Deus, perieramus  
uide prouerb. Carbone atri- omens. A v. Quam ob rē? B A. Quia cum eſſemus inu-  
or est. uiderit innuere quem mici Dei, cultores idolorum, militantes in caſtris fata-  
piam excom. næ: hoc eſt modis omnibus excommunicatiſimi, tum il-  
luuicatum. Le maximè nobifcum confabulatus eſt per filium ſuum,  
ſuoq; colloquio nos reſtituit in uitam, cum eſſemus mor-  
tui. A v. Iſta quidem uerē narras. B A. Imò male agere  
tur cum omnibus ægrotis, ſi medicus fugeret alloquium,  
quoties ingens morbus grauat miferum: imò cum maxi-  
mè conueniebat ad eſſe medicum. A v. At ego metuo, ne  
tu mihi affles aliquid tui mali, quām fiat ut tuo morbo

Paleſtrites, id medear. Non nunquam uſu uenit, ut pro medico fiat pa-  
leſtrites, qui uifit ægrotum. B A. Ita quidem uſu uenit in  
læſtrites, qui uifit ægrotum. B A. Ita quidem uſu uenit in  
ſit phreneticū. corporum morbis: uerum in animi malis eſt tibi para-  
ta antidotus aduercſum omne contagiu. A v. Que nam?  
B A. Adamantinum propositum, non diuelli à ſententia  
ſemel infixa. Deinde cur paleſtram metuis, ubi res ueri-  
bi agitur? A v. Eſt aliquid quod dicas, ſi modò ſpes fit  
proſectus. B A. Prouerbio dicitur: Donec ſpirat homo,  
ſperandum eſſe. Et iuxta Paulum, Charitas nescit deſpe-  
rare, quia ſperat omnia. A v. Non peſimè mones, atque  
hac ſpe puto mihi fas eſſe tecum miſcere sermonem ali-  
quantisper, ac ſi pateris medicū agam. B A. Licet. A v.  
Vulgo ſunt inuiſi percontatores. Et tamen in medicis

A cœlo uſq; ad terrā. Plau- re à cœlo uſq; ad terram, ſi libet. A v. Experiari, modò fi-  
tinū, pro a ca dem de te reſponſurum ex animo. B A. Do, modò ſciam  
pīte uisque ad pedes.

qua de re uclis percontari. A v. De ſymbolo Apoſtolo-  
rum. B A. Audio militare uerbum, nec recuſo haberi  
pro hoſte Christi, ſi quid hic ſefellero. A v L. Credis in

Deum

Dilem patrem omnipotentem, qui condiderit cœlum et terram; B A. Et quicquid cœlo terraq; continetur, atq; enim mentes angelicas. A V. Cum Dœum dicis, quid sensis; B A. Sentio mœtem esse quandam æternam, quæ nec initium habuerit, nec finem sit habitura, qua nihil esse potest nec maius, nec sapientius, nec melius. A V. Ista quidem satis pie. B A. Quæ nutu suo omnipotenti condidit quicquid est rerum uisibilium aut inuisibilium, quæ sapientia mirabili moderatur ac gubernat uniuersa, sua bonitate pascit ac seruat omnia, atque hominum genus collapsum gratuito restituit. A V. Sunt quidem ista tria precipua in Deo: sed quid fructus capis ex istorum cognitione? B A. Cum omnipotentem cogito, me totum ille submittit, ad cuius maiestatem nihil est hominum aut angelorum sublimitas. Deinde plena fiducia credo, quod ab illo factum tradunt sacræ literæ, simulq; futurū quicquid illle promisit, quando nutu quicquid uult potest, quantu[m] homini uideatur impossibile. Ita fit ut meis viribus diffusus, totus ab illo pēdeam, qui potest omnia. Vbi sapientiam illius intueor, nihil tribuo meæ sapientiae: uerum credo omnia rectissimè iustissimèq; ab eo fieri, etiam si iuxta sensum humanum uideatur absurdia aut iniqua. Cum bonitatem considero, uideo nihil esse in me, quod illius gratuitæ beneficentiae non debeam: & nullū arbitror esse tantū crimē, quod ille nolit ignoscere resuipscit: neq; quicquā esse, quod ille nō sit largiturus cū fiducia petenti. A V. Num satis esse putas, quod credis illum esse talem? B A. Nequaquam, sed sincero affectu totam fiduciam ac spem in illum unum transfero, deterrans satanam omnemq; idolatriam, & quicquid est artium

artium magicarum. Illum solum adoro, nihil illi nec preferens, nec æquans, non angelum, non parentes, non liberos, non uxorem, non principem, non opes, non honores, non uoluptates: paratus & uitam illius causa perdere, si iussit, certus eum non posse perire, qui se totum illi tradiderit. A v. Nihil igitur colis, nihil times, nihil amas, nisi unum Deum? B A. Si quid ueneror, si quid metuo, si quid amo preter eum, eius causa amo, metuo, colo, omnia ad illius gloriam referes, semper illi gratias agens, siue lata contingunt, siue tristia: siue mori datur, siue uiuere. A v. Sana quidem est hactenus tua oratio.

**Deus** Desecunda persona quid sentis? B A R. Sciscitare. A v.  
**filius.**

Credis Iesum fuisse Deum & hominem? B A. Maxime. A v. Qui fieri potuit, ut idem sit Deus immortalis, & homo mortalis? B A. Isthuc illi facile fuit efficere, qui quicquid uult, potest. Et ob diuinā naturam, quam eandem habet cum patre, quicquid magnitudinis, sapientiae, & bonitatis attribuo patri, idem attribuo & filio: quicquid debeo patri, debeo & filio: nisi quod ita uisum est patri, ut per filium conderet ac donaret nobis omnia. A v. Cur igitur sacra litera filium frequentius appellant Dominum quam Deum? B A. Quia Deus auctoritatis, hoc est, principatus est nomen, que patri precius conuenit, qui simpliciter principium est omnium, atque ipsius etiam deitatis fons. Dominus redemptoris & assertoris uocabulum est. Quanquam & pater redemit per filium, & filius Deus est, sed ex Deo patre. Solus autem pater à nullo est, & in personis diuinis principem locum obtinet. A v. Ergo & in Iesu collocas tuam fidem? B A. Quid nisi A v. Sed propheta maledictum dicit

qui fudit in homine. B A. Sed huic uni homini data est omnis potestas in celo & in terra, ut in nomine eius reflectatur omne genu coelestium, terrestrium, & inferorum. Quanquam nec in hoc fiducia spei q; meæ sacram ut aiunt, ancoram figerem, nisi Deus esset. A v. Cur eum filium appellat? B A. Ne quis somniet esse creaturam. A v. Cur unicum? B A. Ut discernat naturæ filium à filiis adoptiuis, cuius cognominis honorem nobis etiam impartiit, ut neminem præter hunc alium expectemus. A v. Cur eum qui Deus erat, hominē fieri uoluit? B A. Ut homines homo reconciliaret Deo. A v. Credis conceptum circa uirilem operam, opificio spiritus sancti, ac natum ex incorrupta uirgine Maria, de illius substantia sumpto mortali corpore? B A. Maxime. A v. Cur sic nasci uoluit? B A. Quia sic decebat nasci Deum, sic decebat nasci, qui nostræ conceptionis ac nativitatis sor des purificaret. Hominis filius nasci uoluit Deus, ut nos in illum renascentes efficieremur filii Dei. A v. Credis illum uersatum in terris, ea gessisse miracula, ea docuisse quæ prodita sunt literis Euangelicis? B A. Certius quam te credo esse hominem. A v. Non sum inuersus Apuleius, ut suspicaris a sinum latere sub hominis spe. Sed credis hunc eundem esse Messiam illum, quem deliniarant figuræ legis, quem promiserat oracula prophetarum, quem tot seculis expectarant Iudei? B A. Nil habeo persuasius. A v. Credis huius doctrinam ac uitam sufficere ad perfectam pietatem? B A. Admodum. A v. Credis eundem uerè comprehensum à Iudeis, uinculum, colaphis & alapis cæsum, consputum, irrisum, flagellatum sub Pontio Pilato, ac deniq; suffixum in cruce?

Ne quis somniet  
et. Arrius do-  
cuit filium Dei  
iuxta perfectis  
simis natura fu-  
isse creaturam.  
At qui natura  
filius est, gigni-  
tur ex substi-  
tia patris. Det  
substiitia indi-  
uisibilis est, ex  
dem igit opor-  
tere esse patris  
et filij: de diuis  
nis personis lo-  
quor.

Apuleius. Ni  
is menté homi-  
nis tegebat  
sub asinina spe  
cie, cum multi  
sint qui sub hu-  
mana specie te-  
gunt asinum.

cem, atq; inibi mortuum? B A. Maximè. A v. Credis illum  
 ab omni lege peccati cuiuscunq; fuisse immunem? B A.  
 Quid n? Agnum absq; macula. A v. Credis illum sua  
 sponte hæc omnia perpeccum? B A. Imò libenter, at quo  
 etiam sicutienter, sed ex uoluntate patris. A v. Cur pater si  
 lum suum unicum innocentem, sibiq; charissimum, hac  
 tam atrocia pati uoluit? B A. Ut hac uictima nos nocen  
 tes sibi reconciliaret, in illius nomen collocantes fidu  
 ciam ac spem nostram. A v. Cur Deus passus est sic col  
 labi totum humanum genus? Et si passus est, non potuit  
 alia uia sarcendi ruinam nostram? B A. Hoc mihi per  
 suasit non humana ratio, sed fides, nulla ratione potius  
 se fieri melius, neq; ad salutem nostrā utilius. A v. Quur  
 hoc mortis genus illi potissimū placuit? B A. Quia iux  
 ta mundum erat probrosissimum: quia diri lentiq; cru  
 ciatus, quia conueniebat illi, qui porrectis in omnē mun  
 di plagam membris, omneis orbis nationes inuitaret ad  
 salutem, & homines terrenis curis affixos euocaret ad  
 coelestia. Denique ut nobis referret serpentem eneum,  
 quem Moses suspenderat in stipite, ut quicunque desige  
 rent in illum oculos, sanarentur à uulnere serpentum: fu  
 demq; prophetæ liberaret, qui prædixerat: Dicite in na  
 tionibus, regnauit à ligno Deus. A v. Quur & sepeliri  
 uoluit, idq; tam accuratè, oblitus myrrha & unguetis,  
 Vixi saxo, an inclusus nouo monumento è solido uiuoq; saxo exciso,  
 saxa nascatur ob signato ostio, adhibitis etiā custodibus publicis? B A.  
 certū. uiua ta Quo magis constaret esse uerè mortuum. A v. Cur nō  
 mē saxa dicunt statim reuixit? B A. Hac ipsa de causa. Etenim si mors  
 suo loco sunt fuisse ambigua, fuisse & ambigua resurrectio, sed hæc  
 amota. uoluit esse certissimam. A v. Credis huius animam de  
 scendisse

scēdisse ad inferos? B A. Hanc particulam non fuisse  
quōdam additam nec in symbolo Romano, nec in sym-  
bolo orientalium ecclesiarum, testis est Cyprianus, nec  
recensetur apud Tertullianum uetustissimum scriptor  
rem: ego tamē & hoc firmiter credo, uel quia congruit  
cum prophetia Psalmi: Non derelinques animam meā  
in inferno. & rursus: Domine eduxisti ab inferno an-  
iam meam. Vel quia Petrus Apostolus in epistola prio-  
ris, de cuius autore nunquam fuit dubitatum, capite ter-  
tio scripsit hunc in modum: Mortificatus quidem car-  
ne, uiuificatus autem spiritu, in quo & his qui in carcere  
reerant, spiritu uenicns prædicauit. Verum ut credo de  
scēdisse ad inferos, ita nō credo illic aliquid esse passum:  
descendit enim, nō ut illic cruciaretur, sed ut nobis fran-  
geret regnum satanae. A v. Nihil adhuc impium audio:  
sed mortuus est, ut nos peccato mortuos reuocaret ad ui-  
tam. Ceterum cur reuixit? B A. Tribus potissimum de-  
causis. A v. Quibus? B A. Primū ut nobis certam spem  
ficeret resurrectionis: deinde ut sciremus eum immortā-  
lem esse, nec unquam moriturū, in quo præsidia salutis  
nostræ collocauimus. Postremò ut nos quoq; per poenitentiam  
mortui peccatis, per baptismum una cum illo  
sepulti, per gratiam eius reuocemur ad uitæ nouitatem.  
A v. Credis ne quod idē corpus, quod mortuum fuit in  
cruce, quod reuixit in sepulchro, quod uisum & contre-  
statū est discipulis, subuexerit in cœlum? B A. Maxime.  
A v. Cur uoluit relinquere terras? B A. Ut illum omnes  
spiritualiter amaremus, ne quisquam in terris sibi Chri-  
stum propriè uindicaret, sed omnes ex equo tolleremus  
animos in cœlum, sc̄ ientes illic esse caput nostrum. Ete-  
nīm

nim si nunc homines tantopere sibi placent ob uestis to  
lorem ac figuram, cumq; sic quidam ostentant sangu  
inem aut præputium Christi, & lac matris uirginis, quid  
credis futurum, si mansisset in terris uestitus, comedens,  
loquens? Quæ diſidia parassent ista corporis peculia  
ria? A v. Credis illic immortalitate donatu aſidere deo  
trum patri? B A. Quid niſi ut rerum omnium dominum,  
& totius regni paterni consortem. Hoc ipse discipulis  
promiserat futurum, atq; hoc ſpectaculum exhibuit Ste  
phano martyri ſuo. A v. Cur hoc exhibuit? B A. Ne nos  
ulla in re trepidaremus, gnari quam potentem patronū  
ac dominum habeamus in cœlis. A v. Credis illum eodem  
corpo rediturum, ut iudicet uiuos & mortuos? B A.  
Quam habeo certum eſſe hactenus peracta que pro  
phetæ de Christo prædixerant: tam habeo certum, fore  
quicquid in posterum uoluit nos expectare. Prior ad  
uentus exhibitus est iuxta uaticinia prophetarum, quo  
uenit humilis, ut nos institueret ac feruaret. Exhibetur  
& secundus, quo ueniet sublimis in gloria patris:  
ante cuius tribunal ſiti cogentur omnes homines cum  
iufcunq; nationis, cuiuscunq; ſtatus, ſiue reges, ſiue plei  
beij, ſiue Græci, ſiue Scythæ: nec ſolum hi quos aduen  
tus ille deprehendet uiuos, uerum etiam omnes qui ab  
initio mundi uſq; ad illud tempus mortui fuerint, ſubito  
reuiuifcent, & ſuo quifq; corpo confpicet iudicem.  
Aderunt & angeli beati, tanquam famuli fideles: aderunt  
& dæmones iudicandi. Tum è ſublimi pronunciabit illi  
lam ineuitabilem ſententiam, quæ diabolum cum his qui  
illi adhæſerunt, tradet æternis ſupplicijs, ut poſtea nulli  
poſſint nocere: pios transferet in consortium regni ca  
lestis,

testis, tutos ab omni molestia: quanquam huius aduentus  
diem nobis ignotum esse uoluit. A v. Nihil adhuc au-  
dio morbi. Veniamus igitur ad tertiam personam. B A.  
Vt uidetur. A v. Credis in spiritum sanctum? B A. Credo  
hunc esse uerum Deum unum cum patre & filio. Credo Deus spiritus  
hoc spiritu afflatus fuisse, qui nobis ueteris ac noui Te-  
stamenti libros tradiderunt, sine cuius ope nemo perue-  
nit ad salutem. A v. Cur appellatur spiritus B A? Quia que-  
dam modum corpora nostra uiuunt halitus, ita tacito sancti  
spiritus afflato uiuificantur animi nostri. A v. An non  
licet patrem uocare spiritum. B A. Quid ni? A v. An non  
igitur confunduntur personae? B A. Non. nam pater spi-  
ritus dicitur, quod sit incorporeus, id quod omnibus per-  
sonis est commune iuxta naturam diuinam. Sed tertia  
persona dicitur spiritus, quod alicunde spiret, & per ani-  
mos se transfundat insensibiliter, uelut a terra seu fluis  
uii spirant auræ. A v. Cur personæ secundæ tribuitur no-  
men filij. B A. Ob perfectam naturæ & uoluntatis simili-  
tudinem. A v. Est filius similior patri, quam spiritus san-  
ctus? B A. Non, iuxta naturam diuinam, nisi quod hoc  
magis refert proprietatem patris, quod ab ipso quoque  
procedat spiritus sanctus. A v. Quid igitur prohibet spi-  
ritum sanctum appellari filium. B A. Quia cum diuino He-  
lano nusquam hunc lego genitū, nec huius lego patrem:  
spiritum & procedentem lego. A v. Cur in symbolo so-  
lus pater dicitur Deus? B A. Quod hic, ut dixi, simplici-  
ter sit autor omnium, quæ sunt, ac totius deitatis fons.  
A v. Dic clarius. B A. Quoniam nihil nominari potest,  
cuius origo non manat a patre. Siquidē hoc ipsum quod  
filius ac spiritus sanctus Deus est, patri acceptum refe-  
runt.

runt. Præcipua igitur autoritas, hoc est originis ratio, est in patre sclo, quod unus ille à nullo est. In symbolo tamen sic accipi potest, ut Dei nomen non sit persona proprium, sed in genere positum, quod mox per patris, filii, et spiritus sancti vocabulū distinguitur. In unū Deum,

**Credere eccl.** quæ naturæ uox comprehendit patrem, filium, & spiritum sanctum, hoc est, tres personas. A V L. Credis in san-

ctam ecclesiā? B A. Non. A v. Quid ais? non credis? B A.

Credo sanctam ecclesiā, quæ est corpus Christi: hoc est, congregatio quadam omniū per uniuersum orbem, qui consentiūt in fide Euangelica, qui colunt unum Deum patrem, qui totam suam fiduciam collocant in ciui filio, qui eodem huius spiritu aguntur, à cuius cōsortio resecatur, quisquis admittit crimen letale. A v. Quir horres dico

re, Credo in sanctam ecclesiam? B A. Quia sic me docuit diuus Cyprianus, in solam Deum esse credendum, in quo simpliciter omnem fiduciam reponimus. Ecclesia

uerò proprie dicta, quanquam non constat nisi ex bonis,

tamen ex hominibus constat, qui ex bonis possunt fieri

**Sanctorum** mali, qui falli possunt, & fallere. A v. Quid sentis de co-

communio. munione sanctorum? B A. Hic articulus omnino non at-

tingitur apud Cyprianum, quem ille nominatim indicat quid in quibus ecclesijs plus habeatur aut minus. Sic et

nim ille connectit. Sequitur namq; host hunc sermonem,

Sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, huius cat-

nis resurrectionem. Ac nonnullis uidetur hec pars nō q;

se diuersa à superiorc, sed explicare & infigere quot

modo dictum erat, sanctam ecclesiam: ut nihil aliud sit

ecclesia, quam unius Dei, unius Euangelij, unius fidei,

unius spei professio, eiusdem spiritus, corundem sacra-

mento

Mentorum participatio: breuiter, talis quedam commis-  
sio bonorum omnium inter omnes pios, qui fuerunt ab ini-  
tio mundi usq; ad finem, qualis est membrorum corporis  
inter ipsa societas, sic ut aliorum benefacta subueniat alijs,  
donec uiva sunt membra corporis. Ceterum extra soci-  
tatem hanc ne propria quidem benefacta conducunt cu-  
iquam ad salutem, nisi reconcilietur sanctae congregati-  
oni: Et ideo sequitur remissionem peccatorum, quia extra Remissio pes  
ecclesiam non est ulla peccatorum remissio, quantumuis catorum.  
homo maceret se poenitentia, aut exercebat opera misericordie. In ecclesia, inquam, non hereticorum, sed sancta, ho-  
c est, spiritu Christi congregata, est remissio peccato-  
rum per baptismum, et post baptismum: per poenitentiam,  
O claves ecclesiæ datas. A v. Ista sunt adhuc sani homi-  
nis. Credis ne futurā carnis resurrectionē? B A. Frustra Carnis resurrec-  
tione credere, cetera, si hoc quod est omnium caput, non cre-  
dorem. A v. Quid sentis quum dicis carnem? B A. Cor-  
pus humanum humana anima animatum. A v. Num i-  
naqueq; anima recipiet suum corpus, quod exanime re-  
liquerat? B A. Idem hoc unde demigrarat. Et ideo in  
symbolo Cypriani additum est huius carnis. A v. Qui fe-  
ri potest, ut corpus iam toties ex alijs in alia uersum, pos-  
sit idem reuiuiscere? B A. Qui potuit, quicquid uult, ex  
nihilo creare, an huic difficile sit, quod ex sua forma  
mutatum est, in pristinam naturā restituere? non anxiè  
disputo, quibus modis id fiat: mihi satis est, quod qui pra-  
misit hoc futurum, sic uerax est, ut mentiri nō possit: sic  
potens est, ut quicquid uelit, nutu ualeat efficere. A v.  
Quid opus erit tū corpore? B A. Ut totus homo glorietur  
cum Christo, qui hic totus afflictus erat pro Christo. A v.

Quid sibi uult quod addit, Et uitam æternam. B A. Ne quis suspicetur nos sic reuicturos, quemadmodum sub uerum tempus reuiuiscut ranæ, rursus moritura. Nam hic duplex mors est, corporis bonis ac malis omnibus communis & animi. Mors autem animi, peccatum est. At post resurrectionem ipsius erit æterna tum corporis, tum animi. Nec enim corpus erit amplius obnoxium morbis, senio, fami, siti, dolori, laßitudini, morti, aut ulli incommodo, sed spirituale factum spiritus arbitrio mouebitur, nec animus deinceps ullis uitijs aut doloribus solicitabitur, sed sine fine fructur summo bono, qui est Deus. Contrà, impios mors æterna possidebit tum corporis, tum animi. Nam & corpus habebunt ad æternos cruciatus immortale, & animum peccatorum stimulis semper afflictum absque spe uenie. A v. Credis hæc ex animo, ac serio? B A. Sic inquam, ut mihi minus certum sit te mecum colloqui. A v. Ego quum essem Rome, non omneis repperi aequè syncere credentes. B A. Imò si ex cutias, reperies & alibi multos, quibus non aequè penasas sunt. A v. Quum in tam multis & arduis consuetudinibus nobiscum, quid obstat quo minus totus sis noster?

B A. Istud ex te audire cupio. Nam ipse mihi uideor orthodoxus, etiam si uitam meam nolim præstare, tame si opinonis: cui contrarii est sedulò conor, ut profissioni respondeat. A v. Vnde igit̄ haeretici uocatur tantum bellum inter uos & orthodoxos? B A. Ex bulum. Ex Præstare dici quire. Sed heus medice, si non pœnitet huius processus, mes nobiscum prandiolum, & à prandio per oculum penetratio uitiū aut corripit, contaberis de singulis, præbebo brachium utrumque, in spicies excrementa tum crassiora, tum liquidiora. Denuo facies, si uidebitur, totius huius pectoris, anatomicam.

mihi quo certius de me iudices. A V L. At religio est tamen  
eum mensam habere communem. B A R. At qui id solent  
medici, quo melius obseruent, quid affectent aut peccent  
egroti. A V. Sed uereor ne uidetur fauere haereticis. B A.  
Imo nihil est sanctius, quam fauere haereticis. A V L. Qui  
sic? B A. Nonne Paulus optauit anathema fieri pro Iu-  
dais plus quam haereticis? An non fauet ille, qui studet ut  
quis ex malo fiat bonus, ex mortuo uiuus? A V. Maxime.  
B A. Sic igitur faue, nec erit quod metuas. A V. Nunquam  
audiu egrotum commodius respondentem. Age duc me  
ad prandium. B A. Medicè accipieris, & ut decet apud  
egrotum, & sic curabimus corpuscula cibo, ut nihilo se-  
cuis animus idoneus sit ad disputandum. A V. Fiat bo-  
nis auibus. B A. Imò malis piscibus fiet, nisi forte nūc ob-  
litus esse diē Veneris. A V. Id quidem est præter sym-  
bolum nostrum.

ΓΕΡΟΝΤΟΛΟΓΙΑ, siue ὕχνα.  
EUSEBIUS, PAMPIRVS, POLY-  
GAMVS, GLYCION.

E V. Quas nouas aues hic ego uideo? Nisi me fallit a-  
nimus, aut parū prospiciunt oculi, uideo tres ueteres cō-  
gerrones meos confidentes, Pampirum, Polygamiū, &  
Glycionem. Certè ipsi sunt. P A. Quid tibi uis cum tuis  
mitreis oculis fascinat? Cogredere proprius Eusebi. P O.  
Salutem multum exoptate Eusebi. G L. Bene sit tibi uir opti-  
me. E V. Saluetc uos omnes una salute, pariter mihi char-  
tissima capita. Quis Deus, aut casus Deo felicior, nos  
coniunxit? Nam nemo nostrū uidit alium annis, opinor,  
iam quadragesita. Mercurius caduceo suo non potuisset  
melius nos in unum contrahere. Quid hic agitis? P A.

Bonis auibus  
id est, feliciter  
alter arripuit  
iocum ex am-  
biguo.

Præter sym-  
bolum. Kur-  
sum iocus est  
ex ambiguo.  
Nam in sym-  
bolo apostolo  
rū nulla men-  
tio est de pi-  
scibus, & di-  
citur symbo-  
la cōiutorū.  
Eusebius,  
pius.

Pampirus, o-  
mnia exper-  
tus.  
Polygamus,  
qui sape du-  
xit uxorem.  
Glycion, dul-  
cis, siue dul-  
cior.

Nouas aues,  
alludit ad pe-  
reginas aues

Rara avis.  
Vitreis oculis significat  
uitrea glpticilia: & fascina-  
tio ē in oculis

Sedemus. E v . Video: sed qua de causa? P o. Operimus  
currum, qui nos deuehat Antuerpiam. E v . Ad mercatum? P o. Scilicet, sed spectatores magis quam negotia-  
tores: quanquam alijs aliud est negotijs. E v . Et nobis eō  
dem est iter. Verum quid obstat, quo minus eatis? P o.  
Nondum conuenit cum aurigis. E v . Difficile genus ho-  
minū. Sed uultis ne ut illis imponamus? P o. Liberet, si li-  
ceret. E v . Simulemus nos uelle simul abire pedites. P o.  
Citius credant cancros uolaturos, quam nos tam gran-  
des pedibus hoc iter conjecturos. G L . Vultis rectum no-  
rumq; consilium? P o. Maxime C L . Illi potant: id quoji  
ciunt diutius, hoc plus erit periculi, nec ubi nos deiiciant  
in lutum. P o. Admodum diluculo uenias oportet, si so-  
brium aurigam uelis. G L . Quo maturius perueniamus  
Antuerpiam, nobis quatuor solis currum stipulemus.  
Contemnendum sentio tantillum pecunie. Hoc danni  
multis cōmoditatibus pensabitur, sedebimus cōmodius,  
ac mutuis fabulis suauissime transigemus hoc iter. P o.  
Recte suadet Glycion, ut in uehiculo quoq; iucundus co-  
mes pro uehiculo sit. Quin & iuxta Græcorū proverbi-  
um, liberius loquemur, non de plaustro, sed in plaustro;  
G L . Transegi, concendamus. Vah nunc mihi libet uiu-  
re, posteaquam ex tanto interuallo uidere contigit mihi  
charissimos olim sodales. E v . Ac mihi uideor repubesce-  
re. P o L . Quot annos supputatis, ex quo Lutetia conui-  
ximus? E v S . Arbitror haud pauciores quadraginta die-  
bus. P A M . Tum uidebamur omnes aequales. E v S . Ita  
ferme eramus, aut si quid erat discriminis, perpusillum  
erat. P A . At nunc quanta inæqualitas? nā Glycion nihil  
habet senij, & huius auras uideri queat Polygamus. E v .  
Profe-

Profligis sic res habet. Quid rei in causa? P. A. Quid?

ambiccessauit ac restitit in cursu, aut ille anteuertit.

iv. Ohe non cessant anni, quantumuis cessent homi-

ni. P. O. Dic bona fide Glycion, quot annos numeras?

cl. Plures quam ducatos. P. O. Quot tandem? G. L. Sexa-

ginta. E. V. O uerè τιθωντες γῆρας, quod aiunt. P. O. Sed qui

tandem artibus remoratus es senectutem? Nam ne,

que canueis adest, neq; rugosa cutis, uigent oculi, nitet

mirinque dentium series, color uiuidus est, corpus succu-

lentum. G. L. Dicam artes meas, modo tu uiciissim narres

nobis artes tuas, quibus senectutem accelerasti. P. O. Re-

cipro me facturum. Dic igitur, quo te contulisti relicta

Lutetia? G. L. Recta in patriam. Illic commoratus ferè

annum, despicere coepi de deligendo uitæ genere, quam

ego rem non leue momentum habere credo ad felicitatem:

circunspiciebam quid cuique succederet, quid secus.

P. O. Miror tibi tantum fuisse mentis, cum Lutetiæ nihil

fuerit te nugacius. G. L. Tu ferebat etas. et tamē ô bone,

nō hic meo Marte rem omnem gesisti. P. O. Mirabar. G. L.

Prius quam quicquam aggredicerer, adij quendam è ci-

uibus natu grandem, longo rerum usu prudentissimum,

totiusq; ciuitatis testimonio probatissimum, ac meo quidē

iudicio etiam felicissimum. E. V. Sapiebas. G. L. Huius usus

confilio, duxi uxorem. P. O. Pulchre dotatam? G. L. Dote

mediocri, ac planè iuxta proverbum, τίλινον τίλινον.

Nam & mihi res erat mediocris. Et res mihi pla-

nè ceſſit ex animi sententia. P. O. Quot annos tum

eras natus? G. L. Y. Viginti fermè duos. P. O. O te feli-

cem. G. L. Y. Non totum hoc fortuna debeo, ne quid er-

tes. P. O. Qui sic? G. L. Dicam. Alij prius diligunt, quam

τιθωντες γῆρας

De longeua,  
sed florenti se-

necture. Vide  
proverbium.

Id est pro mea

sorte. vide pro

verb. Pittaci.

& qualem ti-

bi ducito.

deligant: ego iudicio delegi quam deligerem. Et tamen hanc magis duxi ad posteritatem, quam ad voluptatem. Cum ea uixi suauissime annos non plures octo. p o. Re liquit orbum: G L. Imò superest quadriga liberorum, filii duo, filiae totidem. p o. Priuatus ne uiuis, an magistratu fungeris: G L. Est mihi munus publicum, poterant contingere maiora: uerum hoc mihi delegi, quod tantu beret dignitatis, ut me uindicaret à contemptu, catcrum minime molestis negotijs obnoxium. Ita nec est quod quis quam obijciat, me mihi uiuere, Et est unde non unquam Et amicis dem operam. Hoc contentus, nihil unquam me gis ambij. Verum sic gessti magistratum, ut illi ex medi gitas accrcuerit. Hoc ego pulchrius duco, quam ex mu neris splendore dignitatem mutuo sumere. E v. Nihil uerius. G L. Sic inter ciues meos consenui charis omnibus. E v. Istuc uero difficillimum est, cum non abs re di etum sit: Qui neminem habet inimicum, eum nec am cum habere quenquam. Et felicitatis semper inuidiam esse comite. G L. Insignem felicitate comitari solet inuidia, mediocritas tuta est. Et hoc mihi perpetuum studium fuit, ne quid mei comodi ex aliorum incommodis compo rarem. Illam quā Graci uocant απραξίαν, quantum lu cuit amplexus sum. Nullis negotijs ingessi memet, sed præcipue continui me ab his quæ sine offensa multorum suscipi non poterant. Itaq; si iuuandus erit amicus, sic li benefacio, ut hac de causa mihi nullum parem inimi cum. Et si quid ortum fuerit simultatis alicunde, aut pur gatione lenio, aut officijs extinguo, aut disimulatione patior intermori. à contentione semper abstineo: que si inciderit, malo rei quam amicitiae facere iacturam. In et teris

απραξία  
id est, ocium,  
sive abstinentia  
à negotijs.

Mitionem quendam ago, nulli ledos, arridco omnibus, saluto ac resaluto benigniter, nullius animo repugno, nullius institutū aut factū dāno, nemini me p̄fēro, patior suū cuiq; pulchrū essc. Quod taceri uelim, credo nemini. Aliorum ar̄cana non scrutor. Et si quid forte noui, nunquā effutio. De his qui p̄sentes nō sunt, aut taceo, aut amicē loquor, ac ciuiliter. Magna pars simulatum inter homines nascitur ex linguae intemperantia. Alienas simultates nec excito, nec alo: sed ubique datur opportunitas, aut extinguo, aut mitigo. His rationibus haec tenus uitaui inuidiam, ac beneuolētiam ciuium meorum alui. P A. Non sensisti grauem cōlibatū? G L. Mihi quidē nihil accidit acerbius in uita unquā uxoris morte: ac uehementer optassem illam mecum consenseret, liberisq; cōmunitib; frui. sed quando aliter uisum est superis, iudicauī sic magis expedire utriq; neq; causam putauī, cur me inani luctu discruciarē, p̄sertim cū is nihil prodesset defunctae. P O. Nunquā ne incessit libido repetendi matrimonij, p̄sertim cum istud tibi feliciter cessisset? G L. Incessit, sed liberoruī causa duxerā uxore, liberoruī causa rursus nō duxi. P O. At miserū est cubare solū totas noctes. G L. Nihil est difficile uolēti. Tū cogita quantas etiam habeat cōmoditates cōlibatus. Quidam omni ex re decerpunt si quid est incommodi, qualis fuiſſe uidetur Crates ille, cuius titulo fertur epigramma uitae mala colligens. Nimirum his placet illud: Optimum non nasci. Mihi magis arridet Metrodorus, undequaſ que decerpens si quid inest boni. Sic enim uita fit dulcior. Et ego sic induxi animum, ut nihil uehementer uel oderim, uel expetam. Ita fit, ut si quid obtingat boni, non

Vide prouer.  
Optimum nō  
nasci.

effrar, aut in sole scam: si quid decedat, non admodum  
crucier. P A. Næ tu philosophus es uel ipso Thalete sa-  
pientior, si quidem isthuc potes. G E. Si quid ægritudi-  
nis subortū est animo, ut multa fert huiusmodi uitam or-  
talium, protinus ejcio ex animo, siue sit ira ex offensa,  
siue quid aliud indignè factum. P O. At sunt quædā iniur-  
iaæ que uel placidißimo moucāt stomachum: tales sunt  
frequēter & famulorum offensæ. G L. Nihil ego patior  
residere in animo meo. Si mederi queam, medeor: si mi-  
nus, sic cogito: quid proderit me ringire nihilo melius  
habitura? Quid multis? patior ut hoc mox impetreret  
me ratio, quod paulo pōst tempus esset impetraturum.  
Certè nullus est tantus animi dolor, quē patiar mecum  
ire cubitum. E v. Nihil mirum, si tu non senescis, qui ta-  
li sis animo. G L. Atq; adeò ne quid reticeam apud amī-  
cos, cum primis caui, ne quid flagitijs cōmitterem, quod  
uel mihi, uel liberis meis probro esse posset. Nihil enim  
irrequictius animo sibi male conscio. Quod si quid cul-  
pæ admissum est, non eo cubitum, prius quam me Deo  
reconciliaro. Veræ tranquillitatis, seu, ut Græcè dicam,  
sicut uias fons est, bene conuenire cum Deo. Nam qui  
sic uiuunt, his nec homines magnopere nocere possunt.  
E v. Num quando te cruciat metus mortis? G L. Nihil  
lo magis quam macerat dies natuitatis. Scio morien-  
dum: ista sollicitudo fortassis adimat mihi aliquot uite  
dies, certè nihil possit adjicere. Itaq; totam hanc curam  
superis committo: ipse nihil aliud curo, quam ut bene  
suauiterq; uiuam. Non potest autem suauiter, nisi qui  
bene. P A. At ego senescerem tædio, si tot annos degerem  
in eadem urbe, etiam si Romæ contingat uiuere. G L Y.

Habet

Id est, animi  
tranquillitas.

Hic quidem loci mutatio uoluptatis nonnihil: longin  
quero peregrinationes ut prudentiam addunt fortas  
sia plurimum habent periculorum. Mihi uideor tur  
iustotum orbem obire in tabula geographicā, neq; pau  
lo plus uidere in historijs, quām si uiginti totos annos ad  
Ulyssis exemplum, per omneis terras mariaq; uolitarē.  
Habeo prædiolum, quod abest ab urbe non plus quām  
duobus milibus passuum. Ibi nonnunquā ex urbano fio  
rusticus, atq; ibi recreatus, redeo nouis hospes in urbē:  
nec aliter saluto ac salutor, quām si renaugassim ex in  
sulis nuper inuentis. E v. Non adiuuas unletudinem  
pharmacis? G L. Nihil mihi rei cū medicis. Nec incidi  
venam unquam, nec deuor avi catapotia, nec hausi po  
tiones. Si quid oboritur laſitudinis, moderatione uitius  
aut rusticatione propello malum. E v. Nihil ne tibi cum  
studij? G L Y. Est: nam in his est præcipua uitæ oblecta,  
tio: uerum his oblecto me, non macero. Siquidem uel ad  
uoluptatem studeo, uel ad utilitatem uitæ, non autem ad  
ostentationem. A cibo sumpto aut pascor literatis fabu  
lis, aut lectorem adhibeo: nec unquam incumbo libris  
ultra horam: tum surgo, & arrepta testudine paulisper  
obambulans in cubiculo, uel cantillo, uel repeto tecum  
quid legerim: & si in promptu est cōgerro, referto, mox  
ad librum redeo. E v. Dic mihi bona fide, nullā ne sen  
tis incommoda senectutis, que feruntur esse plurimae?  
G L. Somnus aliquanto deterior est, nec perinde tenax  
memoria, nisi si quid in fixero. Liberaui fidem meam. Liberaui fidem  
Exposui uobis magicas artes meas, quibus alo iuuentu  
tem meam: nunc referat nobis pari fide Polygamus, un  
detantū collegerit senij. P o. E quidem nihil celabo tam

Catapotia.  
Græce trochī  
scilicet pilule  
quas degusti  
mus.

Laſitudinis.  
Laſitudo nul  
la de causa ob  
orta, significat  
morbū instare  
iuxta medi  
cos.

Liberaui fidem  
id est persolus  
quod debui.  
Etenim qui  
promittit, ob  
stringit fidem  
suam.

fidos sodales. e v. Narrabis etiam tacituris. p o. Cum agerem Lutetiae, quām nō abhorruerim ab Epicuro, nos tis ipsi. e v. Sanē meminimus, sed arbitrabamur te mores eos unā cum adolescentia Lutetiae relicturū. p o. Ex multis quas illuc adamara, unam mecum abduxī domum, eamq; grauidam. e v. In aedes paternas? p o. Recta, sed mentitus eam esse coniugem cuiusdam amici mei, qui mox esset uenturus. g l. Id credidit pater? p o. Imo rem olfecit intra quatriduum. Mox sœua iurgia. Nec tamen interim temperabam à conuiuijs, ab alca, ceterisq; mailis artibus. Quid multis? Cum pater non faceret obiuri gandi finem, negasse tales gallinas dcre uelle domi, at subinde minitans abdicationem, uerti solum, & cum exilibus proprie dicitur, q demigrant in aliā regionē. gallina mea gallus alio demigravi: ea mihi genuit aliū quot pullos. p a. Vnde res suppeditabat? p o. Non nihil futurim dabat mater, ac præterea conflatum est æris alienis. Alludit ad ni plus satis. e v. Reperiebantur tam fatui, ut tibi crederent? p o. Sunt qui nullis credant libentius. p a. Quid sequuntur & tandem? p o. Tandem ubi pater serio pararet abdicatione theologi. Si quis dicat pueriliter, intercesserunt amici, ac bellum hoc his legibus cōfice, ducā te, & posuerunt, ut nostratem uxorem ducerē, cum Galliā, mox habeatrem uortium facerem. e v. Erat uxor? p o. Intercesserat uera futuri temporis, sed accesserat congressus presentis temporis. e v. Qui licuit igitur ab illa diuertere? p o. Post rescitum est, mee Galliæ Gallum esse maritum, unti adolescētes de pridem se subduxerat. e v. Ergo nunc habes uxorē? capiuntur, magno suo malo p o. Non, nisi præter hanc octauam. e v. Octaua? Non discentes hoc sophisma. sine augurio dictus es Polygamus. Fortasse steriles omni Gallinas. Nā nes deceffere. p o. Imo nulla non reliquit aliquot catulos domi mee. e v. Ego malim totidem gallinas, quæ mihi obstreperūt

minæ.

Hiponteret oua domi. Non tædet polygamiæ? p o. Adeò  
naturæ, ut si hæc octaua moreretur hodie, perendie duce-  
rem nonam. Imò hoc me male habet, quod non liceat ha-  
bere binas aut ternas: cum unus gallus gallinaccus tot  
gallinas possidat. e v. Evidem haud miror gallinaceæ  
si parum pinguisisti, quodq; tantum senijs tibi collegeris.  
Nihil enim æquè accelerat senectutem, quam immodicæ  
atq; intempestiuæ compotationes, impotentes amores  
mulierum, & salacitas immoderata. Sed quis alit fami-  
liam? p o. Ex obitu parentum accessit res mediocris, &  
grauius laboratur manibus. e v. Desciuisti igitur à lite  
ris? p o. Planè ab equis, quod aiunt, ad asinos, ex hepta, Ab equis ad  
techno factus monotechnus faber. e v. Misericordia, toties tibi asinos, id est,  
ferendus erat luctus, toties cœlibatus? p o. Nunquam ui- à meliorib. ad  
xi celebs ultra dies decem, semperq; noua nupta ueterē deteriora. Vt  
luctum expulit. Habetis bona fide uitæ meæ summam. de proverbiis.  
Atq; uinam Pampirus narret nobis sue quoq; uitæ fa- Heptatechno,  
bulam, qui satis bellè portat etatem. Nam, ni fallor, me id est septem ar-  
duobus aut tribus annis est grandior. p A. Dicam equi- tium perito: tot  
dem, si uobis audire uacat tale somnium. e v. Imò uolu- enim numerat  
pe fuerit audire. x A. Vbi domum rediſsem, statim pater artes liberales  
senex urgere cœpit, ut aliquod uitæ genus amplecterer,  
unde non nihil quæstus accederet rei familiari: ac post  
longam consultationem placuit negotiatio. p o. Miror  
hoc uitæ genus arrisisse potissimum. p A. Eram natura  
sitiens cognoscendi res nouas, uarias regiones, urbes, lin-  
guas, ac mores hominum. Ad id maximè uidebatur ap-  
posita negotiatio. Quibus ex rebus nascitur & pruden-  
tia. p o. Sed misera uidelicet, quæ plerunq; magnis malis  
sit illis emenda. p A. Sic est. Itaq; pater numerauit sorte  
satis

Dextro Her. satis amplam, ut dextro Hercule, ac bene fortunatae Mer-  
cule. Retulit curio negociationem ausplicarer, simulq; ambiebatur  
uerba Persi: Herculi uoue. uxor cum amplissima dote, sed ea forma, quæ uel indota  
batur decima tam commendare poterat. E v. Succeſſit p. A. Imò prius  
bonorū pars, ita illo fauete quām redirem domū, perijt & fōrs & usura. E v. Nau-  
putabatur res fragio fortassis. p. A. planè naufragio. Nam impeginus  
domestica pro sperari. in scopulum quauis Malea periculosiorem. E v. In quo  
Malea pericu mari occurrit iſic scopulus, aut quod habet nomē? p. A.  
Iſiſorē de Ma lea promōto. Mare non possum dicere, sed scopulus plurimorum inſa-  
rio naufragijs mis exitijs: Latinē dicitur alea, quomodo uos Graci no-  
prouerb. Ma. minetis, nescio. E v. O te stultū. p. A. Imò stultior pater,  
team legens.

qui tantā summā crederet adolescēti. G L. Quid deinde  
factum est? p. A. Nihil actū, sed cœpi cogitare de ſuſpen-  
dio. G L. Adeon' erat pater implacabilis: Nam res ſarcī  
Protopiro, ut de prouerbii: ri potest, & uenia datur ubiq; protapiro, multo magis  
συγγράμμα Pampiro debebatur. p. A. Verum fortasse narras, ſed in-  
terim miser excidi ab uxore. Nam paretes puelle ſimul  
id est, primum experienti igno atq; cognouerunt hæc auſpicia, renunciarunt affinita-  
tem. & amabam ut qui perditissimè. G L. Miferet me  
tui. Sed quid interim consilij tentatum eſt? p. A. Id quod  
ſolet in rebus desperatis. Pater abdicabat, perierat res,  
perierat uxor, undiq; audiebam, gurges, nepos, helluo.  
Quid plura? Scrio mecum deliberabam, an ſuspendere  
me, an aliquò coniſcerem memet in monasterium. E v.  
Crudele consilium. Scio utrum elgeris, mitius mortis  
genus. p. A. Imò quod mihi tūc uifum eſt crudelius, adeo  
mihi displicebam totus. G L. Atqui complures eō ſe deiſ-  
ciunt, ut ſuauius uiuant. p. A. Corraſo uiaticulo, furtim  
me ſubduxi procul à patria. G L. Quò tandem? p. A. In  
Hiberniam: illuc factus ſum canonicus ex horum gen-

in extimè lincei sunt, intimè lanei. G L. Apud Hiberias  
igitur hybernasti? P A. Non, sed duos menses apud  
hos uersatus nauigauit in Scotiam. G L. Quid te offendit apud illos? P A. Nihil, nisi quod institutum illud mihi  
uidebatur mitius, quam pro meritis eius qui non uno  
suscendio dignus erat. E V. Quid in Scotia designatum  
est? P A. Illuc ex linea factus sum pelliceus apud Carthu-  
sios. E V. Homines planè mundo mortuos. P A. Ita mihi  
uisum est, cum audirem illos canentes. G L. Quid, canunt  
etiam mortui? Quot menses apud illos egisti Scotus?  
P A. Propcmodum sex. G L. O constantiam. E V. Quid  
illic offendit? P A. Quia mihi uisa est uita segnis ac deli-  
cata. Deinde multos illic reperi non admodum sani cer-  
tebri ob solitudinem, ut arbitror. Mihi parum erat cere-  
bri, uerebar ne totum periret. P O. Quid deinde deuolar-  
it? P A. In Galliam. Illic reperi quosdam totos pullatos  
ex instituto diuini Benedicti, qui colore uestis testantur se  
ludere in hoc mundo: Et inter hos qui pro summa ue-  
ste cilicium ferrent reti simile. G L. O grauem corporis  
macerationem. P A. Hic egi menses undecim. E V. Quid  
obstitit, quo minus illic maneres perpetuo? P A. Quia  
plus illic reperi ceremoniarum, quam uerae pietatis. Præ-  
terea audieram esse quosdam his multo sanctiores, quos  
Bernardus ad seueriorem disciplinam reuocasset, nulla  
ueste mutata in candidam: apud hos uixi menses decē.  
E V. Hic quid offendebat? P A. Nihil admodum: nam  
hos reperi sat commodos sodales. Sed mouebat me Grae-  
corum prouerbiū, Δῆτας χειρῶν ἡ φαγᾶν, ἡ μὴ φαγᾶν. Vide propter.  
Itaq; decretum erat aut non esse monachum, aut insigni-  
ter esse monachum. Acceperam esse quosdam Brigiden  
ses,

Vide propter.  
Testudines e-  
dende, aut nō.

ses, homines planè cœlestes, ad hos me cotuli. E v. Quo  
 menses illic egisti? P A. Biduum, nec id sane totum. G L.  
 Vsq; adeò placuit hoc uitæ genus? P A. Non recipiunt,  
 nisi qui mox obstringant se professioni. At ego nondum  
 adeò insaniebam, ut facile me præberem capistro, quod  
 nunquam liceret excutere. Et quoties audiebam canen-  
 tes uirgines, cruciabat animum uxor erepta. G L. Quid  
 deinde? P A. Ardebat animus amore sanctimonie, nec  
 usquam satis siebat animo meo. Tandem obambulans  
 incidi in quosdam præferentes crucem. Hoc signum mihi  
 protinus arrisit, sed remorabatur electionem uarietas:  
 alij gestabant albam, alij rubram, alij uiridem, alij  
 uersicolorem, alij simplicem, alij duplicem, nonnulli qua-  
 druplicem, alij alia atq; alia figura uariata. Ego ne quid  
 intentatum relinquerem, omnes ferme formas gesi. Ve-  
 rum ipsa re comperi, longè aliud esse circunferre cru-  
 cem in pallio seu tunica, quam in corde. Tandem fessus  
 inquirendo, sic mecum cogitabam: Ut semel omnem  
 sanctimoniam assequar, petam terram sanctam, ac redi-  
 bo domum sanctimonia onustus. P O. Num eò profectus  
 es? P A. Maximè. P O. Vnde suppetebat uiaticum? P A.  
 Demiror istud nunc deniq; tibi uenire in mentem, utro-  
 gares, ac non multo ante percontatum fuisse. Sed nosti  
 prouerbium, Τὸ τέχνην πᾶσα γῆ βίφε. G L. Quam ar-  
 ra alit. Vide tem circumferebas? P A. Chiromanticam. G L. Vbi eam  
 didiceras? P A. Quid refert? G L. Quo præceptore? P A.  
 Eo qui nihil non docet, uentre. Prædicebam præterita  
 futura, præsentia. G L. Et sciebas? P A. Nihil minus: sed  
 diuinabam audacter, idq; tuto, uidelicet prius accepto  
 precio. P O. An ars tam ridicula poterat alere te? P A.  
Poterat

Id est artificio  
 lum quis ter-  
 ra alit. Vide  
 Chiliades.

Perit, et quidem cum duobus famulis. Tantum est u-  
ligatus et fatuarum. Attamen quum Hierosoly-  
mam adirem, addideram me in comitatū cuiusdam ma-  
gratis prediuitis, qui natus annos septuaginta, negabat  
se quo animo moriturum; nisi prius adisset Hierosoly-  
mam. e v. Ac domi reliquerat uxorem? p A. Atq; etiam  
liberos sex. e v. O senem impie pium. Atque illinc redi-  
stis sanctus? p A. Vis uerum fatcar? Aliquanto deterior,  
quam iueram. e v. Sic ut audio, excussus est religionis  
amor. p A. Imò magis incanduit. Itaq; reuersus in Itali-  
am, addixi me militiae. e v. Itaq; ne religionem uenabar in  
in bello, quo quid esse potest sceleratius? p A. Erat san-  
cta militia. e v s. Fortassis in Turcas. p A. Imò sanctius  
quiddam, ut tum quidam prædicabant. e v. Quidnam?  
p A M. Iulius Secundus belligerabatur aduersus Gallos.  
Porro militiam mihi commendabat etiam multarum re-  
rum experientia. e v. Multarum, sed malarum. p A. Ita  
pot comperi. Et tamen hic durius uixi, quam in mona-  
sterijs. e v. Quid tum postea? p A. Iam mihi uacillare coe-  
pit animus, utrum ad negotiationem intermissam redi-  
rem, an religionem fugientem persequerer. Interim uenit  
in mentem utruncq; alteri posse coniungi. e v. Quid, ut  
simul essem et negotiator et monachus? p A. Quid ni-  
hil religiosius ordinibus mendicantium, et tamen ni-  
hil similius negotiationi. Volitant per omnes terras ac  
maria, multa uident, multa audiunt, penetrant omniis  
domos plebeiorum, nobilium, atq; regum. e v s. At non  
cauponantur. p A M. Sæpe nobis felicius. e v. Quod ge-  
nus ex his delegisti? p A. Omnes formas expertus sum.  
e v. Nulla placuit? p A. Imo perplacuerant omnes, si li-

cuisset statim negotiari. Verum perpendebam mihi dū  
sudandum in choro, prius quam crederetur mihi nego-  
ciatio. Iamq; cogitare cœpi de uenanda Abbatia: sed  
primum non omnibus hic fœuet Delia, & sœpe longa est  
uenatio. Itaq; consumptis hunc in modum annis octo,  
quum esset nunciata mors patris, domum reuersus, ex  
consilio matris duxi uxorem, & ad ueterem negotiatio-  
nem redij. G L. Dic mihi quum tam subinde nouam us-  
tē sumeres, ac uelut in aliud animal transformareris,  
qui potuisti seruare decorum? P A. Qui minus quam hi  
qui in eadem fabula nonnunquam aliam atq; aliam su-  
munt personam? E v. Dic nobis bona fide, qui nullum ui-  
tæ genus non expertus es, quod omniū maxime probat.  
P A. Non omnibus omnia congruunt, mihi nullum ma-  
gis arridet, quam hoc quod secutus sum. E v. Multa talia  
men incommoda habet negotiatio. P A. Sic est. sed quan-  
eo. Vide pro do nullum uitæ genus omnibus caret incommodis, hanc  
verbium Spar tam nactus es Spartam quæ contigit, orno. Verum nunc superest Eu-  
hanc orna. sebius, qui non grauabitur apud amicos uitæ sue scenam  
Scena. Fabu aliquam explicare. E v. Imò totam fabulam, si uidetur:  
la dividitur in scenas, ad id nam habet actus non multos. G L. Erit magnopere gra-  
alius. Et sce nā aperit, qui tum. E v. Vbi redisse in patriam, annum apud me dei-  
opera patefa liberaui quodnam uitæ genus amplecti uellem, simulq;  
me ipsum exploravi, ad quod genus essem propensus aut  
idoneus. Interim oblata est præbenda, quam uocant satis  
opimi prouentus: accepi. G L. Vulgo male audit hoc uitæ  
genus. E v. Mihi, ut sunt res humanæ, satis exoptan-  
dum uidetur. An mediocrem felicitatem esse putatis, sui  
bitò uelut è cœlo dari tot commoda, dignitatē, aedes hone-  
stas, beneç; instructas, annuos redditus satis amplos, sodas  
litium

honorificū, dcinde templum, ubi, si libeat, uaccē  
 religioni? P A. Illic me luxus offendebat, & cōcubinarū  
 famia, tū quod pleriq; istius generis odere literas. E V.  
 Ego nō specto quid agant alij, sed quid mihi sit agendū:  
 & melioribus me adiungo, si non possum alios meliores  
 reddere. P O. In isto genere uixisti perpetuo? E V. Perpet  
 tuō, nisi quod interim quatuor annos primū egi Patauij.  
 P O. Quamobrem? E V. Hos annos ita partitus sum, ut  
 sequium darem studio medicinæ, reliquum tempus  
 Theologie. P O. Quār id? E V. Quò melius & animum,  
 & corpus meum moderarer, nonnunquam & amicis  
 consulerem. Nam & concionor nonnunquam pro mea  
 sapientia. Sic hactenus satis tranquille uixi, contentus u  
 nico sacerdotio, nec præterea quicquam ambiens, recus  
 saturus etiam si offeratur. P A. Utinam liceret discere,  
 quid agant cæteri nostri sodales, quibus cum tum fami  
 liariter uiximus. E V. De nonnullis possum commor  
 rare quedam, sed uideo nos non procul abesse à ciuitati  
 te; quare si uidetur, conueniemus in idem diuersorum:  
 ibi per otium de cæteris conferemus affatim. H V G VI  
 TIO auriga. Vnde tam miseram sarcinam nactus es lu  
 sic? HENRICVS auriga. Imò quò tu defers istud lu  
 panarganeo? H V. Debueras istos frigidos senes alicubi  
 effundere in urticetum, ut calescerent. HENR. Imò tu  
 istum gregem cura ut præcipites alicubi in profundam  
 lamam, ut refrigerentur, nam calent plus satis. H V G.  
 Non soleo præcipitare sarcinam meam. HENR. Non?

Atqui nuper uidi te sex Chartusienses deicisse in cœnū  
 sic, ut pro candidis emergerent nigri: tu interim, quasi  
 te bene gesta ridebas. H V. Nec iniuria, dormiebant om

Effundere.  
 Faciunt hoc  
 non raro auri  
 gæ Brabanti,  
 uel gratis non  
 nunquam con  
 ducti.

276

nes ac, multum ponderis addebat currui meo. h.e. At  
mei senes egregie subleuarunt currum meum per totum  
iter perpetuo garrientes. nunquam uidi meliores. h.v. No  
soles tamen talib. delectari. h.e. Sed hi seniculi boni sunt.  
h.v. Qui scis? h.e. Quia per eos ter bibi per uia ceru  
siā insigniter bonam. h.v. Ha ha hæ. Sic tibi boni sunt.

## ΠΤΩΧΟΠΑΟΥΣΙΟΙ.

CONRADVS, BERNARDINVS, PASTOR,  
PANDOCHEVS, Vxor.

c o. Atqui pastore decet hospitalitas. p a. Pastor sum  
ouium, no amo lupos. c o. At no perinde fortassis odisti  
lupas. Sed quo tandem merito sic abhorres à nobis, ut ne  
tecto quidem digneris. Neq; enim te grauabimus cana.  
p a. Dicā, quia si conspicretis in ædibus meis gallinam  
aliquam, aut pullos gallinaceos, cras in concione tradu  
cerer apud populum. hanc soletis referre gratiam cōmu  
nicati hospitiij. c o. Non omnes sumus istiusmodi. p a.  
Sitis cuiusmodi uoletis, ego uix sancto Petro fiderem, si  
tali cultu ueniret ad me. c o. Si ita stat sententia, saltem  
indica diuersoriū aliud. p a. Est in hoc uico diuersorium  
publicū. c o. Quod habet signum? p a. In tabula penſili  
uidebitis canem os inserentē in ollam: hoc agitur in cu  
lina. Ad abaculum rationalem sedet lupus. c o. Signum  
inauspicatū. p a. Fruamini. b e. Quod genus pastoris  
hoc est: per illū liceret perire fame. c o. Si non melius pa  
scit oues quam nos, oportet parū esse obesas. b e. In ma  
lis rebus opus est bono consilio. Quid fiet? c o. Perfricat  
da frons est. b e. Nimirum inutilis est pudor, quem ur  
get necessitas. c o. Admodum, sanctus Franciscus aderit  
nobis. b e r. Pro fortuna. c o n. Non expectabimus  
Pando

Berolochi responsum pro foribus, sed rectâ trrumpc,  
nisi in ipsum uaporarium, nec facile patiemur nos eis.  
LIBER. O facinus impudens. CON. Hoc satius, quam  
nolam agere sub dio, ac perire frigore. Interim depo-  
ne pudorem in sacculo, cras resumpturus ubi uidebis  
tur. BER. Scilicet, sic res ipsa suadet. P A N. Quod ani-  
mantium genus hic video? CON. Seruos Dci, filios san-  
cti Francisci, uir optime. P A N. An Deus talibus seruis  
delectetur, nescio: ego mihi nolim multos esse domi.  
CON. Quam ob rem? P A N. Quia ad edendum & bi-  
bendum plus quam uiri estis, adlaborandum nec ma-  
nu habetis, nec pedes. Ohe uos estis filii sancti Fran-  
cisci! Soletis praedicare cum esse uirginem, & ille ha-  
bet tot filios? CON. Spiritus filij sumus, non carnis. P A.  
Infelix genitor ille. Nam quod in uobis pessimum est,  
animus est: corpore nimium ualeatis, planeq; melius ha-  
beatis ista parte, quam expeditat nobis, qui alimus uxori  
rem & filias. CON. Tu forte suspicaris nos esse ex eo-  
rum genere, qui degenerant à progenitoris instituto:  
nos sumus obseruantes. P A N. Ego igitur obseruabo, ne  
quid adferatis detrimenti. Nam istud genus ego odi pe-  
sime. CON. Quam ob rem te queso? P A. Quia circum-  
fertis dentes, nec circumfertis pecuniam. Hoc genus ho-  
bitum mihi est ingratissimum. CO. At laboramus uobis.  
P A. Vultis ostendam uobis, quomodo laboreatis? CO. Oi-  
sende. P A. Inspicite picturam uobis proximam ad lae-  
nam: illic uidetis uulpem concionantem, sed à tergo an-  
ser collum profert è cuculla. Rursum uidetis lupum ab-  
soluentem confessum, sed prominet pars ouis occultata  
sub ueste. Videtis simiam assidentem agroto in ueste Franci-

ciscana, altera manu præfert crucem, alteram habet in  
crumena ægrotantis. c o. Non inficiamur hac ueste non  
nunquam tegi lupos, uulpes, ac simias: sed fatemur etiam  
sæpe tegi porcos, canes, equos, leones, ac regulos: quin ea  
dem uestis tegit multos bonos uiros. Vestis ut neminem  
reddit meliorem, ita nullum reddit deteriorem. Proinde  
iniquum est, quenquam ex ueste æstimare: alioqui tua  
uestis, qua nonnunquam uteris, eſſet execranda, qua  
multos tegit fures, homicidas, ueneficos, & adulteros.

P A N. De ueste cedam, ſi numeretis. C O N. Rogabimus  
Deum pro te. P A N. Ego uicissim pro uobis, operam ope  
ra pensans. c o. At qui non ab omnibus excipendum.  
P A. Quir uobis religio eſt contingere pecuniam: c o.  
Quia pugnat cum profētione noſtra. P A N. Itidem cum  
mea profētione pugnat admittere gratuitum hōspitem.  
c o. At nos cogit reguli non cōtingere pecuniam. P A.  
At mea regula diuersum præcipit. c o. Vbi eſt tua regu  
la? P A. Lege uersus iſtos,

Hōspes in hac mensa fuerint cum uiscera tensa,  
Surgere ne properes, ni prius adumeres.

c o. Nos non erimus tibi sumptui. P A N. At qui mihi nō  
ſunt sumptui, ne quæſtui quidem ſunt. c o. Deus abun  
de penſabit, ſi quid officijs nobis præſtiteris. P A. Iſtis uer  
bis non aſo familiam. c o. Abdemus nos in angulum ua  
porarij, neq; cuiquam erimus moleſti. P A. Non fert ta  
les homines hoc uaporarium. C O N. Ita ne nos ejcīſis, for  
taſſis hac nocte deuorandoſ à lupiſſe. P A. Lupus lupinā  
non eſt, ut nec canis caninam. c o. Crudelis eſſes, ſi hoc  
faceres Turciſ: quales quales ſumus, homines ſumus.  
P A. Surda canitiſ. c o. Tu molliter fōues corpus tuum,  
nudus rei

recubās post uaporariū, & nos extrudis frigore  
nocturno perituros, etiam si parcant lupi. P A. Sic uixit  
Adam in paradiſo. c o. Vixit, sed innocens. P A. Et ego  
innocens. c o. Fortassis detracta syllaba prima. At uir  
deſi tu nos nūc extrudis ē paradiſo tuo, ne Deus te nō  
recipiat in ſuum. P A. Bona uerba. v x. Mi uir, tot tua  
malefacta ſaltem hoc beneficio pēſa, patere hos hac no-  
ſiecto noſtro uti: ſunt uiri boni, ſenties quæſtum hinc  
ſeri ubiorem poſthac. P A. Ecce deprecatricem, ſuſpi-  
cor conuenire inter uos: nec admodū lubens audio hoc  
elogium à muliere, uiri boni. v x. Hau, nō ita eſt: ſed co-  
gita quoties peccaris alea, temulentia, rixis, pugnis, ſaltē  
hac eleemosyna redime tua peccata: ne eiſcias hos quoſ  
optariſ tibi adeffe morienti. Scurras & ſanniones recu-  
piſſa penumero, & hos extrudis? P A. Vnde iſta concio  
natrix nobis? Abi tu, & cura rē culinariā. v x. Id quidē  
ſiet. B E. Mites cit, & ſumit induſium lineum, ſpero fore  
reflē. c o. Et mēſam inſternūt pueris. Be: ie habet quōd  
nulli ueniuunt hospitcs, alioqui nobis erat exulandū. B E.  
Felicitter cecidit, quōd ē proximo oppidulo retulimus no-  
biſcum lagunculam uini, & agni coxam affam: alioqui  
hic, ut uideo, ne fœnum quidem impartiſſet nobis. c o.  
Iam accubuere pucri, adiungamus nos in mense partē,  
ſic tamen, ne cui incommodemus. P A. Vobis imputan-  
dum arbitror, quod hodie nullum habeo conuiuā, præ-  
ter domesticos & uos inutiles. c o. Niſi frequenter hoc  
accidat, imputa nobis. P A. Frequentius quam uellem.  
c o. Noli laborare: uiuit adhuc Christus, qui nō defcret  
uos. P A. Audiui uos dici Euangelicos, & Euangelium  
prohibet per uiam circumferri peram aut panes: uos ma-

nicas habetis pro pera, ut uideo: nec panes modo circumfertis, uerum etiam uinum & delicias carnium. CON.  
Fruere nobiscum, si libet. P A. Meum uinū ad istud collatum uappa est. C O. Gusta & de carnibus, nobis enim superest. P A. O felices mendicos: uxor mea nihil hodie coxit, præter caules & laridum rancidum. C O. Communemus, si uidetur, nostros apparatus: nam nostra nihil refert, quibus uescamur. P A. Cur igitur nō circumfertis caules & uappam? C O. Quoniam hæc nobis obtrudere maluerunt, apud quos hodie pransi sumus. P A. Grati pransi? C O. Maximè. Imò gratias etiam egerunt, & abundantes his apophoretis onerarunt. P A. Vnde uenitiss? C O. E Basilea. P A. Hui, è tam longinquos? C O. Sic est. P A. Quod tandem genus hominū estis uos, qui sic oberratis sine iumento, sine crumena, sine famulicio, sine armis, sine commatu? C O. Vides qualemque uestigium Euangelicæ uitæ. P A. Mihi uidetur erronum uita, qui uagantur cum reticulo. C O. Tales errores erant Apostoli, talis erat & dominus IESVS. P A. Nostis artem chiromanticam? C O. Nihil minus. P A. Vnde igitur suppetit uictus? C O. Ab eo qui promisit. P A. Quis ille? C. Qui dixit: Nolite esse solliciti, hæc omnia adiacentur uobis. P A. Promisit, sed querentibus regnum Dei. C O. Id facimus pro uirili. P A. Apostoli clarebant miraculis, sanabant ægrotos, proinde non mirum illis ubique suspectum, uos nihil tale potestis. C O. Possemus, si similes essemus Apostolis, & si res posceret miraculum. At miracula data sunt ad tempus incredulis, nunc nihil opus, nisi pia uita. Et saepc felicius est ægrotare, quam ualeare: sape felicius mori, quam uiuere. P A. Quid igitur uos faciatis?

festis? c o. Quod possumus, pro sua quisq; dote diuinis  
donata consolamur, exhortamur, admonemus, corri-  
pimus: ubi se dederit occasio, nonnunquam & concio-  
namur, sicubi & perimus pastores mutos: si non datur  
professio, damus operam ne quem lèdamus moribus &  
lingua. p a. Utinam cras uelis nobis concionari. Nam  
dies est apud nos festus. c o. Cui diuo? p a. Antonio. c.  
Fuit is quidem uir bonus, sed unde dies festus? p a. Di-  
cam. Abundat hic uicus subulcis propter uicinū nemus  
glandiferum: & persuasum est, Antonio delegatam cui-  
ram eius pecoris, & ideo colunt illum, ne sœuiat negle-  
sus. c o. Utinam uerè colerent illum. p a. Quo pacto?  
c o. Sanctissimè coluit diuos, quisquis imitatus est. p a.  
Totus hic uicus cras perstrepet compotationibus, saltati-  
tionibus, lusibus, rixis & pugnis. c o. Sic ethnici quoni-  
dam colebant Bacchum suum. Miror autem, si sic cultus  
Antonius, non sœuit in homines ipso pecore stultiores.  
Qualem habetis pastorem? mutū ac malum? p a. Qua-  
lis sit alijs, nescio: mihi optimus est. nam hic potat totos  
dies, neq; quisquam plures adducit aut meliores combi-  
bones, magno meo bono. Atq; adeò demiror illum nūc  
abesse. c o. Nos experti sumus parum cōmodum. p a.  
Quid audio: salutastis hominē? c o. Ambiuimus apud  
illum hospitium, ille nō aliter quam lupos abegit à limi-  
ne, & hoc iuſit abire. p a. Ha ha, nunc intelligo. Hinc  
est quod noluit adesse, quod sciret uos hic futuros. c o.  
Est ne mutus? p a. Mutus? nemo illo uocalior in uapora  
rio, ac strenuē boat in templo: concionantem nunquam  
audiui. Sed quid pluribus opus? uos ipsi sensit, ut intel-  
ligo, non esse mutum. c o. Est ne peritus sacrarum lite-

rarum? p A. Ait se peritiſſimum, ſed quicquid talium re  
Secreta cōfes- rum didicit, didicit in ſecreta confeſſione, ſic ut ſas non  
ſione vulgaris ſit proferre apud alijs. Quid multa? Dicam in ſumma,  
tocus eſt in ignarum.

qualis eſt populus, talis eſt ſacerdos: & plane naclia eſt  
ſuum patella operculum. c o. Fortaffe non dabit locum  
concionaturo. p A. Dabit, ad me recipio, ſed hac lege, ne  
quid in illum iaculerc, quemadmodū pleriq; ſoletis. c o.  
Rei male aſſueuerunt, qui hoc ſolent: ego clām admo-  
ne o paſtore, ſi quid offendit: quod ſuperest, epifcoporū  
eſt munus. p A. At tales aues huic raro deuolant. Equidē  
uiideo uos eſſe uiros bonos. Sed quid ſibi uult iſta ueniū  
uarietas. Nam pleriq; hoc ipſo iudicant uos eſſe malos,  
quod ſic uetiamini. c o. Vnde id? p A. Nefcio, niſi quod  
tales multi cōperiantur. c o. Multi hoc ipſo iudicāt nos  
eſſe ſanctos, quod ſic uetiamur, peccant utriq; ſed tamē  
humanius peccant, qui ex uete bene de nobis uifpicau-  
tur, quam qui male. p A. Eſto ſanè. Sed que tandem uili-  
tas tot discriminum? c o. Quid tu censes? p A. Mihi

In pōpis, pom- quidē nulla uidetur, niſi in pompis, aut in bellis: in pom-  
pū ſpecta- culū que popu- pis enim circumferunt uarie personæ, ſanctorum, lu-  
cā ſpecta- culū que popu- to exhiben- ulgo nūc uo- cātū ſpecta- culū que popu- ditorum, ethniorū: has ex diuerso cultu dignoscimus.  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- In bellis autem hoc praſtaret cultum uarietas, ut ſu-  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- ones: à uerbo queq; uexillum copie ſequentur, neq; fieret ordinum  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- confuſio. c o. Pulchrē dicis, & hæc uetus eſt militaris:  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- alius aliu duce ſequimur, ſed omnes militamus ſub uno  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- Cæſare Christo. Verum in uete tria ſpecta daſunt. p A.  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- Quæ? c o. Neceſſitas, uſus, & decorum. Cur ſumimus  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- cibum? p A. Ne percamus fame. c o. Sic aliquando ſu-  
tū ſpecta- culū que popu- tū ſpecta- culū que popu- menda uetus, ne percamus frigore. p A. Fatcor. CON.  
Hoc melius praſtat hæc uetus, quam tua: tegit enim &  
caput,

capit, & collum, & scapulas, unde plurimum est periculum. Iesus postulat uaria uestium genera. Equitaturo conuenienter, quiescenti longa: in aetate tenuis, in hyeme densi. Sunt Romae qui singulis diebus ter comutant uestimenta, mane sumunt duplicatam pellibus, sub meridiem accipiunt simplicem, rursus sub noctem aliquanto crassior rem: uerum non omnibus suppetunt mutatoria. Proinde hec uestis reperta est, una ad plurimos usus accommodata. P A. Qui sic? C O. Si flat boreas, aut si seruet sol, adducimus cucullam: si calor offendit, demittimus in tergo: si quiescendum est, demittimus uestem. si ambulandum, subducimus aut succingimus etiam. P A. Non pessimè sapuit, quisquis hoc inuenit. C O. Est autem hoc ad beneiuendum præcipuum, ut homo consuecat esse paucis contentus: alioqui si delicijs aut affectibus indulgere coepimus, nullus erit finis. At nulla uestis inueniri potuit, qua una tot commoditatibus subscriviret. P A. As sentior. C O. Nunc decorum inspiciamus. Dic mihi bona fide, situ sumeres uxoris tuæ uestem, nonne dicerent omnes te facere præter decorum? P A. Diceret me insavire. C O. Quid tu dices si illa sumeret uestem tuam? P A. Fortasse nihil mali dicerem, sed contunderem eam bonis fustibus. C O. At qui nihil refert, qua ueste utaris. P A. Hic plurimum refert. C O. Nec mirum. Nam & ethnico rum leges puniunt uirum ac foeminam, si diuersi sexus cultum sumpserint. P A. Nec iniuria. C O. Agè, quid si senex octogenarius sumeret sibi uestitum adolescentis quindecim annos nati. aut contraria, si iuuenis sumeret uestimentum senis, nonne dicat omnes re esse fusturio digna? Aut fustuario, id est fustigatione. si anus colcretur ad modum adolescentule, & contraria. P A.

Admodum.

Bonis fustib.  
decus est in co  
trariis, malis  
& bonis.

Admodum. c o. Itidem si laicus sumat cultum sacerdotis, contrà sacerdos laici. p a. Ut ergo faceret indecorum. c o. Quid si priuatus sumeret ornamentum principis, aut sacerdos priuatus episcopi, nū faceret indecorum? p a. Scilicet. c o. Quid si ciuis sumeret cultū militis, plumas, ceteraq; stultitiae Thrasonicae insignia? p a. Rideretur. c o. Quid si inter milites Anglus gestaret crucē albam, Hcluetius rubram, Gallus nigrā? p a. Faceret impudenter. c o. Quid itaq; miraris nostrum hūc cultum? p a. Quid intersit inter priuatum & principem, inter virū ac fœminam, scio: quid intersit inter monachum ac non monachum, nescio. c o. Quid interest inter pauperem & diuitem? p a. Fortuna. c o. Et tamen indecorum est, si pauper imitaretur cultum diuitis. p a. Verum, ut nunc fermè coluntur diuites. c o. Quid inter fatuum et sapientem? p a. Aliquanto plus quam inter diuitem & tenuem. c o. Nōnne moriones aliter uestiuntur, quam qui sapiunt? p a. Nescio quid uos deceat, attamen uestit cultus non multum ab illorum cultu, si quis addat auriculas & tintinnabula. c o. Hoc planè deest: & summus huius mundi moriones, si modo uerè sumus, quod hoc apud Germanos aliquantum profutemur. p a. Quid uos scitis, nescio: illud scio, mulieres doctores iuris: tos esse moriones gestantes auriculas & tintinnabula, in Hispania qui plus sapientijs qui gestant pilei suffulta pelliibus, griseis floccis, epomides, reliquaq; sapientum insignia. Itaque mihi studi albo i summo tissimum uidetur, sapientiam profiteri ueste potius quam pileouolacaeo, ipsa re. Vidi quendam plus quam morionem, qui gestabat uestem usque ad talos demissam, epomidem magistri humeris, nulli usui futura, nisi nostri: aderat & uultus qui uideri posset grauis theologi: si ut significet magistrum negotium: disputabat apud omnes non sine specie grauitatis, magna

magnatibus autem non minus erat iucundus, quam qui  
nisi alius morio, cum stultitiae genere superaret omneis.  
co. Quid igitur tu postulas, ut princeps qui ridet mori-  
tionem, comutet cum illo uestem? P A. Fortassis hoc po-  
stularet aliquando decorum, quod tu proponis, si libeat  
representare ueste quicquid est in animo. C O. Vrges tu  
quidem, sed tamen arbitror non sine causa uestem suam  
additam morionibus. P A. Ob quam? C O. Ne lədantur  
a quoquā, si quid imprudēter dixerint aut fecerint. P A.  
Non dicam interim, quod ista res quo suis irritat potius  
ad lədendum, adeò ut frequenter e stultis fiant insani.  
Nec video cur, cum bos cornupeta qui occiderit homi-  
num, aut canis, aut sus qui occiderit infanticem, afficiātur  
suppicio: morio qui sceleratiora commiserit, præsidio  
stultitiae sinatur uiuere: illud expeto, cur uos distingua-  
mini cultu à cæteris. Nam si quævis causa sufficit ad di-  
uersum cultum, oportet pistorem aliter uestiri quam pi-  
scatorem, calcearium aliter quam uestiariū, aliter phar-  
macopolam quam œnopolam, aliter aurigā quam nau-  
tam. Vos si sacerdotes estis, cur secus uestimini quam  
reliqui sacerdotes? si laici, cur à nobis differtis? C O N.  
Olim monachi nihil aliud eramus, quam purior pars lai-  
corum: & hoc intererat inter monachum & alium lai-  
cum, quod nunc interest inter frugalem & probum ui-  
rum suis manibus alentem familiam, & inter Snapha-  
num ex prædationum redditu iactantem se: post Roma-  
nus pontifex addidit nobis suos honores: uestis ex nobis  
nascitur dignitatem, que nunc ne clairorum est, nec sa-  
cerdotum: sed tamen huius, qualis qualis est, non puduit  
aliquando cardinales, & summos pontifices. P A. At tan-  
dem

Oenopola, q  
uendit uinum.

Snaphanū. sic  
Germani uo-  
cāt prædonē  
gen⁹ subito ex  
arcib. adorien-  
tiūm uiatorē,  
mitigato uo-  
cabulo.

dem decorum istud unde sumitur? c o. Nonnunquam  
ipsa rerum natura, nonnunquam ex consuetudine mor-  
talium & opinione. Nónne iudicarent omnes absurdū,  
si quis tergore bubulo sic uestiretur, ut cornua promi-  
neret in capite, & cauda traheretur humi? p a. Ridicu-  
lum sane. c o. Rursum si quis uestem haberet, que facie  
ac manus tegeret, pudēd̄ ostenderet? p a. Multo absur-  
dius. c o. Ob id notati sunt ab ethnici quoq; scriptori-  
bus, qui multitia sumerent, fœminis etiam indecora. Ve-  
stis pellucida, muiherum pro-

Multitium, ue-  
stis pellucida,  
muiherum pro-  
priè. uiue. Cā  
tu multitia su-  
mas.

recundius enim est nudum esse, qualem te offendimus  
in vaporario, quam uti ueste pellucente. p a. Ego puto  
totum hoc de cultu pendere à consuetudine ac persua-  
sione mortalium. c o. Qui sic? p a. Non multi sunt dies,  
quod hic diuersati sunt qui se prædicarent peragrasse  
uariis regiones nuper inuentas, & quas in prisorum  
cosmographorum picturis desideramus. His narrabat  
peruenisse ad insulam quandā cœli temperatissimi, ubi  
summi dedecoris loco habebatur tegere corpus. c o.  
Isti fortassis belluarū ritu uiuebant. p a. Imo, ut aiebat,  
humanissimam agebat uitam. Degabant sub rege, eum  
comitabantur ad opus mane, non amplius quam hora,  
etiam singulis diebus. c o. Quid operis faciebant? p a.  
Eucliebant radicum genus, quod illis tritici loco est, &  
tritico tum gratius, tum salubrius: quo peracto redcunt  
ad suum quisq; negocium, & quod cuiusq; lubitum est  
animo, faciunt. Sancte educant liberos, uitant & puniunt  
flagitia, sed nullum accrbius, quam adulteriū. c o. Quo  
suppicio? p a. Fœminis ignoscitur, datur hoc sexui: cate-  
rum uiris adulterij conuictis hæc poena est, ut per omnē  
uitam in publicum prodeant membro pudendo uel ob-  
tefio.

hunc o. O graue supplicium. p a. Atqui consuetudo  
persuasit illis, hoc esse quouis supplicio grauius. c o n.  
Vbi cōtemplor quid posse persuasio, propemodū assen-  
tior tibi. Etenim si quis uellet furem aut homicidam affi-  
care extrema ignominia, nonne satis esset, si praevideret  
intervalam supra nates, si partes pudendas turpiter  
prominentes lupinis pellibus conuestiret, caligas diuer-  
sis coloribus uariegaret. uestem, qua thoracem tegit ac  
brachia, totā cōscinderet, ueluti recte faciens ē uestie, sca-  
pulas & pectus nudaret, barbam partim demeteret no-  
nacula, partim demitteret, partim intorqueret, capillos  
tonderet, adderet pileum undiq; scelum, cum ingenti fa-  
sculo plumarū, ac sic iuberet prodire in publicū: non  
ne magis traduceret hominē, quam si morionis cucullā  
adderet cum auriculis praelongis ac tintinnabulis? Et ta-  
men sic ulro se ornāt milites, ac sibi placent: & reperi-  
vint quibus hoc pulchrū uideatur, cum nihil possit esse  
insanius. p a. Imo non desunt honesti ciues, qui hoc pro-  
scribus emulentur. c o. Atqui si quis nūc conetur Indo-  
rum amulari cultū, qui plumis avium uestiūtur, nonne  
pueris omnibus uideretur insanius? p a. Prorsus. c o. At-  
qui quod nos miramur, etiā longē insanius est illo. Proin-  
de uerum est, nihil esse tam absurdum, quod non com-  
mendet assuetudo: ita negari non potest, in uestibus esse  
quoddam decorum, quod apud sanos & cordatos semper  
decorum est: ac rursus indecorū, quod apud omnes  
quispiunt indecorū uideri debet. Quis enim non videt,  
quoties uidet foeminas onustas longa uestis coronide,  
que nobilitatem generis caudæ longitudine metiuntur?  
Quanquam hoc non pudet imitari quosdam cardinales  
duntaxat

Coronide,

qui nunc car-

dam uocant.

duntaxat in pallijs. Et tamen res est adeò uiolenta consuetudo, ut non sit huic aut illi liberum mutare, quod receptum est. P A. Satis de consuetudine. Sed dic tu mihi, quid sentias, utrum existimes satius, monachos non differe à cæteris cultu, an differre? C O. Evidem arbitror simplicius & Christianus, non estimari quenquam exceptu, modo sit honestus ac decorus. P A. Cur igitur uos non abiicitis cucullas? C O. Cur Apostoli non statim uescibatur cibis quibuslibet? P A. Nescio, dic tu. C O. Quoniam obstabat iniuncta consuetudo. Quod enim penitus infixum est animis hominum, multoq; usu confirmatum inueterauit, ac uelut in naturā abiit, subito tolli sine magna pernicie tranquillitatis humanæ non potest: sed ita paulatim submouendum est, quemadmodum ille reuulsit pilos caudæ equinae. P A. Tollerarem, si monachorum omnium esset unus cultus: tot discrimina quis ferat? C O.

**Caudæ equi.** nra, id ē paula tim. uide pro. **Caudæ pilos equini uellere** sit non commentus est nouum cultum, sed is quo tum utebatur cum suis, erat cultus laici simplicis ac probi. Nec Franciscus inuenit nouam formam, sed hec erat ueritas pauperum ac rusticorum. Postiores addiuis qui busdam uerterunt rem in superstitionem. Nonne uiderimus & hodie quasdam anus tenentes sui seculi cultum, qui magis est diuersus à cultu horum temporum, quam meus cultus abest à tuo? P A. Videmus. C O. Itaq; quum hunc cultum uides, uides reliquias prisci seculi. P A. Ergo nihil habet aliud sanctimoniac cultus uester? C O. Nullus prorsus. P A. Quidam iactant istos cultus premonstratos diuinitus à diua uirgine matre. C O. Ista sunt hominum somnia. P A. Sunt qui desperent se posse à mori

bona leſcere, ni uestiantur cultu Dominicano: imo, qui  
nō ſpeliri quidem uelint, niſi ueste Francifana. c o. Iſta  
quia uident, aut captatores ſunt, aut fatui: qui credūt, ſu-  
perstitiosi. Deus nō minus dignofcit nebulonem in ueste  
Francifana, quam in militari. p a. At minor eſt pluma  
uarietas in auibus, quam in uobis cultus. c o. At nō  
itq; pulchrū eſt imitari naturā: ſed pulchrius uincere.  
p a. Utinam uinceretis & roſtrorū uarietate. c o. Sed  
age uarietati quoq; patrocinabor, ſi pateris. Nonne ali-  
ter uenſit uir Hispanus, aliter Italus, aliter Gallus, aliter  
Germanus, aliter Græcus, aliter Turca, aliter Saracenus?  
p a. Scilicet. c o. Et in eadem regione quanta uarietas  
ueſtium, etiam in eiusdem ſexu, etatibus, & ordinis homi-  
nibus? Quantò aliud cultus Veneto, aliud Florētino, aliud  
Romano? Atq; hæc intra unam Italianam. p a. Credo. c o.  
Hinc nata eſt & noſtra uarietas: Dominicus ſum pfit cul-  
tum à probis agricolis eius Hispaniae partis, in qua uixit:  
Benedictus à rusticis eius Italiae partis, in qua uixit:  
Franciscus ab agricolis diuerſae partis: atq; item de cete-  
ris. p a. Proinde quantū uideo, uos nihil eſtis ſanctiorcs  
nobis, niſi ſanctius uixeritis. c o. Imo peiores uobis, qui  
paru pie uiuētes, grauius offendamus animos simpliciū.  
p a. Eſt igitur aliqua ſpes de nobis, qui nec patronum ha-  
bemus, nec cultū, nec regulam, nec profeſionem? c o. Ha-  
beſ, ô bone, uide ut ſerues: quære à ſuſcepitoribus tuis,  
quid profeſſus ſis in baptismo, quam uestem illic acceper-  
is. Et humana regulam deſyderas, qui regulam Euange-  
licam profeſſus ſis? Deſyderas hominem patronum, qui  
patronū habeas i e s u m Christum? Quū duceres uxo-  
rem, nihil profeſſus es? Cogita, quid debeas coniugi, quid  
liberis,

liberis, quid familia, & senties te plus habere sarcina,  
quam si Francisci regulam professus es. p a. Credis ne  
ullum pandocheū ingredi in ccelum? c o. Quid nō p a.  
Multā fuit ac dicūtur in hac domo, quae parū respondet;  
Euāgeliō. c o. Quae? p a. Alius bibit plus satis, alius ob-  
scenē loquitur, quidā rixantur, quidā obtrectant: deniq;  
an cætera sint casta, nescio. c o. His occurrenteſt;  
quantū potes: si nō potes, certe ne alas questus causa hec  
male, nēue accersas. p a. Nonnunq; parū bone fidei sum  
in uino. c o. Qui sic? p a. Vbi sensero illos plus satis inc  
lēscere, largiter aquā admisceo. c o. Istud quidem leuius  
est, quam si quibuslibet uendas uinū periculis medica-  
mentis infectū. p a. Dic mihi serio, quot dies fuisti in hoc  
itinere? c o. Mēsem fermē. p a. Quis interim uos curat?  
c o. Nōnne bene curantur, qui habent uxorē, liberos, pa-  
rentes & cognatos? p a. Sæpen numero. c o. Tu nō habes  
nisi unā uxorem, nos centū: tu non nisi unicum patrem,  
nos centū: tu non nisi unicā domum, nos centū: tu nō nisi  
paucos liberos, nos innumeratos: tu nō nisi paucos cogni-  
tos, nos infinitos. p a. Qui sic? c o. Quia latius se porrū  
git cognitio spiritus, q; carnis. Et ita nobis pollicitus est  
Christus, & experimur uerum, quod pollicitus est. p a.  
Næ tu mihi pr̄ebuisti sat lepidum coniuū: cmoriar, n̄i  
malim hanc confabulationē, q; pastoris compotationem.  
Cras dignaberis aliquid dicere popū: o. Et si post hac con-  
tinget te hāc facere iter, scito tibi hic paratū locum. c o.  
Quid si alij ueniant? p a. Nō erunt ingratī, modo tui sp̄  
miles. c o. Meliores, uti spero. p a. Verum inter tā mul-  
tos malos, quomodo dignoscā bonos? c o. Dicā pauci,  
sed in aurē. p a. Dic. c o. p a. Memir ero, & faciā.

ABBATIS

ANTRONIVS. MAGDALA.

A N. Quam hic ego suppellectilem uideo? M A. An nois  
degantē? A N. Nescio quām elegantē, certe parū decorā  
Opullæ & matrone. M A. Quamobrem? A N. Quia li-  
borū plena sunt omnia. M A. Tu tantus natu, tum abbas  
Oulicus, nunq̄ uidisti libros in ædibus heroinarū? A N.  
Vidi, sed Gallicè scriptos, hic uideo Grecos & Latinos.

M A. Ans̄ soli Gallicè scripti libri docent sapientiam? A N.

Sed decet hoc heroinas, ut habeant, quo delectent ocium. Heroinas ap-

M A. An solis heroinis licet sapere, ac suauiter uiuere? pellit potentes

A N. Male connectis, sapere, & suauiter uiuere: nō est mu-

libre sapere, heroinarū est suauiter uiuere. M A. Nōnne

omnī est bene uiuere? A N. Opinor. M A. Qui potest aut

suauiter uiuere, qui non uiuat bene? A N. Imo qui potest

suauiter uiuere, qui uiuat bene? M A. Ergo tu probas eos,

qui uiuunt male, modo suauiter? A N. Arbitror illos bene

uiuere, qui uiuunt suauiter. M A. Sed ista suauitas unde

proficietur, è rebus extrarijs, an ex animo? A N. È re-

bus extrarijs. M A. O subtilem abbate, sed crassum philo-

sophi. Dic mihi, quibus rebus tu metiris suauitatem? A N.

Somno, cōuiuijs, libertate faciendi quæ uelis, pecunia, ho-

noriibus. M A. Verum si ipsis rebus Deus addiderit sapien-

tiam, num uiues suauiter? A N. Quid appellas sapientiam?

M A. Hoc est, si intelligeres hominē non esse felicem, nisi

bonis animi: opes, honores, genus, neq; feliciorē reddere,

neq; meliorē. A N. Valeat ista quidē sapiētia. M A. Quid

si mihi suauius sit legere bonum autorem, quām tibi uer-

nari, potare, aut ludere aleam, non uidebor tibi suauiter

uiuere? A N. Ego nō uiuerem. M A. Non quero quid tibi

suauissimū, sed quid deberet esse suave. A N. Ego nos

lim meos monachos frequētes esse in libris. M A. At men  
maritus hoc maximē probat. Sed quam ob rem tandem nō  
probas hoc in monachis? A N. Quoniā experior illos mi  
nus morigeros: Respōsant ex Decretis, ex Decretalibus,  
ex Petro, ex Paulo. M A. Imperas igitur quae pugnat cum  
Petro & Paulo? A N. Quid illi doceant, nescio: sed tamen  
non amo monachū responsatorē, neq; uelim quenquam  
meorū plus sapere, quam ego sapiā. M A. Istud ita uitari  
poſſit, si tu des operam, ut quamplurimū sapias. A N. Nō  
est ocium. M A. Qū sic. A N. Quia non uacat. M A. Non  
uacat sapere? A N. Non. M A. Quid obstat? A N. Prolixa  
preces, cura rei domesticæ, uenatus, equi, cultus aule.  
M A. Itāne ista tibi sunt potiora sapientia? A N. Nobis ſic  
uſu uenit. M A. Iam illud mihi dicito, ſi quis Iupiter hanc  
potestatem tibi daret, ut poſſis & monachos tuos & tei  
pſum uertere in quodcunq; animal uelles, an illos in por  
cos uerteres, teipſum in equū? A N. Nequaq;. M A. Atqui  
ſic uitares, ne quis plus te uno ſaperet. A N. Mea non ma  
gni referret, quod genus animātis eſſent monachi, modo  
ipſe eſſem homo. M A. An hominē eſſe censes, qui nec ſa  
piat, nec uelit ſapere? A N. Mihi ſapiō. M A. Et ſibi ſapiū  
ſuſ. A N. Videre mihi ſophiſtria quæpiam, ita argutaria.  
M A. Non dicā quid tu mihi uidearis. Sed cur hęc diſſi  
cet ſupellex? A N. Quia fuſus & colus ſunt arma muſo  
bria. M A. Nónne matrona eſt, administrare rem dome  
ſticam, crudire liberos? A N. Eſt. M A. An rem tantā exiſti  
mas administrari poſſe ſine ſapientia? A N. Nō arbitror.  
M A. At hanc ſapientiā docēt me libri. A N. Ego domi lu  
beo ſexaginta duos monachos, tamen nullū librum repre  
ries in meo cubiculo. M A. Bene itaq; proſpectū eſt mona  
chis

clavis. A N. Feram libros, non fero Latinos. M A. Quia  
propter? A N. Quia nō conuenit ea lingua foemini. M A.  
Expecto causam. A N. Quia parū facit ad tuendā illarū  
pudicitā. M A. Ergo nugaciſsimis fabulis pleni libri Gal-  
lice scripti faciunt ad pudicitiam? A N. Aliud est. M A. Dic  
quicquid iſtud est, aperte. A N. Tutiōres sunt à sacerdoti-  
bus, si nesciant Latine. M A. Imò iſthinc minimū est peri-  
cili uestra opera: quandoquidē hoc agitis ſedulo, ne ſciā-  
ti Latine. A N. Vulgus ita ſentit, quia rarū & insolitum  
eſt, foemina ſcire Latine. M A. Quid mihi citas uulgum,  
peſimū bene gerendæ rei autorem? Quid mihi consuetus  
dinem, omniū malarum rerū magistrā? Optimis aſſue-  
ſendum: ita fiet ſolitum, quod erat insolitum: & ſuaue  
fiet, quod erat insuaue: fiet decorū, quod uidebatur inde-  
corum. A N. Audio. M A. Nōnne decorū eſt foeminā in  
Germania natā discere Gallice? A N. Maxime. M A. Quā  
obrem? A N. Ut loquantur cum his, qui ſciunt Gallice.  
M A. Et mihi putas indecorum, ſi diſcam Latine, ut quoti-  
die confabuler cum tot autoribus, tam facundis, tam eru-  
ditis, tam ſapientibus, tam fidis consultoribus? A N. Libri  
adūmunt multum cerebri foeminiſ, quū alioqui parū illis  
ſuperfit. M A. Quantum nobis ſuperfit, neſcio, certe mihi  
quantulumcunq; eſt, malim in bonis ſtudijs consumere,  
quam in precibus, ſine mente dicitis, in pernoctibus con-  
uiuijs, in exhauriendis capacibus pateris. A N. Librorū  
familiaritas parit insaniā. M A. An colloquia combi-  
bonum, ſcurrarum & ſannionū tibi nō pariunt insaniā?  
A N. Imò depellunt tedium. M A. Qui ſiat igitur, ut tam  
moeni confabuloncs mihi pariant insaniā? A N. Sic aliū.  
M A. At aliud ipſa loquitur res. Quanto plures uidemus,

quibus immoda potatio, & intempestiva cōuinia, quibus temulēta perugilia, quibus impotentes affectus pererunt insanā? A N. Ego sane nolle uxore doctā. M A. At ego mihi gratulor, cui cōtigerit maritus tui diſimilis nam & illum mihi, & me illi chariorē reddit eruditio. A N. Immēsis laboribus comparatur eruditio, ac post moriendum est. M A. Dic mihi uir egregie, si cras tibi moriendum esset, utrū malles mori stultior an sapiētor? A N. Si citra labore contingere sapientia. M A. Sed nihil homini citra labore contingit in hac uita, & tamen quicquid paratu est, quantis uis laboribus comparatu est, hic relinquendum est: cur pigeat nos in re omnū preciosissima sumere laboris aliquid, cuius fructus nos in alteram quoq; uitā comitatur? A N. Frequenter audiui uulgō dicī fœminam sapientē bis stultam esse. M A. Isthus quidē dicitur, sed à stultis. Fœmina quæ ueres sapit, nō uidetur sibi sapere: contrā, quæ quū nihil sapiat, sibi uidetur sapere, ea demū bis stulta est. A N. Nescio quomodo sit, ut quemadmodū clitellæ non conueniunt boui, ita nec literæ mulierum.

Clitelle. Vide eri. M A. Atqui negare nō potes, quin magis quadrēt clitellæ boui, quam mitra asino aut sui. Quid sentis de Virginie matre? A N. Optime. M A. Nōnne uersabatur in libris? A N. Versabatur, at non in istis. M A. Quid igitur legebat? A N. Horas canonicas. M A. Ad quem usum? A N.

Ordinis Bene dicunt. Ridicule, quū Benedicti non dū est natus.

Ordinis Benedictini. M A. Sit ita sane. Quid Paula & Eustochium, nōnne uersabantur in sacris libris? A N. Verū isthuc nunc rarū est. M A. Sic olim rara uis erat Abbas indoctus, nūc nihil uulgatus: olim principes & Cesares eruditione nō minus quam imperio præminebant. Neq; tamen usq; adeo rarum est, quam tu putas: sunt in Hispaniis,

sunt in Italia non paucæ mulieres ad primè nobiles,  
quæcū quouis uiro queā contēdere: sunt in Anglia Mo-  
rie, sunt in Germania Bilibaldica & Blaurerica. Quod  
miseris uos, res eō tandem euadet, ut nos præsideas  
nus in scholis Theogolicis ut concionemur in templis,  
occupabimus mitras uestras. A N. Ista Deus auertat. M A.  
Imo uestrū erit hoc auertere. Quod si pergetis, ut cœpis-  
sis, citius an seres concionaturi sunt, quam uos mutos pa-  
stores ferant. Videtis iam in uerti mundi scenam: aut de-  
ponenda est persona, aut agenda sunt sue cuiq; partes.  
A N. Vnde incidi in hanc foeminam? Si quādo uises nos,  
egote suauius accipiam. M A. Quibus modis? A N. Saltæ  
bimus, bibemus affatim, uenabimur, ludemus, ridebimus.  
M A. Mihi quidem iam nunc ridere libet.

### EPITHALAMIVM PETRI AEGIDI.

ALYPIVS. BALBINVS. MVSÆ.

A L. Deum immortalē, quod ego nouum spectaculū hic  
video? B A. Aut tu uides quod nusquā est, aut mei parum  
prospiciunt oculi. A L. Atqui mirum spectaculum est &  
amabile. B A. Enecas, dic ubi uides? A L. Ad leuā in hoc  
colle nemoroſo. B A. Collē video. A L. Nō uides puellarū  
chorum? B A. Quid tibi uenit in mentē, ut nos ad istum  
modum ludos facias? Ego ne muscam quidē puellam usq;  
conficor. A L. Tace, prodeant ē nemore. Papē, qui ni-  
tor, que gratia: nō humanum est hoc spectaculum. B A.  
Que hunc agitant intempriæ? A L. Agnosco, nouē sunt  
Musæ cum tribus Gratijs, demiror quid ag int, nunquam  
audi cultiores aut magis alacres: omnes sunt redimitæ  
lauro, & sum quaq; gerit organū. Porro Gratia quām

amabiliter sibi hæret, quam decet nullo astricta cingulo  
uestis, ac liberis diffluens lacinijs. B A. At ego nunquam  
audiui quenquam magis delirantem, quam te. A L. Imò nem  
nem uidisti me feliciorē. B A. Cur hic solus habes oculos?

A L. Quia non bibisti ex fonte Musarū; nam his solis con  
spicuae sunt Musæ. B A. Ego affatim hausi e fonte Scotti.  
A L. Non ille fons est Musarum, sed lacus ranarum. B A.  
Non potes efficere, ut ipse uideā hoc spectaculū. A L.  
Possem, si quidem adesset laurus: nam liquor e fonte lim  
pido, ramo lauri aspersus, oculos reddit huiusmodi spe  
ctaculorū perspicaces. B A. Ecce laurus, ecce fonticulus.

A L. Cōmodum profectō. B A. Asperge. A L. Intende, ui  
des ne? B A. Quantū antea. Asperge rursus. A L. Iamne  
uides? B A. Tantundem. Asperge copiosius. A L. Iam ui  
des opinor. B A. Imò uix te uideo. A L. Misericordia, quam peni

tuos oculos tuos obfedit τὸ σκότος. Hec ars uel aurigā da  
ret oculos. Verum non est quod crucieris, præstiterit for  
tasse nō uidere, ne tali præmio uideas musas, quali Acteon  
uidit Dianam. Periculū cū nim̄ esset, ne te uertant in histri  
cem, aut aprum sylvestrem, aut porcum, aut camelū, aut  
ranam, aut graculum. Efficiā tamen, ut audias, modo ne  
obstrepas. Iam huc deflectunt uiam, occurramus. χαρῆ  
τρισπένθοι διαι. M V. Kai σὺ μάλα χαῖρε φιλόμυσος. A L. Quid  
uclicas? B A. Non præstas quod promiseras. A L. An nō

i. auete opta  
tissime Deę.  
η σὺ etc. id ē, igitur Latine. Quō nam est iter tam cultis, tamq; alacri  
Et tu multum bus? Num inuisitis Lauoniensium Academiā? M V. Bona  
salue Musarū amator. uerba. A L. Quam ob rem? M V. Quis nunc illic nobis lo  
Blaue pro  
prie camelo  
rum est. cus, ubi tot porci obgrunniunt, obrudunt asini, obblasfi  
unt cameli, obstrepunt graculi, obgarriunt picæ? A L.

Aliqui sunt & illic, quibus uestru numen est uenerandū.

M V . Scimus, eoq; post annos aliquot illic cōmigrabimus.

Nondum reuoluta seculorū periodus diem illum fatalem  
aducit. Erit enim qui illic nobis amœnum extruet domi,  
cilius, uel templum potius, quo uix alibi magnificentius  
ac sanctius. A L . Non est fas scire quisnam tantum decus  
inuenitur sit nostræ ditionis? M V . Tibi fas est, nostrorum

saceroru mystæ. Non dubium est, quin tibi notū sit toto or  
be celebre Busidianorum nomen. A L . Heroicum genus  
nominasti, & ornandis summorū principum aulis natū.  
Quis enim nō ueneratur magnū illum Franciscum Bus-

tidium Besuntinae ecclesiæ præfulem, qui unus non unum

Nestorem præsttit Philippo maximi Maximiliani filio,

Caroli, qui maior futurus est patri? M V . O felices nos,

ni si fata uirū illum terris inuidissent. Quantus erat ille

meccenas honestorum studiorum, quam candidus fautor

ingeniorum. Sed reliquit fratres duos. Aegidium, admī

rabilis iudicio prudentiaq; uirum, & Hieronymum. A L .

Hieronymum nouimus omni literarū genere perpolitū,

omni uirtutum genere decoratū. M V . Nec eum fata lon-

geum esse patientur, tametsi nemo dignior est immorta

litate. A L . Vnde ista nostis? M V . Apollo nobis denerra-

vit. A L . Quænam est ista fatorū inuidia, ut optima quæq;

protinus subducant? M V . Id quidem nō est huius tempo-

ris philosophari, sed Hieronymus hic summa cum laude

moriens, uniuersas opes suas destinabit instituendo Loua-

nij collegio, in quo gratis & publicitus tres linguas erudi-

tissimi uiri profitebuntur. Ea res magnum ornamentum

adiunget, & studijs, & Caroli gloriae. Tum non illibēter

uersabimur Louanijs. A L . Quo nunc igitur est itc? M V .

Periodus, clausus  
cuitus.

Mystæ, qui  
sacris initiati  
sunt, à uerbo  
uviv, quod  
ipsum à silencio  
dictum.

Antuerpiam. A L. Muse & Gratiæ ad mercatū. M V. Ne  
quaquam, imò ad nuptias. A L. Quid uirginibus cum nu-  
ptijs? M V. Ad tales nuptias non est indecorū ire uirgines.  
A L. Quas igitur nuptias narras? M V. Sanctas, puras, ca-  
stas, ad quas nō puderet ipsum adire Palladē, & arbitror  
ad futurā. A L. Non est fas scire sponsi nomen & sponsas?  
M V. Arbitror tibi non ignotū esse candidissimū illum iu-  
uenē, & omnibus politioris literaturæ delicijs expositissi-  
mum, Petru Aegidium. A L. Gemmam nominasti, non  
hominē. M V. Ei nubet Cornelia uirgūcula uel ipso digna  
Apolline. A L. Ille quidem uestri cultor eximus à teneris  
annis fuit. M V. Huic igitur canemus epithalamium. A L.  
Et saltabunt Gratiæ? M V. Nō modo saltabunt, uerū etiā  
duo candidissima pectora indissolubilibus mutuae bene-  
volentiae nodis copulabunt, ut nihil unq̄ inter illos posit  
incidente uel ire, uel tēdij. Illa perpetuum nihil audiet ni-  
si mea lux: ille uiciſſim nihil nisi anime mi. Atque huic  
iucunditati ne senectus quidem quicq̄ detrahet, imò poi-  
tius adiūget aliquid. A L. Demirarer, si qui sic uiuūt, pos-  
sint senescere. M V. Recete mones, nam maturitas erit poi-  
tius, quam senectus. A L. Atqui noui permultos, quibus  
intra menses treis iste uerborū blanditiæ longè in diuer-  
sum uersæ sunt, & in cōuiuio pro lepidis iocis uolitabat  
disci & quadrula. Maritus pro anime mi, audiebat, fun-

Acoo, mulier gus, lagena, spongia: uxor, scropha, Acco, uomica. M V.  
ob stutitiam nobilis.

Vomica, hul-  
cus, sic appel-  
lamus nobis  
molestos.

Vera prædicas, sed istiusmodi nuptiæ Gratijs iratis coie-  
rant, hic perpetuò morū iucunditas alet mutuā bencuo-  
lentiā. A L. Narras tu quidē rarā matrimonij felicitatem.

M V. Tam raras uirtutes rara decet felicitas. A L. Quid  
coibūt nuptiæ absq; iunone & Venere? M V. Juno quidē  
non

non aderit rixosa dea, & cui rarò bene conuenit cū suo  
loue. Ne Venus quidē illa terrestris & ebriosa, uerum al-  
tera illa cœlestis, que conciliat formas animorū. A L. Pro-  
inde sterile matrimoniu mīhi narras. M V. Nequaq̄, imo  
felicissimè fœcundum. A L. Quid illa cœlestis gignit nūsi  
animos? M V. Imo addit & corpora, sed iphis animis mori-  
gera, perinde quasi gêmeo myrothecio indas opobalsa-  
mum. A L. Vbi nam est ea? M V. En tibi procul aduentat.  
A L. Video: Deum immortale, qui fulgor, quæ formæ ma-  
iestas. Ad hanc quidē altera Venus inuenta est. M V. Vi-  
des quām molesti Cupidines, nequaq̄ cæci, quemadmodū  
illi, quibus altera dementat animos mortalium: sed oculi  
tibimi: nec habent insanas faces, sed ignes placidiſimos:  
nachabent plumbeas cuspides, quibus immittunt odium  
amantis, ac miseros animos amore nō mutuo discruciat.  
A L. Planē matrē referūt. O felicē illā domū, & superis  
egregiè charā. Cæterū licet ne audire epithalamium car-  
men, quod illi destinastis? M V. Imo rogamus, ut libeat au-

C L I O .

Candida laurigero nubit Cornelia Petro,  
Auspicijs adsint numina dextra bonis.

M E L P O M E N E .

Contingat illis turturum concordia,  
Corniculæ uiuacitas.

T H A L I A .

Ille charitate Gracchum Tiberium præcesserit,  
Qui sua uitam anteposuit coniugis Corneliae.

E V T E R P E .

Ille charitate superet coniugem Admeti ducis,  
Quæ uolens mortem mariti morte mutauit sua.

T E R P S I

Illa terrestris.  
Alius sit ad hoc  
quod Socra-  
tes apud Pla-  
tonē facit du-  
as Veneres,  
duos Cupidi-  
nes.

Myrothecio  
uasculum un-  
guentarium.

(dire.

Graechū Ti-  
ber. lege Plu-  
tarcl. in Grae-  
chis, statim na-  
principio.

Cornelij. De  
lac extat tra-  
gedia Eurí-  
pedis. Memi-  
nit & Valer.

Max. lib. 4.  
cap. 6. Atque  
ibidē de Plan-  
cio & Hor-  
stilla. Rursus  
ibidē de Por-  
cia Catonis fi-  
lia. Brutius co-  
re.

## TERPSICHORE.

*Ille non flagret leuiore flamma,  
Attamen fato meliore, quām olim  
Plancius raptæ sociæ grauatur  
Esse superstes.*

## ERATO.

*Illa non flagret leuiore flamma,  
Attamen longe meliore fato,  
Casta quām sanclum deamauit olim  
Porcia Brutum.*

## CALLIOPE.

*Sponsum moribus undiquaq; sanctis,  
Nec Nasica probatus antecellat.*

## VRANIA.

*Vxor moribus undiquaq; castis,  
Sulpitia Pa- Vincat Sulpitiam Paternaliam.  
terculi filia,  
uxor Fulvij*

## POLYHYMNIA.

*Flacci, quæ Laudetur simili prole puerpera.  
ob pudicitia è Accrescat domui res simul & decus,  
centū matro. Sed liuore uacet, si fieri potest,  
nis electa fuit ad dedicandū Rome Ve. Factis egregijs debita gloria.*

*neris simula- A L. Prorsus inuiderē illi Petro Aegidio, nisi tatus esset  
christ. Memi- hominis candor, ut ipse nemini posset inuidere. M V. Sed  
nit T. Lui. iam tempus est, ut coeptū carpamus iter. A L. Nūquid est  
-*

*quod interim uelitis renunciari Louaniū? M V. Ut nostro  
nomine salutes amicos oēs candidos ac nostri studiosos:  
sed præ ceteris uetusissimū nostri chori cultore Ioanne*

*Res nō ema- gni sumptus. Plaudanū, Iodocū Gauerium, Martinū Dorpium, & Io-  
Videtur hoc annē Borsalū. A L. Id quidē fiet diligēter. Quid ceteris?  
dictū in aurē. M V. Dicā in aurē. A L. Res nō est magni sumptus: itaq;  
ne suzendant fiet quamprimum.*

## EXOR

EXORCISMVS, SIVE  
SPECTRVM.

368

THOMAS. ANSHELMVS.

TH. Quid est bone rei, quod tecum rides tam suauiter,  
quasi thesaurū nactus sis? A N. Nō procul aberrat à scō  
potua diuinatio. TH. At non impartes sodali quicquid  
isthuc est boni? A N. Imò iamdudum optabam mihi dari  
quempiā, in cuius sinum effunderē hoc meum gaudium.  
TH. Age igitur imparti. A N. Audiui modo fabulam lepi  
diſsimam, quam iures esse comicū figmentū, nisi mihi lo  
cus, personæ, totaq; res c̄set tam nota, quām tu notus es  
mihi. TH. Audire gestio. A N. Nostine Polū Fauni genet  
rum. TH. Maximc. A N. Is est & autor, & actor huius fa  
bulæ. TH. Facile crediderim: nam ille uel absq; persona  
posit quamvis agere fabulā. A N. Sic est. Nosti, opinor, &  
predium quod habet nō ita procul à Londino. TH. Phy.  
Nō semel illuc compotauiimus. A N. Agnoscis igitur uians  
urinq; arboribus pari digestis interuallo septā. TH. Ad  
levam ediū partem, altero ferè balistæ iactu. A N. Tenes.  
Alterū uiae latus habet alueum siccū, dumis ac ucpribus  
obſitū, è ponticulo iter est in apertā planiciem. TH. Me  
mini. A N. Iam pridem uagabatur rumor ac fabula per  
eius loci rusticos, iuxta ponticulū hūc obuersari spectrū  
quoddā, cuius subinde exaudirentur miserandi ciulatus,  
suspicabantur animā esse cuiuspiā, quæ diris cruciatibus  
torqueretur. TH. Quis autor erat istius rumoris? A N.  
Quis, nisi Polus? Hoc proœmii præstruxerat sue fabulæ.  
TH. Quid isti uenit in mentem, ut ista confingeret? A N.  
Nescio, nisi quia sic est hominis ingenium, gaudet huius  
modi cōmentis ludere stultitiam populi. Dicā quid nuper  
designarit huius generis. Simul equitabamus aliquam  
multi

multi Richemondam, inter quos erat quos tu diceret eos  
datos homines. Cœlum erat mirè serenu, nec ulla usquā  
nubecula suffusatum. Ibi Polus intentis in cœlum oculis,  
signauit totam faciē ac scapulas imagine crucis, & multū  
ad stupore compōsito, it i secum: Deum immortale, quid  
ego uideo? Rogantibus qui proximè equitabant, quid uī  
deret: rursus obsignans se maiore cruce: Auctorat, inquit,  
clementissimus deus hoc ostentum. Quum instarent auī  
ditate cognoscendi, ille defixis in cœlum oculis, ac digito  
cōmonstrans cœli locum: Nōnne, inquit, uidetis illic im  
manem draconem, igneis armatū cornibus, caude in cir  
culum retorta? Quum negaret se uidere, atq; ille iussisset  
oculos intenderent, ac locum subinde cōmonstraret, tan  
dem unusquispiam, ne uideretur parum oculatus, affi  
mavit se quoq; uidere. Hunc imitatus est unus item atq;  
alter: pudebant enim non uidere quod tam esset persp  
cum. Quid multis? Intra triduum rumor hic totam An  
gliam peruaserat, tale portentum apparuisse. Mirum aut  
quantum fama popularis addidit fabulæ. Nec decrāt, qui  
quid sibi uellet ostentū, interpretarentur serio. Horū ful  
tūlia ille qui cōmentus fuerat argumentum, magna cum  
uoluptate fruebatur. T H. Agnosco hominis ingeniu. Sed  
redi ad spectrum. A N. Interea cōmodum diuerit ad Po  
lum Faunus quidam sacerdos, ex eorum genere quibus  
nō satis est appellari Latine regulares, nisi Gracē cogno  
men idem accinatur, parochus uici illic alicunde uicini.  
Is sibi non uulgariter uidebatur sapere, prasertim in rei  
bus sacris. T H. Intelligo, repertus est actor fabule. A N.  
Super coenam ortus est sermo de rumore spectri. Quum  
Polus sentiret Fauno rumorem hunc nō solum auditum  
esse,

seuerā etiam creditum, cœpit hominem obtestari, uir  
datus ac pius succurreret animulæ tam dira patientis:  
O si quid dubitas, inquit, explora rem, obambula ad de-  
cimam iuxta ponticulū illum, & audies miserrū eiulaiū:  
adunges tibi quem uoles comitē, ita & tutior audies, &  
certius. T H. Quid deinde? A N. Cœna peracta Polus ex  
more abit uenatum, aut aucupatum. Faunus obambulā  
quum iam tenebrazione sustulissent certum de rebus iudiciū,  
tandem audit miserandos gemitus. Hos Polus artifex mirē  
effungebat, abditus illic in uepreto, adhibita ad id olla fu-  
fili, quo uox ē cauo reddita lugubrius quiddam sonaret.  
T H. Hec fabula, ut uideo, uincit phasma Menandri. A N.  
Magis isthuc dices, si totam audieris. Faunus domum se  
recepit, narrare cupiēs quid audisset. Polus alia uia con-  
pendiaria iā antuerterat. Ibi Faunus narrat Polo, quod  
erat astum, & aliquid etiam affingit, quo res esset admi-  
rabilior. T H. Poterat interim Polus tenere risum? A N.  
Illē ne! Vultū habet in manu: dixisse rem seriō agi. Tani-  
dem Faunus uchementer obtestante Polo, suscepit nego-  
cium exorcismi, ac totam eam noctem agit insomniū,  
dum dissipit quibus modis rem aggredetur tuto: nam  
sibi quoq; misere metuebat. Primum itaq; congesti sunt  
exorcismi efficacissimi, & additi noui nonnulli per uisce-  
rabeate Mariæ, per ossa beate Vuerensridæ. Deinde de-  
lectus est locus in planicie uicina uepreto, unde uox exau-  
diebatur: circunductus est circulus satis amplius, qui cre-  
bras haberet crucis, uariasq; notulas. Hec omnia perage-  
bantur uerbis conceptis. Adhibitum est uas ingens, ple-  
num aquæ consecratæ. Addita est in collum sacra stola,  
quam uocat, unde pendebat initū Euengelij secundum

Ioannē. In loculis habebat cerulam, à Romano pontifice  
quotannis consecrari solitam, quæ uulgo dicitur, Agnus  
Dci. His armis olim se muniebat aduersus noxios demo-  
nes, priusq; illis Francisci cuculla cœpit esse formidabilis.  
Hac omnia procurata sunt, ne si spiritus malus esset, im-  
petum faceret in exorcistā. Nec tamen ausus est se solum  
huic circulo cōmittere, sed decretū est, adhibendū esse sa-  
cerdotē alterum. Ibi Polus metuens, ne si nasutior adiun-  
ctus fuisset, proderetur fabulæ mysterium, adiungit paro-  
chum quendā ex uicinia, cui rem totam aperit: sic enim  
postulabat actio fabulæ, & eratis qui à tali ludo non abi-  
borreret. Postridie rebus omnibus rite preparatis, sub  
horam decimā Faunus cum parocho circulū ingreditur.  
Polus qui præcesserat è uepreto gemit miserabiliter. Fau-  
nus auspicatur exorcismum. Interim Polus clām per tene-  
bras subducit se in uillā proximā, illinc adducit aliā per-  
sonam fabulæ: nec enim poterat nisi per multos agi. TH.  
Quid faciunt? A N. Conscendunt equos nigros, ignem oc-  
cultū secum ferūt. Vbi nō procul abessent à circulo, ignē  
ostentant, quo metu Faunum abigerent à circulo. TH.  
Quantū operæ sumpsit Polus ille, ut falleret? A N. Sic est  
homo. Verum ea res propemodū pēsimè cesserat illis.  
TH. Quid sic? A N. Nam equi subito prolato igne, conser-  
nati, parū absuit quin & sc præcipitarēt, & scissores. Ha-  
bes primū actum fabulæ. Vbi redditum est in colloquium,  
Polus uelut ignarus omnium, rogat quid esset actum. Ibi  
Faunus narrat sibi conspectos duos tēterrīmos cacodes  
mones, in nigris equis, oculis igneis, ac naribus spirantes  
ignē, qui tentassent ingredi circulū, uerū efficacibus uer-  
bis abactos in malam rem. His rebus quum accreuiſſet

Fauno, postero die summo cum apparatu rediit  
in circulum, quumq; diu multis obtestationibus prouocass  
spectru, Polus rursum cum collega suo procul ostendit  
se ex equis atris horrendo fremitu, quasi cuperet irrum  
pere in circulum. TH. Nihil habebant ignis? A N. Nihil,  
nam id male cesserat, sed audi aliud cōmentū: Ducebant  
longum funem: co leuiter per humum tracto, dum hinc  
aq; hinc uterq; se proripit, uelut abacti exorcismis Fau  
ni, sacerdotē utrunq; unā cum vase quod habebat aquæ  
sacré plenū, prouoluunt in terrā. TH. Hoc præmij tulit  
pro sua actione parochus? A N. Tulit, & tamen maluit  
hoc perpeti, quām deserere cœptā fabulā. His ita gestis,  
nisi rediū est ad colloquium, de prædicat apud Polū Fau  
nus, quanto fuisset in periculo, & quām fortiter utrunq;  
cacodemone suis uerbis profligasset, iamq; certam con  
cepserat fiduciā, nullum esse tam noxiū aut impudentem  
demonē, qui posset in circulum irrumpere. TH. Faunus  
ille non multum abest à fatuo. A N. Nihil adhuc audisti.  
Hucusq; progressa fabula, cōmodum superuenit Poli ge  
ner: nam eius filiam duxerat natu maximam, iuuenis, ut  
scis, ingenio mirè festiuo. TH. Scio, nec abhorrens ab hu  
ijsmodi iocis. A N. Abhorrens? Nullum ille uadimonium  
non desereret, si talis uel spectanda, uel agenda esset fabu  
la. Huic sacer rem omnem denarrat, atq; illi deligat par  
tes, ut animā agat. Sumit ornatū, ac lubens cōuoluit se lin  
teo, quemadmodū apud nos solēt funera, habet prunam  
uiuam in testa, quæ per linteum reddebat specie incēdij.  
Sub nocte itum est ad locū, ubi agebatur fabula. Audiu  
tur miri gemitus. Faunus expedit exorcismos oēs. Tan  
dem procul inter uepreatum ostendit se sc̄ anima, subinde

Vadimonii.  
id est, rē quā  
libet seriam.  
Vide Chil.

ostentans ignem, ac miserè suspirans. Hāc quum Faunus  
obtestaretur, ut loqueretur quisnam esset, subito profluit  
ē uipreto Polus ornatu cacodæmonis, fictoq; fremitu. Ni-  
hil, inquit, tibi iuris est in hanc animā, mea est: ac subinde  
procurrit usq; ad oram circuli, uelut impetu facturus in  
exorcistam, moxq; uelut submotus uerbis exorcismi, &  
ui aquæ sacre, quam illi multam aspergit, retrocessit. Tan-  
dē abacto pædagogo dæmons, nascitur dialogismus Fau-  
ni cum anima: percontanti & obstanti respondit se esse  
animā hominis Christiani. Rogata, quo nomine uocare-  
tur, respondit Faunus. Faunus inquit, idem mihi nomen  
est. Iamq; ex cōmuni nomine res cœpit illi magis esse cor-  
di, ut Faunus Faunum liberaret. Quū Faunus multa per-  
contaretur, ne diutina confabulatio proderet fucum, sub-  
ducebat sc̄e anima, negans sibi fas esse diutius colloqui,  
quod tempus urgeret, quo cogeretur abire, quò liberet  
dæmoni: pollicita tamen est sese postridie reddituram ho-  
ra qua fas esset. Rursus conuenit in ædibus Poli, qui  
choragus erat fabulae. Ibi denarrat exorcista quid eſſet  
gestum, nōnulla etiā admentiens, quæ sibi tamen persua-  
debat esse uera. Adeo fauebat negocio quod agebatur.  
Iam hoc compertum erat, scilicet animā esse christianā,  
quæ sub inclemētissimo dæmons diris cruciatis uex-  
retur. Huc omnis conatus intenditur. Verū in exorcismo  
proximo ridiculum quiddam accidit. T H. Obsecro quid-  
nam? A N. Quum Faunus euocasset animā, Polus qui de-  
monē agebat prorsus sic assiliit, quasi intra circulū irru-  
pturus: quumq; contrā Faunus pugnaret exorcismis,  
multamq; uim aquæ aspergeret, tandem exclamat demon-  
se ne pili quidē facere ista omnia: Rem, inquit, habuisti  
puellas,

rella, mei iuris es. Id quū Polus ioco diceret, tamē forte  
fortuna uerū dixisse uisus est: nam exorcista hoc dicto ta-  
ctus illico recipit se in centrum circuli, & nescio quid im-  
mossauit in aurē parocho. Id Polus sentiens, recepit sc̄se,  
nequid audire fas nō esset. TH. Sane Polus  
religiosum ac uerecundum agebat dæmonē. AN. Sic estā  
Reprehendi poterat actio, quod parū meminisset decori.  
Exaudiuī tamen parochi uocē indicentis satisfactionē.  
TH. Quam? AN. Ut ter diceret precationem dominicā:  
ex hoc coniisciebat illum ter habuisse rem eadem nocte.  
TH. Hoc sane regularis ille præter regulā. AN. Homines  
sunt, & lapsus erat humanus. TH. Perge, quid deinde fa-  
dum? AN. Iam Faunus ferocior redit ad orā circuli, &  
ultra prouocat dæmonē. At ille iam timidior refugiebat,  
fūsili me inquiens, si sapuissim, non monuissim te. Per  
fusum est hoc multis, quæ semel sacerdoti confessus sis,  
profus abolita esse è memoria demonis, ne possit oppro-  
bre. TH. Iocum planè ridiculū narras. AN. Sed ut alii  
quando finiam fabulā, diebus aliquot hunc in modū col-  
loquium habitum est cum anima. Summa huc euasit. Ro-  
ganti exorcistæ, num qua uia posset à cruciatu liberari,  
respondit illa, posse, si pecunia quā reliquisset fraude par-  
tam, restitueretur. Ibi Faunus: Quid, inquit, si per bonos  
uitros dispensaretur in pios usus? Respondit, & hoc pro-  
futurū. Hic exhilaratus exorcista, summa diligentia peri-  
contatus est, quanta esset summa. Illa dixit ingentē, quod  
illi erat bonum atq; cōmodum. Indicauit & locum, sed  
procul dißitū, ubi thesaurus hic defossus esset. Præscripsit  
in quos usus uellet impendi. TH. In quos? AN. Ut tres su-  
sciperent peregrinationem, quorum unus adiret limina

Petri, alter iret salutatū Iacobum Compostellanū, tertius  
oscularetur pectinē Iesu, qui est Treueris. Deinde per ali-  
quot monasteria magna uis psalteriorum ac missarum  
perageretur. Quod superesset, ipse pro suo arbitratu-  
spensaret. Iā totus erat in thesauro Fauni animus, illum  
toto pectore deuorarat. T H. Vulgaris morbus est, quanq;  
hoc nomine peculiariter male audiunt sacerdotes. A N.  
Vbi nihil esset omissum, quod ad pecuniae negocium per-  
tinerebat, exorcista submonitus à Polo cœpit animā de cu-  
riosis artibus percontari, de alcumistica, dēq; mage. El  
ad hæc anima quædā respondit pro tempore, ceterū pol-  
licita se plura indicaturā, simulatq; illius opera liberata  
fuissest à paedagogo dæmone. Sit hic, si uideatur, tertius fu-  
bule actus. In quarto Faunus cœpit ubiq; serio prædicar  
re rem prodigiosam, nihil aliud crepare in colloquijs, in  
conuiuijs, polliceri monasterijs magnifica quedam, O  
omnino nihil iā humile loquebatur. Adiit locum, reperit  
signa, nō ausus tamen est effodere thesaurum, quod ani-  
ma inicciisset scrupulum, ingenti periculo facturu, si prius  
quam essent peractæ missæ, thesaurus attingeretur. Iam  
multis nasutioribus subolebat fucus. Quum tamen ille  
nusq; nō deprædiceret suam stultiā, clām admonitus es-  
t ab amicis, præsertim ab abbatे suo, ne qui hactenus habi-  
tus esset vir prudēs, nunc diuersum de sc specimen daret  
omnibus. Ille tamen nullius oratione potuit commoueri,  
quo minus crederet rem esse seriam: adeoq; penitus hac  
imaginatio occupauit animū hominis, ut preter spectra  
malos genios nihil somniaret, nihil loqueretur. Abici-  
erat mentis habitus in ipsam faciem, quæ sic pallebat, sic  
erat extenuata, sic deicta, ut laruā esse diceres, non homi-  
nem.

mm. Quid multis? minimum aberat à uera dementia, ni  
aleri remedio succursum fuisset. T H . Nimirum hic erit  
extremus actus fabulae. A N . Eum tibi reddā. Polus & hu-  
ius gener huiusmodi technam cōmenti sunt. Effinxerunt  
epistolam raris literis descriptā, idq; nō in chartis uulga-  
ribus, sed in his, in quibus aurifices reponunt bracteas au-  
ri, subrubentibus ut scis, luto. Epistolæ sentētia hæc erat:  
Faunus dudum captiuus, nūc liber. Fauno liberatori suo  
optimo salutē æternam: Non est mi Faune, cur tc diutius  
in hoc negotio macceres, respexit Deus animi tui piam  
voluntatem, & illius merito me liberauit à suppicijs.  
ego nūc feliciter ago inter angelos. Te manet locus apud  
diuum Augustinum, qui proximus est Apostolorum cho-  
ro. Vbi ueneris ad nos, agam tibi gratias corām. Inte-  
rim cura, ut uiuas suauiter. Datum è cœlo empyreo, Idi-  
bus Septembribus, anno millesimo quadringentesimo no-  
tagesimo octauo, sub sigillo anuli mei. Hæc epistola clāre  
posita est in altari, ubi facturus erat rem diuinam Fau-  
nus. Ea perfecta subornatus est, qui cum submoneret de-  
re, quasi casu deprehensa. Nunc eam circunfert episto-  
lam, & ostentat ceu rem sacram, nihilq; credit certius,  
quām eam è cœlo perlatam ab angelo. T H . Istud non  
est liberasse hominem insania, sed mutasse insaniae ge-  
nus. A N . Sic est profecto, nisi quod nunc insanit sua-  
vius. T H . Antehac non soleo multum tribuere fabulis,  
que uulgo feruntur de spectris, sed posthac multo mi-  
nus tribuam: suspicor enim ab hominibus credulis, &  
Fauni similibus multa pro ueris prodita literis, quæ si-  
mili artificio sunt adsimulata. A N . Ego pleraque huius  
generis esse credo.

Lalus, lo-

quax.

Philecous,  
audus au-  
diendi.

PHILECOVS. LALV.S.

PH. Quid est nouæ rei, quod sic Lalus apud se ridet, ac penè in cachinos soluitur, subinde signans se crucem? Interpellabo felicitatē hominis. Salve multum amicissime Lale: uidere mihi admodū felix. L A. Atqui felicior ero, si te impartiam hoc gaudio. PH. Fac igitur quamprimum me bees. L A. Nostri Balbinus? PH. Senem illum eruditum, ac uitæ etiam laudatæ? L A. Sic est, ut dicis: sed nullus est mortaliū, qui sapit omnibus horis, aut qui sit undiquaque perfectus. Habet hoc uir ille inter multas egregias dotes nœui, iam olim insanit in artem, quam uocant alcumistam. PH. Haud tu quidem nœuum narras, sed insignem morbum. L A. Vt cunq; est, ille toties delusus ab hoc hominū generc, tamen dudum mirificè passus est sibi dari uerba. PH. Quo pacto? L A. Adiit illum sacerdos quidam, salutauit honorifice, mox sic exorsus est: Doctissime Balbine, mirabere fortassis, quod ignotus sic interpellem te, quem scio nunquam non sanctissimis studijs occupatus. Annuit Balbinus, qui mos est illi, nam uerborum est mirè parcus. PH. Prudentiæ narras argumentū. L A. Verum alter prudentior sic pergit. Ignoscet tamen huic mœi importunitati, si cognoris causam, cur te adierim. Dic, inquit Balbinus, sed paucis, si potes. Dicā, inquit ille, quanto potero compēdio. Scis uir omnium doctissimorum, esse uaria mortalium fata: ego nescio, utro in numero mēponam, felicium, an infelicium. Etenim si mecum fatum altera ex parte cōtemplor, uideor mihi pulchrè felix: si ex altera, nihil me infelicius. Urgente Balbino ut rem confaret in compendium. Finiam, inquit, doctissime Balbine. Id erit mihi facilius apud uirum, cui totū hoc negotium sic

Senatum est, ut nulli notius. P. H. Rhetorem mihi depin-  
gs, non alcumistam. L. A. Mox audies alcumistam. A  
puero mihi, inquit, contigit hec felicitas, ut arte omnium  
maxime expetendam discerem: illam inquam totius phi-  
losophie medullam alcumisticam. Ad nomen alcumi-  
stices non nihil experrectus est Balbinus, gestu duntaxat:  
ceterum gemitu iussit, ut pergeret. Tum ille: Sed o me  
miscrum, inquit, qui non inciderim in cam uiam, quam  
oportuit. Quum Balbinus rogasset, quas nam uias dice-  
ret. Scis, inquit, optimè (quid enim te fugit Balbina, uirū  
undiuaque doctissimum) duplē esse huius artis uiā:  
alteram, quæ dicitur longatio: alteram, quæ dicitur cur-  
tatio. At mihi malo quodam fato contigit in longatio-  
nem incidere. Balbino sciscitante, quod esset discriminem  
uiarum. Impudentem me, inquit, qui haec apud te lo-  
quar, cui sciam haec omnia sic esse nota, ut nulli notiora.  
Itaque supplex huc ad te accurri, ut misertus nostri, di-  
gneris impartire nobis uiam illam felicissimam curtatio-  
nis. Quò peritiores huius artis, hoc potes minore nego-  
tio communicare nobis. Noli tantum Dei donum celare  
fratrem dolore peritum. Ita te I E S U S Christus  
semper maioribus locuplet dotibus. Quum hic non fa-  
ceret obtestandi finem, Balbinus fateri coactus est, se  
prosorsus ignorare, quid esset longatio aut curtatio, iubet  
exponat ipse uim harum uocum. Tum ille: Quanquam,  
inquit, scio me loqui peritiori, tamen, quando ita iubess,  
sciam. Qui totam etatem in hac arte diuina contri-  
uerunt, duabus rationibus uertunt rerum species: al-  
tera que brevior est, sed plusculum habet periculi: al-  
tera que longior est, sed eadem tutior. Ego mihi uidor

infelix, qui hactenus sudarim in ea via, quæ meo animo  
nō arridet, neq; quenquā nancisci potui, qui alterā, cuius  
amore desperio, uellet indicare. Tandē Deus immisit in  
mentem, ut te adire, uirum nō minus pium quām doctū.  
Doctrina tibi præstat, ut facile posis dare quod peto, pie-  
tas cōmouebit, ut uelis opitulari fratri, cuius salus tibi in  
manu est. Ne longum faciā, quū huiusmodi sermonibus  
ueterator ille amouisset à se suspicionē fuci, fidemq; feci,  
set sibi uiam alteram esse perspectissimā, iampridē pri-  
oriebat Balbino animus. Tandem non temperans sibi, va-  
leat, inquit, illa curatio, cuius ego ne nomen quidē unq;  
audiui, tantū abest ut teneam: dic mihi bona fidc, longa-  
tionē tenes exable? Phy, inquit ille ad unguem, sed dispu-  
cet longitudo. Quū Balbinus rogasset, quantū temporis  
requireretur. Nimirum, inquit, totus, penē annus, sed inter-  
rim tutissima est. Ne labora, inquit Balbinus, etiā si toto  
biennio sit opus, modo fidas arti tuæ. Ut rem in pauca  
conferā, conuenit inter eos, ut negotium aggrederentur  
clam in ædibus Balbinī hac lege, ut ille suppeditaret ope-  
ram, Balbinus sumptum, lucrū ex quo ac bono diuide-  
retur: quanq; impostor modestus ultro totum lucrū, quod  
prouenisset, Balbino deferebat: utrinq; iuratū est de silen-  
tio, quod faciunt qui mysterijs initiantur. Iam illicò nume-

Decoquere, ratur pecunia, unde artifex mercaretur ollas, ultra, cari-  
est nequit pro bones, reliquas quæ ad instruendam officinam pertinent.  
fundere. Inde decoctores. Ibi noster alcumista suauiter in scorta, aleam, & compota  
Vertere rerū species. Nam tiones decoquit eam pecuniam. P H. Hoc nimirū est euer-  
id profitentur id rerum species. L A. Vrgente Balbino ut rem aggri-  
alcumiste, qui profundit, in deretur: An nō tenes, inquit, illud, Dimidium facti qui ce-  
id uertit quo fruiatur. pit habet: Magnum est bene præparare materia. Tandē  
capit

cepit adornari fornax. Hic rursus opus erat nouo auro,  
velui illecebra uenturi auri. Siquidē ut piscis nō capitur  
ab his esca, ita aurū alcumistis nō prouenit, nisi pars auri  
admisceatur. Interea Balbinus totus erat in suppputatione  
bus subducebat enim, si uncia pareret quindecim, quan-  
tum esset lucri redditum ex uncijis bis mille: tantū enim  
decreuerat insunere. Quū hanc quoq; pecuniam deco-  
xisset alcumista, iamq; mensem unum atq; alterum mul-  
tum operæ simulasset circa folles & carbones, roganti  
Balbino, ecquid procederet negotium, primū obmutuit:  
urgenti tandem respondit, sicut solent res p̄claræ, que  
semper difficiles habent aditus, causabatur erratum in  
emendis carbonibus, quernos enim emerat, quū abiegnis  
esset opus, aut colurnis. Ibi perierat aurei centum, nec eō  
legnius redditū est ad aleam. Data noua pecunia, mutati  
carbones. Iamq; maiore studio res cœpta est quam an-  
te: quemadmodū in bello milites, si quid secus accidit, q̄  
uellent, uirtute sarciant. Quū menses iam aliquot ferbus  
isset officina, & expectaretur foetus aureus, ac ne mica  
quidē auri esset in uasis, iam enim & illud omne de coxe  
rat alcumista, inuenta est alia causatio nimirum ultra qui-  
bus usus fuerat, non fuisse temperata sicut oportuit. Etc-  
nem ut nō ex quo quis ligno Mercurius singitur, ita nō qui-  
bus libet uitreis conficitur aurum. Quò plus erat impen-  
sum, hoc minus libebat desistere. P. H. Sic solēt aleatores,  
qua si non multo satius sit hoc perdere, quam totum. L. A.  
Sic est. Deierabat alcumista, nunq; sibi sic impositū fuisse,  
nunc errore deprehenso cetera fore tutissima, & hoc di-  
spendi magno cum fœnore sarturū esse. Mutatis uitreis  
tertia instaurata est officina. Admonebat alcumista, rem

felicius successuram, si Virgini matri, quæ, ut scis, Paralijis colitur, mitteret aliquot aureos dono: arte enim esse sacram, nec absq; fauore numinum rem prospere geri. Id consiliū uchementer placuit Balbino homini pio, ut qui nullū prætermitteret diē, quin perageret rem diuinam. Suscepit religiosam profectionē alcumista, nimirū in proximum oppidulū, atq; illic uotiuam pecuniam decoxi in ganeis. Reuersus domum, nunciat sibi summā esse spem, negotium ex animi sententia successurū: adeò diuī Virginem uotis suis uisam annuere. Vbi multo iam tempore Sudatum esset, ac ne mica quidem auri nasceretur usquā, expostulanti Balbino, respondit sibi nihil unquam tale accidisse in uita toties artem experto, nec satis posse conieclare quid esset in causa. Quum diu diuinatum esset, tandem illud uenit in mentē Balbino, num quo dic pretermisisset audire sacrum, aut dicere preces horarias, quas uocant: nam nihil succedere his omisiſis. Ibi impostor. Rem, inquit, acu tetigisti. Me miserum, semel atq; iterum id admissum est per obliuionē, & nuper à prolixo cōuiuio surgens, oblitus sum dicere salutationem uirginis. Tum Balbinus: Non mirum, inquit, si res tanta non succedit. Recipit artifex se pro prætermisſis sacris duobus duodecim auditurum, & pro unica salutatione decem repositurū. Quum alcumistam prodigū subinde defecisset pecunia, nec suppeterent petendi cause, tandem hanc technā comitatus est: rediit domum admodū exanimatus, ac nocte lamentabili: Perij, inquit, funditus Balbine, perij, actū est de capite meo. Obstuuit Balbinus, & tanti mali causam auebat cognoscere. Subodoratis sunt, inquit, aulici quod egimus, nec aliud expecto, quam ut mox deducar in carcerem.

arem. Ad hanc uocem expalluit etiam seriò Balbinus.  
 Nam scis apud nos capitale esse, si quis alcumistica exer-  
 citat absq; principis permisso. Pergit illè: Non, inquit, me  
 tuo mortem, utinam illa contingat, metuo quiddam cru-  
 delius. Roganti quid hoc esset. Rapiar inquit, aliquò in  
 turrim: illic per omnē uitam cogar his laborare, quibus  
 non libet. An ulla mors est, que non potior esse debeat,  
 quam talis uita? Ibi res uentilata est consultatione. Balbi-  
 nus, quoniam callebat artem rhetorica, pulsauit omnes  
 status, si quā periculum uitari posset: Non potes, inquit,  
 inficiari crimen? Nequaquam, ait ille. Inter regias satelli-  
 tes res sparsa est, & habent argumenta, quæ dilui nō pos-  
 sunt. Ne defendi quidem factum poterat ob legem manu-  
 fistam. Quum multis in medium adductis, nihil uiderci-  
 tur firmi præsidij, tandem alcumista, cui iam opus erat præ-  
 sente pecunia: Nos, inquit, Balbinc lenti cōsilijs agimus,  
 atque res poscit præsens remedium. Iam arbitror adsutus  
 ros, qui me abripiant in malam rem. Deniq; quum nihil  
 occurret Balbino: tandem alcumista, nec mihi quicquam  
 occurrit, inquit, nec quicquam superesse video, nisi ut for-  
 titer percram: nisi forte hoc placet, quod unum superest,  
 utile magis quam honestum, nisi quod durum est telum  
 necessitas. Scis, inquit, hoc hominum genus audiū esse pe-  
 culie, eoq; facilius corrumpi posset, ut silcat. Quamuis  
 durum sit illis furciferis dare quod profundant, tamen  
 ut nunc res sunt, nihil video melius. Idem uisum est Bal-  
 bino, ac numerauit aureos tringinta, quibus redimeret  
 silentium. P H. Miram Balbini liberalitatem mihi præ-  
 dicas. L A. Imò in re honesta citius dentem extudisses  
 ab eo, quam nummum. Sic prospectum est alcumisticæ,

cui

Apud nos.  
 Plin. lib. 30.  
 cap. 1. refert  
 Britannos mi-  
 rere insanuisse &  
 magiā usq; ad  
 ipsius etatem.  
 Sunt adhuc q  
 in alcumistica  
 parum sobrij  
 sunt, quanquā  
 lex capitalis  
 apposita est.

cui nihil erat periculi, nisi quod non haberet quod daret  
amicæ. P.H. Demiror Balbino instantum nihil esse nasi.  
L.A. Hic duni laxat naso caret, in cæteris nasutissimus.  
Rursum noua pecunia instruitur fornax, sed pramissa ad  
uirginē matrem precati uncula, ut coeptis faueret. Iam to-  
tus exierat annus, dum illo nunc hoc, nūc illud causante,  
luditur opera & perit impensa. Interim extitit casus qui  
dam ridiculus. P.H. Quis nam? L.A. Alcumista furtiuam  
consuetudinē habebat cum uxore cuiusdā aulici: maritus  
concepta suspicione cœpit hominē obseruare. Tandem  
quum illi nunciatur esset, sacrificū esse in cubiculo, preter  
expectationē rediit domū, pulsat hostium. P.H. Quid fu-  
eturus homini? L.A. Quid nihil suave: aut occisurus erat,  
aut excetturus. Vbi maritus instans minitaretur, se uī ei  
fracturū ostium, ni aperiret uxor: magnopere trepidatū  
est, & circunspicitur præsent. incum aliquod consilium.  
Nec erat aliud, q̄ quod ipsa dabat res. Abiecit tunicā, de-  
per fenestrā angustum deiecit sese, non absq; periculo, nec  
sine uulnere, ac fugit. Scis tales fabulas illico spargi. Itaq;  
permanauit & ad Balbinū. Neq; id fore nō diuinarat at-  
tifex. P.H. Hic itaq; medius tenetur. L.A. Imò felicius clau-  
pus est hinc, quam è cubiculo. Audi technā hominis. Nu-  
bile expostulabat Balbinus, sed nubilo uultu satis indica-  
bat se non ignorare quod uulgo ferebatur. Nouerat ille  
Balbinū esse uirum piūm, in nonnullis penè dixerim su-  
perstitiosum. Et qui tales sunt, in quamuis magno peccato  
facile condant supplici. Itaq; data opera iniicit men-  
tionem de successu negotijs, queritans non perinde succe-  
dere, ut solet, aut uellet, addebat se uchementer mirari,  
quid esset in causa. Ibi per occasionē cōmotus Balbinus,

qui

quidioqui uidebatur destinasse silentium, & erat qui faciūt  
comoueretur: Non est, inquit, obscurū quid obstet, pec-  
cata obstant, quò minus succedat, quod à puris pure trans-  
fari conuenit. Ad hāc uocē artifex procubuit in genua,  
subinde tundens pectus, & uultu uoceq; lachrymabili;  
Verissimū, inquit, dixisti Balbine, peccata inquā obstant,  
sed mea peccata, non tua: non enim pudebit me turpidus  
dinem meā apud te uelut apud sacerdotē sanctissimū con-  
fiteri. Vicerat me carnis infirmitas, pertraxerat me satis  
nas in laqueos suos. Et ô me miserū, e sacrifico factus sum  
adulter. Non tamen omnino periret hoc munus, quod mis-  
sum Virgini matri. Perieram certo exitio, ni illa succur-  
risset. Iā maritus effringebat fores, fenestra erat arctior,  
quam ut possem elabi: in tam præsentaneo periculo uenit  
in mentē sanctissimae Virginis, procidi in genua, obtestans  
sum, si gratū fuisset munus, ut opitularetur. Nec mo-  
ra, repeto fenestrā (sic enim urgebat necessitas) & satis  
ampli reperi ad effugium. c. h. Credidit ista Balbinus:  
l. a. Credidit? Imò etiam ignouit, & admonuit religiosę,  
ne se præberet ingratū beatissimae Virginis. Numerata est  
vixus pecunia danti fidem se posthac rem sacram pure  
transflaturum. p. h. Quis tandem finis? l. a. Perlonga est  
fibula, sed ego paucis absoluam. Quū eiusmodi cōmentis  
diu lusisset hominē, neq; mediocrē pecuniarum uim ab-  
eo extorsisset, tandem uenit illò, qui n̄cbulonē à pucro no-  
uerat. Is facile diuiuans, illum idem agere apud Balbinū,  
quod nusquā non cegerat, clam aggreditur illum, exponit  
qualem artificē domi sue soueret, monet ut quamprimū  
bleget hominem, ni mallet ipsum aliquando compilatis  
scrinijs fugere. p. n. Quid hic Balbinus? uidelicet curauit  
hominem

hominem coniendum in carcerem. L A. In carcerem  
Imò numeravit uiaticum, obtestans per omnia sacra, ne  
quod accidisset effutiret. Et sapuit, mca quidcm sentētia,  
qui hoc maluerit, quām esse fabula conuiuorū & fori,  
deinde uenire in p̄ciculū confis̄cationis. Nam impostori  
nihil erat periculi: artis tantum tenebat, quantum aīnus  
quiuis, & in hoc genere fauorabilis est impostura. Quod  
si furti crimen intentasset, à suspēdio tutum reddebat un-  
ācio, neq; quisquam lubens gratis alat talem in carcere.  
P H. Miserceret me Balbini, nisi ipse gauderet deludi.  
L A. Nunc mihi properandū est in aulam, aliās referam  
his etiam multo stultiōra. P H. Q uum uacabit & audia  
lubens, & fabulam fabula pensabo.

Hippolamus,  
qui imponit  
in uendendis  
equis.

id est, Seueri. A v. Deum immortalē, ὡς σεμνωπούσαν̄ noster Phae-  
drus, & subinde in cœlū suspicit? Adoriar. Quid accidit  
nouæ rei Phædre? P H. Quamobrē istuc interrogas Alk-  
le? A v. Quoniam è Phædro mihi uideris factus Cato, tan-  
ta est in uultu seueritas. P H. Non mirum amice, modo  
confessus sum peccata mca. A v. Phy, iam desino mirari:  
sed dic agè bona fide, confessus es omnia? P H. Omnia  
que quidem in mentem ueniebant, unico duntaxat exce-  
pto, A v. Cur hoc unum reticuisti? P H. Quia nondū por-  
tuit mihi dis̄plicere. A v. Oportet esse peccatum suau-  
p H. An peccatum sit nescio, sed tamen si uacat audies.  
A v. Audiam equidem lubens. P H. Scis quanta sit impo-  
stura apud nostros in his qui uendunt aut locant equos?  
A v. Plus scio quām uellem, nō semel ab illis delusus. P H.  
Nuper incidit mihi iter, quum satis prolixū, tum etiam  
acceler

scelerandum. Adeo quendam ex illis, quem dixisses eius generis minimè malum, & intercedebat mihi cum homine non nihil etiam amicitiae. Narro mihi rem esse seriam, opus esse præstrenuo equo, si unquam præbuisset se mihi bonum virum, nunc præstaret. Ille pollicetur sese sic me cum acturum, ut ageret cum suo fratre charissimo. A v. Fortassis & fratri impositurus. P H. Inducit in stabulum, iubet ut eligam ex omnibus equis quemcunq; uelle. Tandem unus plus ceteris arridebat, ille probat iudicium meum, deierans eum equum frequenter à multis expectatum esse, se cum maluisse seruare amico singulari, quam ignotis addicere. Conuentum est de precio, numeratur pecunia presens, conscedo. Mira alacritate gestiebat equus in egressu, dixisses feroculum esse: nam erat obesulus & pulchellus. Vbi iam equitatem sequitur, sensi planè lassum, nec calcaribus quidem impelli posse. Audieram tales ab illis ad imposturam ali, quos è specie iudicares insignes, ceterum laboris impatientissimos. Ego contumecum: Captus sum. Age, par pari referam, ubi rediero domum. A v. Quid hic consilij capiebas eques absque equo? P H. Id quod res dabant, deflexi in proximum uicum, illic clam apud quendam mihi notum deposui equum, & conduxi alterum, profectus sum quod destinaram: reuersus sum, reddo conductitum equum, reperio meum sophistam, ut erat obesum, & pulchre requietum, couectus redeo ad impostorem, rogo ut in stabulo suo alet dies aliquot, donec repetiero. Perconatur quam commode me gesserit: Ego uero deiero per omnia sacra, me nunquam in uita concendiisse tergum equi felioris, uolasse potius quam ambulasse, nec tam longo

Meum sophistam, id est, suum equum.

longo itinere unquam sensisse latitudinem, nec pilo factus ob laborem macriorum. Hec quum illi persuasissimum esse uera, tacitus secum cogitabat, equum illum alium esse, quam ha-  
Etenus suspicatus esset. Itaque priusquam abire, rogabat num  
mihi uenalis esset equus: primo negabam, quod si incideret iter denuo, non facile foret nancisci similem: attamen  
nihil esse mihi tam charum, quod non esset uenale pre-  
largo, etiam si quis meipsum, inquam, cuperet emplum.  
¶ v. Nae tu pulchre Cretensem agebas cum Cretensi. p. h.  
Quid multis? Non dimittit me, nisi pronunciata equi in-  
dicatura. Indicauit non paulo pluris quam emerit. Digres-  
sus ab homine, mox suborno, qui mihi parte agat huius  
fabulae, pulchre instructum atque eductum: is ingressus domum,  
in clamat locatorem, ait sibi opus esse insigni equo, et la-  
boris egregie patienti. Alter ostendit multos, et peccatum  
quemque, maxime praedicat, solum illum quem mihi uendi-  
derat, quoniam existimabat uerè talem qualiter praedicau-  
ram, non laudat. At alter illico rogat, num et ille uenalis  
esset: nam descripsoram illi formam equi, et locum indi-  
caram. Locator primum obticescere, atque alios ambitiosos  
praedicare. Quum iste ceteris utcunque probatis semper  
ageret de uno illo: tandem locator apud se, plane se felicit  
me iudicium de illo equo, siquidem hic peregrinus statim  
agnouit hunc inter omnes. Quum instaret ille, tandem  
hic, Venalis est, inquit, sed prelio fortasse deterrebri.  
Non est, inquit ille, magnum prelium, si rei dignitas respon-  
deat: indica. Indicauit aliquanto pluris quam indicaram  
ipsi, captans et hoc lucri. Tandem conuenit de prelio,  
datur arras satis magna, nempe regalis aureus: ne qua su-  
spicio incideret simulacrum emptionis. Emptor iubet equo  
deri

dai pabulum, se mox ait rediturū, & abducturum, dat  
eum stabulario drachmā. Ego simulatq; cognoui pactis  
onem esse firmā, sic ut rescindi non posset, rursus ocreis  
O calcaribus armatus redeo ad locatorem, anhelus clau-  
mo. Adest ille, rogit quid uelim: Ilicet, inquam adornetur  
equus meus. Nam euestigio proficiscendū est ob rem ma-  
xiū sc̄riam. Atqui modo, inquit, mandabas ut aliquot  
dies alerem equū tuum. Verum inquam, sed præter expe-  
ctationē obiectū est negotium, idq; regium, quod nullum  
patitur dilationē. Hic ille, Eliges ex omnibus quem uoles,  
tuū habere non potes. Rogo quamobrem. Quoniam ueni-  
ditus es, inquit. Ibi ego simulata magna perturbatione.  
Prohibcant inquā superi quod dicis. Hoc obiccto itinere  
non uenderē cum equum, etiā si quis numeret quadru-  
plum. Incipio rixam, clamo me perditū. Tandem incaluit  
ille: Quid opus, inquit, his iurgijs? Indicasti equū, cgo  
uendidi, si numero preciū, nihil habes quod mecum agas:  
Sunt in hac urbe leges, ad exhibendū equum, me non po-  
tes compellere. Quū diu clamasset, aut equum exhibe-  
ret, aut emptorē, tandem iratus numerat preciū. Emerā  
quindecim aureis, æstimaram uiginti sex. Ille æstimarat  
triginta duobus. Cogitabat apud se, præstat hoc lucri fa-  
cere quam equum reddere. Abeo dolenti similis, ac uix  
placatus etiam data pecunia. Ille rogit ut boni consulā,  
se alijs in rebus pensaturū hoc incōmodi. Sic impositum  
est impostori. Habet equum nullius precij. Exspectat ut  
qui arrā dedit, ueniat numeratū pecuniam. At nemo ue-  
nit, nec unquā uenturus est. A v. Interim nunquā tecum  
expostulauit? P. H. Qua fronte, aut quo iure id faceret?  
Conuenerit quidē semel atq; iterum, conqueritus est de fide  
x emptoris.

emotoris. Verum ego ultro expostulaui cum homine, dicens illum eo malo dignum, qui præpropera uenditione tali equo me spoliarit. Hoc est crimen tam bene collocatum mea sententia, ut non possum inducere animum contiteri. A v. Ego mihi statuam poscerem, si quid talc desiderem. Honoris gnassem, tantum abest, ut confessurus sim. P h. An ex anima gratia statuae molloquaris, nescio: mihi tamen addis animum, quod maneritis de gis libeat talibus facere fucum.

Statuā posce-  
rem. Honoris  
gratia statuae  
ponebātur be-  
nemeritis de  
repub.

Irides, uelut

Iri filius, quē I R.

mendicū in

ducit Vlysses

Misoponus,

nor, aut hic est Misoponus. Audendū est, compellabo ho-

minē, quamlibet pannosus. Salve Misopone. M I. Iridem

uideo. I R. Salve Misopone. M I. Tace inquam. I R. Quid,

an saluere non uiss? M I. Non isto quidem nomine. I R.

Quid accidit? An non es idem qui fueras? An cum ueste

mutatur & nomen? M I. Nō, sed uetus recepimus est. I R.

Quis tum eras? M I. Apitius. I R. Ne te pudeat ueteris so-

dalis, si quid melioris obtigit fortunæ: nō diu est quod eras

ordinis nostri. M I. Concede huc sodes, & audies rem

omnem. Non pudet ordinis uestri, sed pudet primi ordi-

nis. I R. Quem ordinē narras, Franciscanorum? M I. Ne-

quaquam o bone, sed decolorum. I R. Næ tu istius ordi-

nis sodales habes quamplurimos. M I. Eram relanta, pro-

degi strenue: ubi res defecit, nullus agnoscet Apitium.

Profugi pudore, uerti me ad uestrum collegiū, hoc malum

quam fodere. I R. Sapuisti. Sed unde subito nouis nitidis

corporis? Nam de ueste mutata non perinde miror. M I.

Quamobrem? I R. Quia Dea Lauerna multos subito

ditat.

Lauerna,  
Dea furit.

MI. An suspicaris me furto parasse rem? I R. Hoc  
foniais ignauius. Rapina igitur. MI. Non per uestrā Pe Penia, pauper  
mā, neq; furto, neq; rapina. Sed de nitore corporis prius  
expediā, quod tibi uidetur mirabilius. I R. Nā apud nos  
eras totus ulcerosus. MI. Nimirum sum usus amiciſſimo  
medico. I R. Quonā? MI. Nō alio q̄ meipſo, niſi ſi quē ar  
bitrariſ mihi meipſo amicioře. I R. Atqui nesciebā te cal  
lere rem medicā antchac. MI. Totū illum ornatū ipſe pi  
gmentis affixerā, ture, ſulphure, resina, uifco, linteis, cru  
ore. Vbi uifum eſt, quod affixeram, detraxi. I R. O impo  
ſorem, nihil te uidebatur miserabilius. Poteras in tragoe  
diaſuſinere personam Iob. MI. Sic tum ferebat egestas,  
quā fortuna non nanquā & cutē mutare ſolet. I R.  
Dic igitur de fortuna. Repertus eſt theſaurus aliquis?  
MI. Nō, ſed repertus eſt quæſtus ueſtro paulo cōmodior:  
I R. Qui potuisti facere quæſtū, quū non ſuppeteret forſe  
MI. Artem quæuis terra alit. I R. Intelligo. Dicis arte in  
cidendi loculos. MI. Bona uerba. Dico arte alcumistica.  
I R. Vix quindecim dies ſunt, quod nos reliquisti, & arte  
ſequutus es, quam alij uix multis annis perdiſcūt? MI.  
Natus ſum uiam compendiariam. I R. Quam obſecro?  
MI. Ars ueſtra conſlauerat mihi quatuor fermē aureos;  
bona quadam fortuna incidi in ueterem congerronem;  
qui nihil felicius rem adminiſtrarat quam ego. Compo  
tabamus, coepit, ut fit, narrare ſuas fortunas: pacifcor haę  
lege, ut ille biberet immunis, mihi communicaret artem.  
Communicauit bona fide, ea nunc uectigal eſt mihi. I R.  
Non licet diſcere? MI. Tibi uel gratis impertiām ob pri  
flīnum ſodalitium. Scis nusquam non inueniri pluri  
mos huius artis audiſſimos. I R. Audiui, & credo. MI.

In horum familiaritatē quacunq; occasione memet insu  
Larem hian- nuo, iacto artē. Vbi sensero larum hiantē, escā paro. I.R.  
tē. Vide pro- uerb. Escā dī Quo pacto? M.I. Ultro eos moneo, ne temerē credat eis  
lāx̄, qua cā artis professoribus. Nā plerosq; esse impostores, id agen  
piuntur pilces tes præstigijs suis, ut exhaustant loculos incautorū. I.R.  
& aues.

Isthuc proemij parū accōmodum tuo negotio. M.I. Imo  
illud etiam addo, ne quid mihi ipsi credant, nī rem certā  
oculis ac manibus deprehenderint. I.R. Miram artis fidu  
ciam mihi narras. M.I. Iubeo illos adesse, dum peragitur  
metamorphosis, iubeo attētos esse, quoq; minus dubitet,  
iubeo ut ipsi manibus rem omnem peragant, me procl  
spectante, nec digitū admouente: liquefactā materiam iu  
beo ut purgent ipsi, aut aurifaci purgandā deferant, pra  
dico quantū argēti auriae sit eliquidū, deniq; quod elu

**Lydias lapis:** quatum est, iubeo ut pluribus aurificibus deferant ad ly  
concula, qua dium lapidē explorandū. Reperiunt pondus prædictum,  
explorant au  
num.

reperiunt purgatiſsimū aurum aut argentiū: nihil enim  
refert, nisi quod minore periculo mihi quidē res tetatur  
in argento. I.R. Proinde nihil habet ars tua fuci. M.I. Imo  
merus fucus est. I.R. Nondū video præstigium. M.I. Faro  
ut uideas. Primum pacifor de mercede, eam nolo mibi  
numerari, nisi prius edito artis experimento. Trado illi  
puluisculum, quasi huius ui conficiatur totū negotium.  
Rationē conficiendi pulueris non cōmunico, nisi magis  
mercede redemerint. Exigo iūsurandū, ne proferant an  
canum artis intra sex menses cuiquā mortalium aut im  
mortaliū. I.R. Nondū audio fucum. M.I. Fucus omnis es  
in uno carbone in hoc parato. Excauo carbonē, in eum  
insero liquefactū argentum, quantū prædico reddendum:  
post infusum puluerē sic instruo uas, ut nō solum inferne  
oī

Et lateribus cingatur prunis, uerum etiam superne, perinde hoc esse artis. Inter carbones qui superne impo-  
nuntur, unum admisceo, qui tegit argentum aut aurum.  
Id uero caloris liquefactum defluit in reliquam materiam, que  
liqueficit, puta stannum, aut aes, repurgatione facta inueni-  
tur quod admixtum est. I R. Ars expedita, sed quomodo fat-  
lis, si alter rem agat suis manibus. M I. Quum is me pre-  
scribente perfecit omnia, priusquam moueat uas alcumi-  
ficium, accedo tandem, & circunspicio, ne quid forte sit  
omissum. Aio mihi uideri superne deesse unum atque alterum  
carbonem, clam appono meum, fingo me eum tollere ex acer-  
vo reliquorum, at illic ante sic positum, ut nulli possit agno-  
sci, & illum fallere. Tollo. I R. Ceterum quum illis absq[ue] te  
periculum facientibus non succedit, quid aduersus? M I. Mihi  
nihil est periculi, iam numerata pecunia. Aliquid cōmin-  
scor, aut ollam fuisse insinceram, aut carbones uitiosos,  
aut igne parum scite temperatum. Denique pars est artis,  
quam profiteor, non diu hancere in codice loco. I R. An tan-  
tus est prouentus istius artis, ut te possit alere? M I. Et qui-  
dem splendide, posthac tu quoque si sapis, relinques istam  
misericordiam, & nostro accedes ordini. I R. Imo citius illud  
agam, ut te reuocē in nostrum ordinē. M I. Ut uelens repe-  
tam quod semel effugi, ac deseram bonum quod inueni-  
I R. Habet hoc nostra professio, dulcescit assuetudine.  
Proinde quum multi sint, qui deficiant ab instituto diuini  
Francisci, aut Benedicti, quem unquam uidisti, qui diutius  
versatus in ordine nostro defecerit? Nam tam paucis men-  
ibus uix gustare poteras, quid esset mendicitas. M I. Is gu-  
stus me docuit, esse rem omnium miserrimam. I R. Cur igit  
tum nemo deficit? M I. Fortasse quia natura miseri sunt.

I R. Ego hanc miseriam ne cum regum quidem fortuna  
commutarim. Nihil enim regno similius, quam mendici-  
tas. M I S. Quid ego audio? nihil niui similius, quam cari-  
bo. I R. Dic mihi, quare potissimum beati sunt reges? M I.  
Quia faciunt quod animo collubitum est. I R. Ista liber-  
tas, qua nihil suauius nemini regum magis adest, quam  
nobis. Nec dubito quin multi reges sint, qui nobis inui-  
deant. Siue bellum est, siue pax, nos tutò uiuimus: non  
describimur ad militiam, non uocamur ad munia publi-

Censemur, im-  
de & cesus di-  
citur, quā nu-  
meratis singu-  
lis ac facilitati-  
bus æstimatis  
Cā, non censemur: quum populus expilatur exactionibus,  
nullus inquirit in uitam nostram: si quid admissum est  
etiam atrocius, quis dignetur in ius uocare mendicum?  
Etiam si pulsamus hominem, pudet pugnare cum men-  
dicitor exa-  
dico. Regibus nec in pace, nec in bello licet suauiter ago.

re, & quō maiores sunt, hoc plures metuunt. Nos ueluti  
Dco sacros etiam religione quadam metuit uulgas offen-  
dere. M I. Sed interim sordescitis in pannis & casulis.  
I R. Quid ista faciunt ad ueram felicitatem? Extra ho-  
minem sunt, que narras. His pannis debemus nostram  
felicitatem. M I. At uereor ne uobis breui peritura sit  
felicitatis istius bona pars. I R. Quis sic? M I. Quia iam  
hoc mussant ciuitates, ne mendicis liberum sit quolibet  
euagari, sed unaqueque ciuitas suos alat mendicos, & in  
his qui ualent, adigantur ad laborem. I R. Quir hoc mo-  
liuntur? M I S. Quia comperiunt ingentia facinora sub  
mendicitatis prætextu perpetrari. Deinde nō minimam  
perniciem ex uestro ordine nasci. I R. istiusmodi fabu-  
las frequentiter audiui. Id fiet ad Calendas Grecas. M I S.

CON

POLYMYTHVS. GELASINVS. EVTRAPE<sup>s</sup> Polymythus,  
fabulosus.  
LVS. ASTEV S. PHILYTHLV S. PHILOGE<sup>s</sup> Gelasinus, ri-  
diculus.  
LOS. EVGLOTTVS. LEROCHA Eutrapelus,  
facetus.  
RES. ADOLESCHES.

PO. Vt non decet ciuitatem bene institutam esse sine le-  
gibus ac principe, ita nec coniuium oportet αναρχον esse  
και ανομη. GE. Istuc uero perplacet, ut unus totius po-  
puli nomine respondeam. PO. Heus puer, adfer huc ta-  
los, horum suffragijs decernetur regnum, cuicunq; faue-  
rit Iupiter. Euge Eutrapelo fauit Iupiter. Non fuere for-  
tes cæcæ, non poterat magis idoneus eligi, etiā si per sin-  
gulas tribus uiritim collecta fuissent puncta. Vulgo iacta-  
tur prouerbium, nō tam uanum quām parum Latinum,  
Nonus rex, nouus lex. Νομοθετης γης νω βασιλευ. EV. Quod  
felicissimumq; sit huic coniuio. Primum edico ne quis  
hic proferto praeter ridiculas fabulas. Cui decribit fabula,  
drachma mulctator, ea pecunia in uinum insumitor,  
atque in legitimis fabulis etiam ex tempore conficta ha-  
bentor, modò seruetur τὸ πιθανὸν τὸ ωρίστον. Si nulli de-  
fuerit fabula, duo, quorum alter lepidissimam, alter frigi-  
dissimam fabulam dixerit, uini precium pendunto, con-  
sumator à uini sumptu immunis esto, ciborum sump' um  
uinus suppeditato, huius rei si quid inciderit controuer-  
sia, Gelasinus arbiter ac iudex esto. Hec si uos sciueritis,  
rata sunt: qui legi parere noluerit, abito, sic tamen ut  
postridie ad compotationem redire ius fasq; sit. GE. L.  
Legem à rege latam nostris suffragijs ratam esse uolu-  
mus. Sed unde proficietur fabularum circulus? EV. T.  
Vnde, nisi à coniuiatorc? AS. T. Licet ne rex dicere

Tria uerba tria uerba e v. An tu credis nefastū esse conuiuū? A s.  
 dixit pro pau Iure consulti negant legem esse, quæ non sit æqua. E V T.  
 cis. Quod al ter ludens tor Assentior. A s. At tua lex æquat optimā fabulā pessime.  
 quet ad dies nefastos, i qui E V T. Vbi uoluptas queritur, ibi nō minus laudis prome  
 bus institum retrur qui pessime dixit, quam qui optime, eò quod nō mi  
 erit, nec lice bat pretori di nus delectet. Velut inter cantores nemo uoluptati est, nisi  
 cere tria uer ba, do, dico, qui aut insigniter bene cecinerit, aut egregie male. Non  
 addico. Sic ne plures rident audito cocyce, quam audita lusciam  
 Ouid. Ille nefastus erit, per Hic mediocritas laudē non habet. A s. At cur plectuntur  
 quem tria uer qui laudem auferunt? E V T. Ne nimia felicitas prouocet il  
 ba silentur. lis Nemesis aliquā, si simul & laudē auferrent, immu  
 nitatem. A s. Per Bromium, Minos ipse nunq̄ tulit legem  
 æquiorē. P H. Nullā feres legem de modo bibendi? E V T.

Dispecta re, sequar exemplū A gesilai Lacedemoniorum  
 regis. P H. Quid is fecit? E V T. Is quum tempore quodā  
 Symposiar chus, princeps symposiarchus talorū arbitrio delectus esset, rogante at  
 conuiuī. chitriclino, quantū cuiq; uini iuberet apponi: Si largior,  
 Architricli no, qui curat inquit, uini copia parata est, dato cuiq; quantū poposcer  
 cibos apponē rit: si malignior, omnibus ex æquo distribuit. P H. Quid  
 dos ac potū. Olim conui sibi uoluit Lacon ille, quum hæc diceret? E V T. Hoc age  
 uiā tres spon das habebat. bat, ut neq; temulentū, neq; rursum querulū esset conui  
 uium. P H. Qui sic? E V T. Quia sunt qui gaudent largius  
 bibere, sunt qui gaudet parcus, reperiūtur & abstemij,  
 qualis dicitur fuisse Romulus. Itaq; si nulli datur uinum  
 nisi poscenti, primum nemo compellitur ad bibendū, &  
 tamen nihil desiderant, quibus grata est largior potatio.  
 Ita sit ut nemo tristis sit in conuiuio. Rursus, si parcior co  
 pia uini distribuitur æquis portionibus in singulos, satis  
 habet qui bibunt moderatius, neq; quisquam in æqualitate  
 potest obmurmurare, quādo qui largius erat haustus,

equo

quo animo componit sese ad temperantia. Hoc exemplū  
splacet, utar. Volumus enim hoc conuiuum fabulosum  
esse, non uinosum. P. H. Quid igitur bibebat Romulus?  
E. v. Idem quod bibunt canes. P. H. An non istud indignū  
rege? E. v. Nihilo magis quam quod reges spirant aëre  
cum canibus cōmuni: nisi quod illud interest, rex non bi- Quod bibunt  
bit eandē aquam, quam biberet canis, sed aërem quē cf.  
flavit rex, haurit canis: & uicissim quem efflavit canis,  
haurit rex. Plus gloriae tulisset Alexander ille Māgnus, si  
cum canibus bibisset. Nihil enim peius regi, qui tot homi-  
num milibus uigilat, q̄ uinolentia. Cæterum Romulū ab-  
stētum fuisse declarat apophthegma nō infestiuiter ab  
illo dictum. Etenim quū quidam uidens illum abstinere à  
uino dixisset, uinum uile futurū, si omnes biberēt quem-  
admodū ille: Imò, inquit, tum arbitror fore carissimum, si  
biberent omnes uinum quemadmodum ego. Bibo enim  
quantū libet. G. E. Utinā hic adesset noster Ioānes Botzei  
mus canonicus Constantiensis, qui nobis Romulū quen-  
dam referret: nam & is abstemius nō minus est, quam di-  
citur, alioqui comis ac festiuus cōuiua. P. O. Agè, si simul  
potestis, nō dicam sorbere & flare, quod Plautus ait esse  
difficile, sed edere & audire, quod est p̄facie, bonis aui-  
bus auspicabor fabulandi munus. Si parum erit lepida fa-  
bula, scitote Batauam esse. Opinor aliquot uestrum au-  
ditū Macci nomen. G. E. Non ita diu est quod perijt. P. O.  
Is quū uenisset in ciuitatē que dicitur Leidis, ac uellet no-  
uis hospes innotescere ioco quopiā, nam is erat homini  
mos, ingressus est officinam calcearij, salutat. Ille cupiens  
extrudere merces suas, rogat nūquid uellet. Macco coni-  
ciente oculos in ocreas ibi p̄siles, rogat sutor num uellet

ocreas. Annente Macco, quærerit aptas tibijs illius, iuuen-  
tas alacriter protulit, & ut solent, inducit illi. Vbi iā Mac-  
cus esset eleganter ocreatus. Quām belle, inquit, cōgrue-  
ret his ocreis par calceorū duplicatis solijs. Rogatus an-  
& calceos uellet, annuit. Reperti sunt, et additi pedibus.  
Maccus laudabat ocreas, laudabat calceos. Calcearius ta-  
cītē gaudens, succinebat illi laudanti, sperans precium  
equius posteaquam emptore tantopere placeret merx.  
Et iam erat nōnulla contracta familiaritas. Hic Maccus:  
Dic mihi, inquit, bona fide, nunquāmne usu uenit tibi, ut  
quem sic ocreis & calceis ad cursum armasses, quemadū  
modum nunc armasti me, abierit non numerato precio?  
Nunquam, ait ille. Atqui si forte, inquit, ueniat usu, quid  
tu tum faceress? Consequerer, inquit calcearius, fugiente.  
Tum Maccus, serio ne ista dicas, an ioco? Plane serio, in-  
quit alter, loquor, & serio facerē. Experiar, ait Maccus.  
En pro calceis præcurro, tu cursu sequere. Simulq; cum  
dicto coniecit se in pedes. Calcearius euestigio cōsecutus  
est quantum poterat clamitans, tenete furem, tenete fu-  
rem. Ad hanc uocem quum ciues undiq; profilissent ex-  
edibus, hoc commento cohibuit illos Maccus, ne quis,  
manū iniiceret, ridens ac uultu placido: Ne quis, inquit,  
remoretur cursum nostrum, certamen est de cupa cer-  
uisiae. Itaq; iam omnes præbere sese certaminis spectato-  
res. Suspiciabantur autem calcearium dolo clamorem  
eum fingere, ut hac occasione anteuerteret. Tandem cal-  
cearius cursu uictus, sudans & anhelus domum rediit,  
Maccus tulit brabeum. G.E. Maccus iste effugit quidem  
calcearium, at non effugit furem. P.O. Quamobrem?  
G.E. Quia furem ferebat secum. P.O. Forte tum nō erat

ad manum pecunia, quam postea resoluit. G E . Verum erat actio furti. P O . Ea quidem post intentata est, sed iam magistratibus aliquot innotuerat Maccus. G E L : Quid attulit Maccus? P O . Quid attulit rogas, in causa tam uincibili? Magis periclitatus est actor, quam reus. G E . Qui sic? P O L . Quia grauabat illum actione calumnia, & intendebat legem Rhemiam, quæ dictat, ut qui crimine intenderit, quod probare non possit, poenam ferat,

Legem Rhe  
miam. Quæ  
ad poenā tali-  
onis uocat ca-  
lumniatorē.

quam latus erat reus, si conuictus fuisset. Negabat se contrectasse rem alienam in uito domino, sed ultro defensente, nec ullam precij mentionem intercessisse. Se prouocasse calcearium ad certamen cursus, illum accepisse conditionem, nec habere quod queratur, quoniam esset cursu superatus. G E . Hæc actio non multū abest ab umbra astri. Quid tandem? P O . Vbi satis risum est, quidam ē iudicibus uocauit Maccum ad cœnam, & numerauit calceatio precium. Simile quiddam accidit Dauentriæ me puer. Erat tempus illud, quo regnant pisca tores, frigent la- mū. Quidam astabat ad fenestram fructuariæ, siue Græce mauultis, oporapolitis, foeminae uehemeter obesæ, oculis intentis in ea quæ proposita uennum erant. Illa ex more inuitauit, si quid uellet: & quum uideret hominem intentum fici: Vis, ait, ficos: sunt per quam elegantes.

Vmbra asini.  
Vide Chilia.

Quum ille annuisset, rogat quot libras uellet. Vis, inquit, quinque libras? Annuenti, tantum ficorum effudit in gremium. Dum illa reponit lances, ille se subducit, non cursu, sed placide. Vbi prodisset acceptura pecuniam, uidit emptorem abire, insequitur maiore uoce, quam cursu. Ille dissimulans pergit, quocepit ire: tandem multis ad foemine uocem concurrentibus restitit. Ibi in-

Frigent lanij.  
Circumitiōe  
putauit quæ  
dragesimā.  
Fructuaria,  
quæ uedit fra-  
ctus arbortū.

populi

## CON V I V M

332

populi corona agitur causa, risus oboritur, emptor negabat se emisse, sed quod ultro delatum fuisse accepisse, si uellet experiri apud iudices, se comparitum. GE. Age narrabo fabulā tuā non admodū dissimilem, fortasse nec inferiorē, nisi quod hæc nō habet autorē perinde celebre atq; est Maccus. Pythagoras totum mercatū diuidebat in tria hominū genera: quorum alijs prodissent ut uendarent, alijs ut emerent: hoc utrūq; genus aiebat sollicitum esse, proinde nec felix: alios non ob aliud uenire in forum, quam ut spectent, quid illic proferatur, aut quid agatur: hos solos esse felices, quod uacui curis gratuita uoluptate fruerentur. Atq; ad hunc modum dicebat philosophum uersari in hoc mundo, quemadmodum illi uersaretur in mercatu. Verū in nostris emporijs quartum hominū genus obambulare solet, qui nec emunt, nec uendunt, nec otiosi contemplantur, sed obseruant sollicitē si quid possint inuolare. Atq; in hoc genere reperiuntur quidā mire dextri, dicas esse Mercurio fauente natos. Coniuuator de illi fabulam cum coronide, ego dabo cum proœmis. Nūc accipite quod nuper accidit Antuerpiæ. Sacrificus quidam receperat illic mediocrē summā pecunia, sed argenteæ: id impostor quidam animaduerterat, adiit sacrificium, qui gestabat in zona crumenā nummis turgidam, salutat ciuiliter, narrat sibi datū negocium à suis, ut uici sui parochio mercaretur nouum palliū sacrum, que summa uensis est sacerdoti rem diuinam peragenti. Rogat hac in re cōmodaret sibi tantillū operæ, ut secum iret ad eos, qui uendunt huiusmodi pallia, quò uidelicet ex modo corporis ipsius sumeret maius aut minus, nam sibi uideret statuam ipsius cum parochi magnitudine uchemeter contigeret.

guere. Hoc officium quū leue uideretur facile pollicitus est sacrificus. Adeunt ædes cuiusdā, prolatū est pallium, sacrificus induit, uendor affirmat mire congruere. Impostor quum nunc à fronte, nunc à tergo contemplatus esset sacrificum, satis probauit pallium, sed causatus est à fronte breuius, quam par esset. Ibi uendor, ne non procederet contractus, negat id esse pallij uicium, sed crume nam turgidam efficere, ut ea parte offenderet breuitas.

Quid multa? Sacrificus deponit crumenā, denuo contemplantur. Ibi impostor auerso sacrifico crumenā arripit, & semet in pedes coniicit. Sacerdos cursu insequitur ut erat palliatus, & sacrificum uēditor. Sacrificus clamat, tenete furem: uendor clamat, tenete sacrificū: impostor clamat, cohibete sacrificum furentē: & creditū est, quum uiderent illum sic ornatū in publico currere. Itaq; dum alter alteri in mora est, impostor effugit. E v. Dignus qui nō simplici suspendio pereat tantus artifex. G E. Nisi iam pendet. E v. Utinā non solus, sed unā cum illo qui talibus portentis fauent in perniciē reipub. G E. Non fauet gratis. Catena est, quæ demissa in terras pertingit ad Iorem. E v. Ad fabulas redeundū. A s. Ad te redit ordo, si fas est regē in ordinem cogere. E v. Non cogar, imò uolens ueniam in ordinē, alioqui tyrannus essem, nō rex, si leges, quas alijs præscribo, recusem. A s. Verūtamen aiut principē esse supra leges. E v. Isthuc non omnino falso dictum est, si principē accipias summū illum principē, quem uocabant Cæsarem. Deinde si sic accipias superiorē legibus, quod alij coacti utcunq; scruant, illū suapte spon te multo cumulatius præstare. Quod enim animus est corpori, hoc est bonus princeps reipub. Quid opus erat ad-

Catena e<sup>st</sup>.  
Alludit ad catenā argenteā Homeri. Videlur subundi care, quod ex talibus impostoribus aliquid lucri redeat ad prefectos, & hinc ad principes.

Ordo, id est, uices.  
Cogere in ordinem, est facere cæteris æqualem.

Quod principi placuit: per principis genium, ad principis statuam. hæc de Cæsare intelligebatur. Imperatoris nomen militare. Regis nomē erat Romanis inuisit. Principis nomen erat amabilis.

dere

dere bonus, quādo malus princeps nō est princeps: quem  
admodū spiritus impurus, qui inuasit corpus hominis,  
non est animus. Sed ad fabulam, & arbitror conuenire,  
ut rex regiam fabulā adferam. Lodouicus Galliarū rex,  
eius nominis undecimus, quum rebus domi turbatis pe-  
regrinaretur apud Burgundiones, occasione uenationis  
nactus est familiaritatē cum Conone quodā hominew-  
stico, sed animi simplici ac synceri. Nam hoc genus ho-  
minibus delectantur monarchæ. Ad huius ædes frequen-  
ter diuerterat rex ex uenatu, & ut plebeis rebus nonun-  
quam delectantur magni principes, apud eum magna  
cum uoluptate uescebatur rapis. Mox ubi Lodouicus re-  
stitutus iam rerū potiretur apud Gallos, submonuit Col-  
nonem uxor, ut regem ueteris hospitijs cōmonefaceret,  
adiret illum, & rapas aliquot insignes illi dono adferret.  
Tergiuersatus est Conon, se lusurum operam, principes  
enim non meminiſe talium officiorum. Sed uicit uxor,  
delegit Conon rapas aliquot insignes, accingitur itineri.  
Verum ipſe per viam captus illecebri cibi, paulatim de-  
uorauit omnes, una duntaxat excepta insigniter magna.  
Vbi Conon prorepſiſſet in aulam, quā rex erat iturus, ſta-  
tim agnitus est à rege & accessitus. Ille magna cum al-  
critate detulit munus, rex maiore cū alacritate accepit,  
mandans cuidam è proximis, ut diligenter reponeretur  
inter ea, quæ haberet chariſima. Cononcī iubet secum  
prandere, à prandio egit Cononi gratias, & cupienti re-  
petere rus suum, iuſſit pro rapa numerari mille corona-  
tos aureos. Huius rci fama quū, ut fit, per omne regis fu-  
mulitū c̄ſet peruagata, quidā ex aulicis dono dedit regi  
equū nō inelegantiē. Rex intelligens illum prouocatū be-  
nignitate

Magnitate quam præstiterat Cononi, captari prædā, uultu maiorem in modū alacri accepit munus, & conuocatis primoribus consultare cœpit, quo munere pensaret equū iam bellum, tamq; preciosum. Interim qui donarat equū, spes opimas animo concipiebat, sic cogitans: si sic pensas ut rapam donatam à rustico, quanto munificentius pen saturus est equū talem oblatū ab aulico? Q uum regi ueluti de re magna cōsultanti aliud responderet, diuq; uana spe lectatus c̄sset captator, tandem rex: Venit, inquit, in mentem, quod illi donem: & accersito ex processibus quopiā, dicit in aurē, ut adferat id quod reperiret in cubiculo (simulq; locum designat) serico diligēter ob volutū. Adfertur rapa, eam ut erat obuoluta, rex sua manu donat aulico, addens sibi uideri benc pensatū equū cimelio, quod sibi cōstitisset mille coronatis. Digressus aulicus dum tollit linteū, pro thesauro reperit, nō carbones, quod aiunt, sed rapam iam subaridam. Ita captator ille captus, risui fuit omnibus. A s. Iam si permittis rex, ut plebiius loquar regalia, referam quod ex tua fabula uenit in mente de eodem Lodouico. Nam ut ansa ansam, ita fabula trahit fabulam. Quidam famulus, quium uidisset pediculum repente in ueste regia, flexis genibus ac sublata manu significat se nescio quid officijs præstare uelle: Lodouico præbente se, sustulit pediculum, & clam abiecit. Rogante rege quid c̄sset, puduit fateri. Quū instaret rex, fuisse est fuisse pediculū. Lætum, inquit, omen est, declarat enim me esse hominē, quod hoc genus uermiculorū peculiariter infestet hominem, præsertim in adolescētia. Iusq; pro officio numerari coronatos quadraginta. Post dies aliquām multos alter quidam, qui uiderat illi feliciter

Cimelio, xii.  
μίλιον Gra-  
cis est precio-  
sum aliquid,  
quod senādē  
causa seponit,  
apud Homer.  
vulgo dicim⁹  
clenodiz.

liciter ceſiſſe tam humile officium, nec animaduertens,  
plurimū interceſſe, ex animo facias quid, an arte, ſimiſi  
ſtu aggressus eſt regē, ac rursus illo ſe præbēte, ſimulabat  
ſe tollere quiddā ē uelle regia, quod mox abijcet. Quā  
urgeret rex tergiuersantē, ut diceret, quid eſſet, mire ſu-

**C**anem. Nam hoc aīl maxi me infestatur à pulicibus.  
Tollī, ſubli- mem in hume- ros, ut uapu- laret.

Eto ſuco, Quid inquit, an tu me facies canem? Iuſſit tolli hominem, ac pro captatis quadraginta coronatis infligi quadraginta plagas. p h. Non tutū eſt, ut audio, cum re- gibus facetijs ludere. Quemadmodū enim leones ſe non nunquā placide præbent fricanti, ijdem, ubi lubitum eſt, leones ſunt, & iacet collutor: itidē fauent principes. Sed adferam tuae fabulae fabulam nō diſimilē, ne recedamus interim à Lodouico, cui pro delectamento erat, coruos hi- antes fallere. Dono acceperat alicunde, decem milia cor- ronatorū (quoties aut̄ principibus obtigit noua pecunia, uenantur omnes officiarij, & captant aliquā predā par- tem: id nō fugiebat Lodouicū.) Quum igitur ea pecunia exprompta eſſet in mēſa, quō magis irritaret ſpē omnū, ſic loquitus eſt circumstantibus: Quid: an nō uideor uoi- bis rex opulentus: ubi collocabimus tantā pecunia uim? Donatitia eſt, donari uiciſſim conuenit. Vbi nunc ſunt amici, quibus pro ſuis in me officijs debeo? Adſint nūc, priuquā effluat hic theſaurus. Ad hanc uocē accurreret permulti, nemo non ſibi ſperabat aliiquid. Rex quā uidiſ- ſet aliquem maximē inhiantem, & iam oculis deuorantē pecuniā, ad eum cōuersus: Amice, inquit, quid tu narras? Ille cōmemorabat ſe diu aliuiſſe falcones regios, ſumma fide, nec ſine grauibus impendijs, aliud aliud adſerebat, ſuum quifq; officium uerbis quantū poterat exaggera- bat,

huiusq; non sine mendacijs. Rex omnes benignè audiebat, & singulorū orationem comprobabat. Hæc consulatio dilata est in longū tempus, quo diutius spe metuq; torqueret omnes. Astabat inter hos primus Cancellarius, nam & hunc iusserat acciri. Is cæteris prudentior, non predicabat officia sua, sed agebat spectatorem fabulæ. Ad hunc tandem conuersus rex: Quid, inquit, narrat meus Cancellarius? Solus ille nihil petit, nec prædicat officia sua. Ego, inquit Cancellarius, plus accepi à benignitate regia, quam promeruerim: nec ulla de re magis sollicitus sum, quam ut regiae in me munificentiae respondeam, tantū abest ut uclim efflagitare plura. Tum rex: Vnus igitur, inquit, omnium non eges pecunia? Ne egerem, inquit alii, iā tua præstitatibus benignitas. Ibi rex uersus ad alios. Ne ego sum, inquit, regum omnium magnificētissimus, qui tam opulentum habeam Cancellariū. Hic magis accessa spes est omnibus, futurum ut pecunia cæteris distri bueretur, quandoquidē ille nihil ambiebat. Ad hunc modum ubi satis diu lusisset rex, coëgit Cancellarium, ut totam eam summā domum auferret. Moxq; uersus ad ceteros iam mœstos: Vobis, inquit, erit alia expectanda occasio. P. H. Fortasse frigidius uidebitur, quod narraturus sum, proinde deprecor doli mali suspicionē fuci uic, ne uidar de industria ambisse immunitatē. Adiit eundem Loudouicum quidam, petens ut munus, quod forte uacabat in eo pago in quo habitabat, iuberet in ipsum transferri. Rex audita petitione, expeditè respondit: Nihil efficies, nidelicet amputans omnem spem impetrandi quod petebatur. Petitor item mox actis regi gratijs, discessit. Rex ex ipso fronte colligens hominē esse non omnino sinistri

y ingenijs,

ingenij, suspicansq; illum non intellexisse, quid respon-  
disset, iubet eum reuocari. Redit. Tum rex: Intellexeras,  
inquit, quid tibi responderim? Intellexi. Quid igitur dixi?  
Me nihil effecturu. Cur igitur agebas gratias? Quoniam,  
inquit, est domi quod agam: proinde magno meo incom-  
modo persecuturus eram hic spem anticipet: nunc bene-  
ficium interpretor, citò negasse beneficium, meq; lucratu  
quicquid eram perditurus, si uana spe lactatus fuisset.  
Ex eo responso rex coniectans hominem minime segnem,  
ubi pauca percontatus esset: Habebis, inquit, quod petis,  
quò mihi bis agas gratias: simulq; uersus ad officiorum  
Expediantur, inquit, huic sine mora diplomata, ne hic  
diu suo damno hæreat. E v. Non deest quod referam de  
Lodouico, sed malo de nostro Maximiliano, qui ut ne  
quaquam solitus est defodere pecunia, ita clementissimus  
erat in eos, qui decoxerant, modo nobilitatis titulo com-  
mendarentur. Ex hoc hominū genere quum cuidam iu-  
ueni uellet opitulari, mandauit illi legationem, ut à ciui-  
tate quadam, titulo nescio quo, pateret centum millia flor-  
renorum. Talis autē erat titulus, ut si quid impetratum  
esset dexteritate legati, pro lucro duci posset. Legatus  
extorsit millia quinquaginta. Cæsari reddidit triginta.  
Cæsar lætus insperata præda, dimisit hominem, preterea  
nihil inquirens. Interea questores & rationales olfecerunt  
plus acceptum fuisse quam exhibitum, interpellant Cæsa-  
rem, ut accresceret hominem. Accitus est, uenit illico. Tum  
Maximilianus: Audio, inquit, te accepisse millia quinqua-  
ginta. Fassus est. Nō exhibuisti nisi triginta millia. Fassus  
est & hoc. Reddēda est, inquit, ratio. Promisit se facturū,  
ac discessit. Rursum quum nihil esset actum, interpellan-  
tibus

Huius officiarijs reuocatus est. Tū Cæsar: Nuper, inquit,  
missus es reddere rationem. Memini, inquit ille, & in hoc  
sum. Cæsar suspicans illi rationem nondum satis esse sub-  
ductam, passus est illum sic abire. Qum sic eluderet, offe-  
carij uchementer instabant, clamitantes non esse feren-  
dam, ut ille tam palam illuderet Cæsari. Persuaserunt, ut  
accersitus iuberetur inibi præsentibus ipsis exhibere ra-  
tionem. Annuit Cæsar. Accitus uenit illico, nihil tergiuer-  
salus. Tum Cæsar: Nόnne, inquit, pollicitus es rationem?  
Pollicitus, respondit ille. Iam, inquit, opus est, en adsunt  
qui excipient, nec est diutius tergiuersandi locus. Abide-  
bant officiarij paratis ad id codicillis. Ibi iuuenis sat de-  
xte: Non detrecto, inquit, rationem iniuctissime Cæsar,  
verum huiusmodi rationū non sum admodum peritus,  
ut qui nunquam reddiderim: isti qui absident, talium rati-  
onum sunt peritisimi, si uel semel uidero quemadmodū  
illū tractet huiusmodi rationes, ego facile imitabor. Rogo  
iubeas illos uel exemplū edere, uidebunt me docilem. Cæ-  
sar sensit dictum hominis, quod non intelligebant hi, in  
quos dicebatur, ac subridens: Verum, inquit, narras, &  
equum postulas. Ita iuuenum dimisit. Subindicabat enim  
sic illos Cæsari solcre reddere rationem, quemadmodum  
ipse reddiderat, nimirum ut bona pecunia portio penes  
ipsos remaneret. L E . Nunc tempus est, ut ab equis, quod  
auint, ad asinos descēdat fabula, à régibus ad Antonium  
sacrificum Louaniensem, qui Philippo cognomento Bo-  
no fuit in delicijs: huius uiri feruntur multa uel iucundē  
dicta, uel iocose facta, sed pleraque sordidiora. Nam plei-  
rosque lusus suos condire solitus est unguento quodam,  
quod non admodū eleganter sonat, sed peius olet: deligā-

unum ex mundioribus. Inuitat unū atq; altcrū bellum  
homunculū fortē obuios in via. Q uum redisset domum,  
reperit culinā frigidā, nec erat nummus in loculis, quod  
illi nequaquā erat insolens . Hic opus erat celeri cōfilio.  
Subduxit se tacitus, & ingressus culinā fōeneratoris, qui  
cum illi erat familiaritas, quod frequenter ageret cū illo,  
digressa famula, subduxit unam ex ollis ēneis unā cū car-  
nibus iam coctis, ac ueste tectam deferebat domū: dat co-  
quæ, iubet protinus effundi carnes & ius in aliam ollam  
fictilem, simulq; fōeneratoris ollam defricari donec nitet  
ret. Eo facto mittit puerū ad fōeneratorē, qui deposito pi-  
gnore, drachmas duas à fōeneratorē sumat mutuo, sed ac-  
cipiat chirographū, quod testaretur talem ollā missam  
ad ipsum. Fōenerator non agnoscens ollam, utpote defi-  
ctam ac nitentē, recipit pignus, dat chirographū, & nu-  
merat pecuniā, ea pecunia puer emit uinum. Ita proffe-  
ctum est coniuicio . Tandē quum appararetur prandū  
fōeneratori, desiderata est olla. Hic iurgium aduersus co-  
quam . Ea quum grauaretur, constanter affirmauit, ne  
minem eo die fuisse in culina præter Antoniū. Improbū  
uidebatur hoc suspicari de sacrifico . Tandē itum est ad  
illum, exploratū an apud illum esset olla: ne musca quidē  
olla reperta. Quid multis? Serio flagitata est ab illo olla,  
quod solus esset ingressus culinā, quo tempore desiderata  
est. Ille fassus est sumpsisce cōmodato ollam quandā, sed  
quam remisisset illi, unde sumpserat. Id quum illi perme-  
garent, & incaluisset contentio, Antonius adhibitis aliis  
quot testibus: Videte, inquit, quām pericolosum est cum  
horum temporū hominibus agere sine chirographo, in-  
tendcretur mihi propemodū actio furti, ni manū haberē  
fōeneris

fūneratoris. Et protulit syngraphā. Intelleximus est dolus: fibula magno cum risu per totā regionē dissipata est, ob lam oppigneratā ipsi cuius erat. Huiusmodi dolis libētius fūent homines, si cōmisi sint in personas odiosas, præscrūtim eos, qui solent alijs imponere. A D. Nē tu nobis mare fibularū aperuisti, nominato Antonio: sed unā duntaxat eamq; breuem referā, quam audiui nuperrime. Agitabāt simul conuiuiū aliquot belli, ut dicūt, homunculi, quibus nihil prius in uita, quām ridere. Inter hos erat Antonius aq; alter item & ipse celebris in hoc genere laudis, ac uelut emulus Antonij. Porro quemadmodū inter philosophos, si quando conueniunt, proponi solent quæstionē de rebus n. ituræ, ita hic statim nata est quæstio, quænam esset hominis pars honestissima. Alius diuinabat oculos, alius cor, alius cerebrum, alius item aliud: & sus quisq; diuinationis rationē adferebat. Antonius iussus dicere sententiā, dixit os sibi uideri partem omnīū honestissimam, & addit causam nescio quam. Tum alter ille, ne quid ipsi conueniret cum Antonio, respondit eam partem qua sedemus sibi uideri honestissimā. Quām id uide retur omnibus absurdū, attulit hanc causam, quod is diceretur uulgō honoratiſsimus, qui primus cōſideret: hoc honoris competere parti quam dixisset. Applausum est est huic sententiæ, & risum est affatim. Placuit homo sibi de hoc dicto, uisusq; est in eo certamine uictus Antonius. Dissimulauit Antonius, qui nō ob aliud detulerat ori pri-  
mam honestatis laudē, nisi quod sciret illū uelut emulū sue gloria diuersam partem nominaturum. Post dies ali-  
quot quum rursus uterq; vocatus esset ad idē conuiuiū,  
ingressus Antonius offendit emulum cum alijs aliquot

confabulantem, dum adornatur cœna: & auersus emisit  
clarum uentris crepitū ante faciem alterius. Ille indigna-  
tus: Abi, inquit, scurra, ubi nā didicisti mores istos? Tum  
Antonius: ctiam indignaris, inquit? Si te salutasse, resalutasses: nunc te saluto parte corporis, uel te iudice,  
omnium honestissima, & scurra uocor. Sic recuperauit  
prius amissam gloriam Antonius. Diximus omnes, nam  
superest ut pronunciet iudex. G E. Id faciā, sed non prius,  
quam unusquisq; suum cyathum ebiberit. En aūspicor,  
sed lupus in fabula. P O. Haud lāuum om̄en adfert Leni-  
nus Panagatus. L E. Quid actū est inter tam lepidos con-  
gerrōes? P O. Quid aliud? Ccertatū est fabulis, donec lupus  
interuenires. L E. Huc igitur adsum, ut perficiam fabula,  
uolo uos omnes cras apud me prandere prandium theo-  
Scythicum, id logicū. G E. Scythicum promittis conuiuū. L E. Aīd  
est triste. <sup>autò dēfēt,</sup> Nisi fatebimini hoc fuisse uobis fabuloſo conuiuio  
id est, ipsa res iucundius, non recuso dare pœnas in cœna. Nihil iucun-  
dicabit. Vi dius, quam quum serio tractantur nugæ.  
de proverbi.

## P V E R P E R A.

Eutrapelus id  
est facetus.

E V T R A P E L V S. F A B U L A.

E v. Salua sit optima Fabulla. F A. Salue multū Eutrap-  
le. Sed quid tandem nouæ rei accidit, quod nunc salutator  
insolens adueneris, quē hoc triēnio toto nemo nostrū ob-  
uinctā candido linteo, demirabar quid esset cauſe. F A.  
Cornicē, cir-  
culum ferreū,  
aut aliquid hu-  
ius loco addi-  
tū ostio, quo  
pulseſ. Græci  
nopāvluſ uo-  
cāt, uel ob fi-  
guram, uel ob  
garrulitatem.  
A deōne hospes es in hac regione, ut ignores hoc eſſe  
symbolū puerperij in ēdibus? E v. Echo, an nō prodigium  
est uidere cornicē albā? Sed extra iocū, sciebā maxime, ne  
rum ſuſpicari non potui, te puellā uixdū ingressum decu-  
mum ſextū annū, tam mature didicisse difficultimā arēgi-  
gnendi

gredi liberos, quām ægre discunt quædā ante annos tri-  
ginta. F A. Ut tu semper es quod diceris, Eutraple. E v.  
Vi nunquā deest Fabulle fabula. Demiranti igitur com-  
modum occurrit Polygamus. F A. Is qui nuper extulit  
ixorem decimā. E v. Is ipse, sed quod te fugit, opinor, rur-  
sum tam ambitiose procum agit, quasi hactenus uixerit  
cælebs. Hic percontante quid accidisset nouæ rei: Mulie-  
bre corpus, inquit, in his ædibus per mediū sectum est in  
duo. Ob quod, inquam, facinus? Si uerū est, inquit, quod  
rumore populari iactatur, hic mater familias sustinuit de  
glubere maritū suum, simulq; cū risu subduxit sese. F A.  
Homo crasse facetus. E v. Ego me protinus intrò conij-  
cio, tibi felicē partem gratulaturus. F A. Salutē mihi gra-  
tulare si uoles Eutrapele, felicē partum tum gratulaber-  
is, quū quod enixa sum uideris de sc præbere specimen  
boni uiri. E v. Piè tu quidē & uerè mea Fabulla. F A.  
Nullius Fabulla sum nisi Petronij. E v. Vni quidē Petroni-  
o paris, at non uni uiuis, opinor. Cæterum hoc quoq;  
gratulor, quod puerum enixa es. F A. Sed quis ob causas  
felicius iudicas peperisse masculum quām foeminā? E v.  
Quintu potius Fabulla Petronij (iam enim uereor mea  
dicere) illud mihi expedit, quas ob causas uos magis gau-  
detis peperisse masculos, quām foeminas? F A. Quid aliae  
sentiant nescio, ego nunc me gaudeo peperisse masculū,  
quia sic uisum est Deo: si maluisset ille puellam, maluisi-  
sem & ipsa. E v. An putas Deo tantum esse ocij, ut etiam  
parturientibus obstetricetur? F A. Quid agat ille potius  
Eutraple, quām ut propagatione seruet quod condidit?  
E v. Quid agat ô bona? Imò ni Deus esset, non arbitror  
sufficietur tot negocijs. Exulat Christiernus Danorum

rex, pius Euangeliū fautor. Franciscus Galliarum rex ho-  
spes est Hispaniarū, nescio quām ex ipsius animi sentētia,  
uir certe dignus meliore fortuna. Carolus molitur monar-  
chia proferre pomœria: Ferdinandus rerū suarum satu-  
git in Germania: Bulimia pecuniarū urget aulas omnes:  
periculosos motus concitant agricola, nec tot stragibus  
ab instituto deterrentur: populus meditatur anarchiam:  
periculosis factionibus collabitur ecclesiæ domus: hinc  
atq; hinc distractabit illa Iesu tunica inconsutilis. Vinea  
domini non ab uno iam apro uastatur, simulq; pericitat  
tur sacerdotū cum decimis autoritas, Theologorum di-  
gnitas, monachorū maiestas, nutat confessio, uacillat uol-  
ta, labescut leges Pontificie, uocatur in discrimen eucha-  
ristia, expectatur Antichristus, totus orbis parturit ne-  
scio quid magni mali. Interim superant & imminet Tur-  
cae, nihil non populaturi, si successerit, quod aiunt, &  
tu rogas quid agat potius? Imò tempus arbitror, ut suo  
quoq; regno prospiciat in tēpore. F A. Quod hominibus  
uidetur maximū, id fortasse uidetur Deo nullius momen-  
ti. Sed ab hac fabula Dei personā, si uis, secludamus. Dic  
quæ te causæ mouant, ut felicius existimes peperisse ca-  
tulum, quām catellam. E V. Piæ mentis est, hoc iudicare  
optimū, quod dedit Deus citra controuersiam optimus.  
Verum si Deus tibi daret poculum crystallinum, nonne  
maximas ageres gratias? F A. Agerem. E V. Quid si idem  
daret uitrum, num pares ageres? Sed uere orne tibi mo-  
lestiam adferā pro solatio, hæc apud te philosophas. F A.  
Imò Fabulle nihil est iam à fabulis periculi. Iam quartam  
hebdomadā decumbo, satisq; ualeo uel ad luctam. E V.  
Quin igitur è nido prouolas? F A. Vetuit rex. E V. Qui

¶ F A. Imò tyrannus. E v. Qui queso? F A. Syllaba di  
cam, mos. E v. Heu quàm iste rex multa præter æquū exi  
git. Pergamus igitur philosophari de crystallo & uitro.  
<sup>Mos ty-</sup>

F A. Marem uti coniçio, natura præstantiorē, ac firmū  
orem iudicas, quàm fœminam. E v. Sic arbitror. F A. Ni  
mirum uiris autoribus. Num igitur uiri uiuaciores sunt  
quàm fœminæ? Num à morbis immuncs? E v. Nequaq.  
sed in genere uiribus antecellunt. F A. Sed ipsi rursus su  
perantur à camelis. E v. Imò prior creatus est masculus.

F A. Prior conditus est Adam, quàm Christus. Et solent  
artifices in posterioribus seipsoſ ūincere. E v. At Deus  
mulicrē uiro subiecit. F A. Non statim melior est, qui im  
perat & nuptam subiçit, nō fœminā: ac rursus nuptam  
ita subiçit, ut quum utriq; sit potestas alterius, mulierem  
tamen uelit uiro morē gerere, nō ut præstantiore, sed ut  
ſtriori. Dic Eutraple, uter infirmior, qui cedit alteri,  
an cui ceditur? E v. Tibi quidē hic cedam, si mihi decla  
raris, quid senserit Paulus scribens Corinthijs, quum uiri  
caput dicit esse Christum, mulieris caput uirum. Rursus <sup>Christus cap</sup>  
quum uirum dicit imaginē & gloriam Dei, mulierē glo  
riam uiri. F A. Istud expediam, si mihi declararis, an solis  
uiris datū sit esse membra Christi. E v. Absit, id quidem  
datum est omnibus hominibus per fidem. F A. Qui fit  
igitur, ut caput unum quum sit, non habeatur omnibus  
membris cōmune? Deinde quum Deus hominē fingeret  
ad imaginem sui, utrum hanc imaginē expreſſerit in cor  
poris figura, an in animi dotibus? E v. In animi dotibus.

F A. At in his quid tandem habet uiri nobis præcclētius?  
In utro sexu plures sunt temulentiae, rixæ, pugnæ, cædes,  
bella, rapina & adulteria? E v. At soli uiri bellū gerinnus

pro patria. F A. Sed ijdem saepius deserto loco turpiter fugitis, nec semper pro patria, sed frequentius pro sordido salariolo deseritis uxorem & liberos, & peiores gladiatoribus ultro corpora uestra traditis in seruilem necessitatem uel moriendi, uel occidendi. Iam ut maxime iactes mihi uirtutem bellicam, nemo uestrum si semel esset expetus, quid sit parere, non mallet decies in acie stare, quam subire semel, quod nobis toties est experientum. In bello non semper peruenitur ad manus: & si uenitur, non in quauis exercitus parte discriminis est. Tui similes disponuntur in acie media, aliis est in subsidijs, aliis tuto sedet post principia, deniq; plurimos seruat deditio et fuga: nobis cominus cum morte conflictandum est. B V. Ista non nunc primū audio, uerū sunt ne hæc uera que dicuntur?

F A. Nimiū uera. E V. Vis ne igitur Fabulla, ut marito tuo persuadēā, ne posthac te contingat? Nam ex pacto tua fucris ab isto discrimine. F A B. Evidem nihil malum, si possis. E V T. Quid præmij feret orator hic si persuaserit? F A. Dabo de cœ linguis bubulas fumo duratas. E V. Istan malum, quam decem linguas lusciniarū. Non reiçio conditionem, uerū contractū hunc ratum esse nolim prius, quam intercesserit stipulatio. F A. Addatur, sibi bet, & si qua est alia cautio. E V. Id fiet ex animi tui sententia post mensem exactū. F A. Quin potius nunc sit ex animi mei sententia? E V. Dicā, quia uereor, ne post mensem nō sit eadem animi tui sententia. Itaq; & tibi solendum esset duplex præmij, & mihi duplex esset sumenda, opera, persuadēdi, ac dissuadendi. F A. Age fiat ut uoles, sed interim perge demonstrare, quare uiri sexus sit praestitor fœminco. E V. Video te meditatam monomachiam,

quam

quamobrem in praesentia quidē consultius arbitror tibi  
concedere. Congrediar alias, sed armatus, nec absq; subsi-  
dario milite. Nā ubi lingua res geritur, ne sc̄ptē quidem  
viri pares sunt unis fœminæ. F A. Nimirū hoc telo armas  
ut nos naturū, quanquam ne uos quidem elingues estis.  
E v. Fortassis, sed ubi puellus? F A. In conclavi proxima.  
E v. Quid illic coquit olus? F A. Nugator, apud nutricē  
est. E v. Quam mihi nutricem narras? an est alia nutrix, Nutrix.  
quam ea, quæ mater est? F A. Quid n̄i uulgo fit. E v. Pes,  
sum mihi nominas autorem rei bene gerendæ uulgum  
Fabulla. Vulgo peccant, uulgo luditur alea, uulgo comi-  
matur ad fornices, uulgo fraudatur, potatur, insanitur.  
F A. Sic amicis uisum est, censuerunt enim parcendum  
huic etati tam teneræ. E v. Atqui si natura dedit uires ad  
concipiendum, haud dubie dedit & ad lactandum. F A.  
Probabile quidem est. E v. Dic mihi, nonne sentis esse  
dulcissimum matris uocabulum? F A. Sentio. E v. Itaq; si  
fieri posset, patceris aliam mulicrem esse matrē tui par-  
tus? F A. Minime gentium. E v. Cur igitur uolens plus  
quam dimidiatum matris nomen transfers in fœminam Mater.  
alienam? F A. Bona uerba Eutrapele, non diuido filiū, so-  
li, totaq; sum mater. E v. Imò hic tibi Fabulla reclamat  
in os ipsa natura. Cur terra dicitur omnium parens? an Terra omnia  
quod gignat tantum? imò multo magis quod nutriat ea,  
que genuit. Quod aqua gignit, in aquis educatur. In ter-  
ram nullum animantis aut plantæ genus nascitur, quod  
eadē terra succo suo nō alat. Nec est ullū animatis genus,  
quod nō alat suos foetus. Vlule, leones, & uiperæ educat  
partes suos, & homines suos foetus abijicunt? Obsecro te  
quid crudelius ijs, qui prolē educationis tædio dicuntur

expoi

Vide de hos  
A. Gel. Noc.  
Attic. lib. 12.  
cap. 1.

exponere? F.A. Abominanda dicis. e v. Atqui non perin de factum abominantur homines. An non expositionis genus est, infantulū tenerum, adhuc à matre rubentem, matrem spirantē, matris opem ea uoce implorantē, quā mouere dicitur & feras, tradere mulieri, fortassis nec corpore salubri, nec moribus integris, denique cui plenis sit pecuniae pauxillum, quā in totus infans tuus? F.A. Deinde est mulier salubri corporis tēperatura. e v. Hoc modo dici certius iudicent, quām tu. Sed finge hic illam tibi uel parem, uel aliquanto, si uis, superiorē: an nihil interesse censes, utrum infans tenellus cognatū illum & familiarē hauriat succum, & calore iam assueto foueatur, an alienis cogatur assuescere? Triticum in aliud solum iactum degenerat in aucnam, aut filiginē: uitis in alium collum translata, mutat ingenium: plantula reuulsa à parente terra, flaccebit, ac uelut emoritur, eoq; quantum fieri potest, cum terra nativa transferunt. F.A. Imò narrat plan tas translatas, & insitas, exucre sylvestre ingenii, & fructus ædere generosiores. e v. At non protinus ut nate sunt ô bona. Veniet & olim hoc tempus, si Deus uoluerit, ut adolescentē tuum ableges ab ædibus, literis iam ac seuerioribus disciplinis imbuendum, quæ functio patris est potius, quām matris. Nunc ætas tenera fouenda est. Porrò quum ad salubritatē, firmitatemq; corporis plurimum refert qualis sit alimonia, tum uero precipue quo succo tenerū illud ac molle corpusculū imbuatur. Nam hic quoq; locum habet illud Flacci dictum: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. F.A. De corpore non ita multū labore, modo sit animus qualem optamus. e v. Piè tu quidem, sed parū philosophicē. F.A. Quam

Quamobrem? e v. Cur tu igitur quoties cōcidis holus,  
 quereris aciem cultri retusam esse, & iubes exacui? Cur  
 acum reijsis obtusa cuspide, quum ea res non adimat ar-  
 tem? F A. Non decet ars, sed obstat instrumentū parum  
 idoneum. e v. Cur quibus est opus oculorū acie, uitant lo-  
 lum & cepass? F A. Quia uitiant oculos. e v. Nōne ani-  
 mus est qui cernit? F A. Est, nam nihil uident exanimis.  
 Sed quid agat faber uitata securi? e v. Agnoscis igitur  
 corpus esse mentis organum? F A. Apparet. e v. Et fate-  
 sis, uitato corpore non agere animum, aut incomodius  
 agere. F A. Nō dissimile ucri dicis. e v. Agè uideor mihi  
 natus ingenium philosophicū. Finge igitur animum ho-  
 minis demigrare in corpus galli gallinacei, num ederet  
 vocem quam nunc edimus? F A. Nequaquā. e v. Quid  
 obstant? F A. Quia desunt labra, dentes, & lingua simili-  
 lis: nec epiglottis, nec tres adsunt cartilagineas à tribus mo-

Epiglottis et  
caruncula uo-  
lubilis, nunc  
gulā claudēs,  
nunc arteriam  
asperam.

Tres cartila-  
gines. Vide  
Galenū de lo-  
cis affectis.

nī, quod euenerit Apuleio? F A. Ruderet, opinor, ut asinus. e v. Nimirum fatetur hoc ille quum cuperet inclamare  
 Cesare, contractis quantū potuit labris, uix o sonuit. Cae-  
 sarem nullo pacto potuit exprimere. Idem quū fabulam  
 auditā, ne excideret, describere cuperet, damauit cogi-  
 tationē tam asininam, quum unguis intueretur solidas.

Vix o. Hoc  
Apuleius. Lu-  
cianum sequi-  
tus.

F A. Et meritò. e v. Ergo lippentibus oculis, minus ui-  
 det animus: oppletis foribus auribus, minus audit: ubi  
 cerebrum occupat pituita, minus olfacit: ubi stupet mem-  
 brū, minus sentit: ubi malis humoribus uitata est lingua,  
 minus

minus gustat? F A. Negari non potest. E V. Nō ob aliud, nisi quia uiciatu est organū. F A. Arbitror. E V. Nec insciaris, plerunq; uiciari cibo potuq;. F A. Fateor, sed quid istud ad bonam mentē? E V. Proinde quid lolium ad perspicaces oculos? F A. Quia uiciat organū animi. E V. Probé respondes. Verū illud expedi, unde fit quod alius alio celerius intelligit, ac tenacius meminit? alius alio citius inscitur, aut moderatius odit. F A. Sic conditus est animus. E V. Nō sic elaboris. Unde fit, ut qui prius fuit ingenio celeri, felici memoria, postea fiat obliuiosus ac tardus, siue plaga, siue casu, siue morbo, siue senio? F A. Tu nunc mehi uidere sophistā agere. E V. Proin tu contrā facias sophistriā. F A. Opinor hoc te uelle dicere, quod animus quemadmodū cernit & audit per oculos et aures, ita per organa quedā intelligit, meminit, amat, odit, irascitur & placatur. E V. Recte coniectas. F A. Quae tandem sunt ista organa, & ubi sunt? E V. Oculos ubi sunt, uides. F A. Et aures, & nares, & palatum ubi sit, scio. Et toto corpore contactū esse uideo, nisi quum stupor occupat membrū. E V. Amputato pede, tamen intelligit animus. F A. Inteligit itidē & manu. E V. At qui uehementē plagam accipit in tempus capitis, aut in occipitum, concidit mortuo similis, omniq; sensu suo uacat. F A. Isthuc aliquoties uidet. E V. Ex hoc colligis intra carnū esse intellectus, uoluntatis ac memorie organa, minus quidē crassa, quam sunt aures & oculi, sed tamen materialia. Quandoquidē & spiritus, quos habemus in corpore subtilissimos, corporales sunt. F A. An ista quoq; uitiantur cibo potuq;. E V. Maximè. F A. Cerebrū procul abest à stomacho. E V. Ita summa fumarij pars abest à foco, tamen illi si insidias, ser-

stuporem. F A. Nō experiar. e v. At si mihi non cre-  
descitare è ciconijs. Itaq; refert qui spiritus, qui uapo-  
nis à stomacho subuolent in cerebrū & in organa men-  
tis. Nam hi si crudi sint ac frigidi, recidunt in stomachū.  
F A. Næ tu mihi metā distillatoriā describis, qua ex floris  
bus herbisq; succum exhalantem excipimus. e v. Haud  
iam male coniectas. Nam hepar, cui fel adhæret, ignis loco  
est, stomachus patella, cranium summæ metæ colophon,  
aque adeo si uis, nasus fistulae plumbeæ uice fungatur.  
Itaq; ex hoc mutuo fluxu ac refluxu humorū nascitur fe-  
rè quicquid est morborum, ut uariè delabitur uarius huius  
morbi nanc in oculos, nunc in stomachū, alias in scapulas,  
interim in ceruicem alioue. Quoq; magis intelligas: Cur  
qui uino immodico fese ingurgitat, sunt malè memores?  
Qui cibis aluntur subtiliorum spirituum, minus torpcent  
ingenio? Cur coriandrū memoriam emendat? Elleborus  
uentem purgat? Cur expletio uehemens epilepsim addu-  
cit, quæ stuporem adfert simul omnibus sensibus, quemodo  
admodum & somnus profundus? Denique ut immodeca-  
sus aut inedia, ingenij memoriae q; uim elidit in pueris:  
ita cibus immodicus in pueris gignit ingenij stuporem, si  
credimus Aristoteli, nimirū igniculo mentis uelut obruto  
ingesta materia. F A. Est ne igitur corporeus animus, ut  
rebus corporalibus afficiatur? e v. Animi rationalis  
natura non corrumpitur quidem ipsa, sed organis uitiosis  
impeditur illius uis & actio: uelut artifex frustra uae-  
let arte, si destituatur idoneis instrumentis. F A. Quan-  
ta quæ ue specie est animus? e v. Ridicule percontaris  
de magnitudine aut figura, quum fatearis incorporeum.  
F A. Ego corpus intelligo, quod sentitur. e v. Imò que-

non sentiuntur perfectissima sunt, ueluti Deus et angeli.  
F A. Audio Deū & angelos spiritus appellari, at spiritū  
sentimus. E v. Hac uoce literæ sacræ ob rudes homines  
balbutiunt, mentē significantes puram ab omni commer-  
cio rerum sensibiliū. F A. Quid igitur interest inter au-  
gustum & animum? E v. Hoc ipsum quod inter limacem

**Corpus philo** & cochleam, aut si mauis testudinē. F A. Corpus igitur  
**sophis quid.** domiciliū est animi magis, quam instrumentū. E v. Nihil  
uetat instrumentū adiunctum dici domicilium. Atq; hac  
quidem de re uariant philosophorū sententiae. Sunt qui  
dicant corpus esse uestem animæ, sunt qui domiciliū, sunt  
qui instrumentū, sunt qui harmoniam. Horū quodcunq;  
dixeris, consequitur actiones animi, corporis affectioni-  
bus impediri. Primum si quod uestis est corpori, idē cor-  
pus est animo: quantū ad corporis ualeitudinē faciat ue-  
stis, declarauit Hercules: ne quid de coioribus, aut piloriū  
pelliumq; generibus referā. Cæterū an eadē anima suffi-  
ciat pluribus corporibus deterendis, quemadmodū cor-  
pus multas deterit uestes, uiderit Pythagoras. F A. Non  
incōmodum foret, si iuxta Pythagorā licaret, ut uestibus,  
ita corporibus mutatorijs uti: sic ut mensibus hybernis  
sumeretur corpus obæsum, crassæq; texture, astius rau-  
rius & gracilius. E v. Atqui parum opinor esset cōmo-  
dum, si quemadmodū multis uestibus detritis, tandem &  
corpus deterimus: ita multis corporibus detritis, tandem  
& anima sensceret, deficeretq;. F A. Non sanè. E v. Iam  
quemadmodum ad corporis salubritatem, agilitatemq;  
refert, qua ueste sit amictū, ita refert, quod corpus circum-  
ferat anima. F A. Profecto si corpus uestis est anima, uis  
deo multos homines admodū uarie cultos. E v. Sic est.

Etamen nonnulla pars huius rei sita est in nobis, quām  
commodē uestiatur anima. F A. Valeat igitur uestis, dic  
aliquid de domicilio. E V. Atqui, ne quod dico tibi, uidea  
tur commentum Fabulla, ipse dominus Iesus suū corpus Corpus Christi  
tempū appellat. Et Petrus apostolus suū corpus taber-  
naculum appellat. Nec defuerunt, qui corpus dixerunt  
mimē sepulchrū, oīua dictū arbitrantes quasi oīua: alij  
carcerem mentis appellarūt, nonnulli præsidū, uelut ar-  
tem munitam. Quorum animus est undiquaq; purus, in  
templo habitat. Qui non tenentur amore rerū corpora-  
lium, horum animus agit in tabernaculo, libenter exilitu-  
rus, si uocet imperator. Qui prorsus excæcati sunt uitijs  
purissimis, ut nunquām aspirēt ad auram libertatis E-  
vangelicæ, horum animus iacet in sepulchro. Ceterū, qui  
molestè luctātur cum uitijs, nec adhuc possunt, quod uo-  
lunt, horum animus habitat in carcere, subinde clamans  
ad liberatōrem omnium: Educ de carcere animā meam, Psal. 141.

Ut confiteatur nomini tuo domine. Qui gnauiter pug-  
nant cum satana, uigilantes, et excubantes aduersus insi-  
dias illius, qui circumit, ut leo quærēs, quem deuoret, ho-  
rum animus uersatur in præsidio, unde iniussu imperato-  
ris nō licet discedere. F A. Si corpus est animi domiciliū,  
plurimos uidco, quorū animus male habitet. E V. Sic est,  
uidelicet in ædibus perstillantibus, opacis, uentis omnibus obnoxijs, fumosis, pituitosis, liceris, ac ruinosis, deni-  
que putribus, & infectis. Et tamen Cato primā felicitatis  
partem iudicat, bene habitare. F A. Tolerabilis res, si lice-  
ret in aliud immigrare domicilium. E V. Emigrare nō li-  
cet, nisi quum euocat locator. Veruntamen si non licet Locator. Si  
emigrare, licet arte, curaq; nostra domiciliū animi com- gnificat esse  
cōductitum.

modius reddere, quemadmodum in ædibus mutantur se  
nestrae, attollitur solū, incrustantur, aut conuestiuntur a  
bulatu parietes, situs igni, suffituq; purgatur. Id insenili  
corpore iamq; ruinā minitante difficillimum est. Pluri  
mūm aut̄ conductit, si puerile corpus ab ipso protinus or  
tu, sicut oportet, curetur. F A . Tu quidē matrem, ac nū  
tricem medicā esse iubes. E V . Planè iubeo, quod attinet  
ad delectum ac moderationem cibi, potusq; motus, som  
ni, balneorū, unctionum, frictionū, uestitus. Quām mul  
tos esse censes, qui grauiſſimis morbis, ac uitios obnoxīj  
sunt, epilepsiæ, gracilitati, imbecillitati, surditati, fractis  
lumbis, distortis membris, infirmo cerebro, stupori men  
tis, nō ob aliud nisi quod à nutricibus indiligerent curari  
sunt? F A . Demiror te nō pro pictore factum fuisse Fran  
ciscanū, qui tam bellè concioneris. E V . Vbi te Claranam  
uidero, tum ego tibi Franciscanus cōcionabor. F A . Ego  
sanè libens scire cupiam, quid sit anima, de qua tam mul  
ta audimus, dicimusq; quū nemo uidetur. E V . Imò nemo  
non uidet, cui sunt oculi. F A B . Video pictas animas in  
fantuli specie. Verūm quur nō adduntur ale, quemadmo  
dum angelis? E V . Quoniam delabentibus ē cōlo fratre  
sunt ale, si qua Socraticis fabulis habenda fides. F A B .  
Quomodo igitur subuolare dicuntur in cōlū? E V . Q[uo]d  
niam fides & charitas faciunt, ut illis renascantur ale.  
**Psal. 54.** Has alas petebat ille pertæsus domicilium sui corporis,  
dum clamat: Quis dabit mihi pennas sicut columbe, O  
uolabo & requiescā? Nec enim alias alas habet anima,  
quum sit incorporea, nec ullā habet speciem, que corpo  
ris oculis sit cōspicua, sed certius cernuntur ea, que uide  
mus animo. Credis ne Deum esse? F A . Maximē. E V . At  
nihil

nihil minus uideri potest, quam Deus. F A. Videtur in rebus conditis. E v. Itidem uidetur animus ex actione. Si queris quid agat in corpore uiuo, contemplare corpus exanime. Quoniam uides hominem sentire, cernere, audire, moueri, intelligere, meminisse, ratiocinari: certius uides animam adesse, quam nunc uides hunc cantharum: potest enim falli sensus unus, tot argumenta sensuum non falsi sunt. F A. Proinde si non potest ostendere animam, sic illam notis quibusdam pingit, quasi mihi uelis describere Cae- sarem, quem nondum uidi. E v. Aristotelis definitio in promptu est. F A. Quae? Nam aiunt istum esse probum rerum omnium depictorem. E v. Anima est actus corporis organici, physici, uitam habentis in potentia. F A B. Quur actum uocat potius, quam iter aut uiam? E v. Non hic cauetur aurigis aut equitibus, sed animae ratio definiatur. Et actum uocat formam, cuius naturae est agere, quum materiae ratio sit pati. Omnis autem corporis motus naturalis ab animo proficiscitur. Est autem uarius corporis motus. F A. Intelligo. Sed quur addit organici? E v. Quoniam anima nihil agit, nisi per organa, hoc est, instrumenta corporis. F A. Quur addidit physici? E v T. Quia Dædalus frustra fingeret tale corpus. Ideoque addit uitam habentis in potentia. Forma non agit in quidvis, sed in materiam capacem. F A. Quid si angelus migraret in corpus hominis? E v. Ageret quidem, sed non per organa naturalia, nec uitam daret corpori, si abi- esset anima. F A. Habeo ne iam totam animae rationem? E v. Habes Aristotelicam. F A B. Evidem accepi celebrem esse philosophum, & uereor ne sapientum centuriæ in hiscribant haereses dicam, si quid refrager. Alioqui

Anima quid  
Actus.  
Quur actum  
Græcis est  
*τὸν λόγον τῆς φύσεως*  
vocabulum phis  
losophis peculiare.

Sed Fabulla  
detorquet ad  
iurecō ultos.  
q distinguunt  
inter iter a-  
ctū, & uiam.

quicquid adhuc dixit de anima hominis, competit in asinum & bouem. e v. Imò in scarabeū quoq; et limacem, f a. Quid igitur interest inter animam bouis & hominis? e v. Qui dicunt animā nihil aliud esse, quam harmoniam qualitatum corporis, faterentur non ita multū interesse, uidelicet harmonia soluta perire animas utriusque. Ne ratione quidem distinguitur bouis ab hominis anima, sed quod boū minus sapit, quam hominū, quem admodum uidere est & homines, qui minus sapiunt quam bos. f a. Nā isti bubulam habent mentem. e v. Attamen illud ad te pertinet, quod pro testudinis qualitate modulator est harmonia. f a. Fateor. e v. Nec parui resert ex quo ligno, quaue figura sit facta testudo. f a. Verisimile dicas. e v. Nec ex quorumlibet animantium intestinis fiunt canore fides. f a. Audiui. e v. Atq; haec quidem ex aëris circunfusi madore aut siccitate laxantur, contrahuntur, nonnunquam & rumpuntur. f a. Isthus uidi non semel. e v. Hic igitur potes opem praestare nō uulgarem infantulo tuo, ut animus illius testudinē habeat bene temperatam, minimeq; uiciata, ne laxa sit segnicie, ne strida sit iracundia, ne rauca sit temulētia. Nam hos affectus inscrit in nobis nonnunquam educatio uictusq; ratio. f a. Admonitionem accipio, sed expecto, quo pacto tuearis Aristotelcm. e v. Ille quidē descripsit in genere animam animantcm, uegetantē, ac sentientem. Anima dat uitam, sed non protinus animal est quod uiuit. Viuunt enim &

stupidū. Hoc sentit Pythagoras nec cū mino dissimile ueri est. senescunt & emoriuntur arbores, at non sentiunt: quam  
ad hæsis uix deprehenditur sensus, in spongia deprehenditur ab aquilonibus, in arboribus materiarum cæsores  
scensum

sensum comperiunt, si quid illis credimus. Aliunt enim sibi palma ferias truncū arboris, quam uelis cōdere, quemadmodum ferē solēt materiarij, difficilius arbor inciditur, ut semet contraxit metu. Quod autem uiuit, ac sentit, anima mal est. Nihil autem prohibet esse uegetabile, quod non sentit, ueluti fungi, betāe, caules. F A. Ista si uiuunt utcunq; sibi sentiunt utcunq; si mouentur, quū adolescent, quid prohibet eadem dignari animalis cognomine? E v. Non ita uisum est maioribus, neq; nobis fas est ab illorū placitis discedere, ac ne refert quidē ad hoc, quod nunc agimus.

F A. Atqui non feram eandem esse animam scarabei & hominis. E v. Non est eadem & bona, sed ratio quadam nus communis est. Animat, uegetat, sensibile reddit corpus tuū anima tua. Idem agit scarabei anima in suo corpore. Nam quod quēdā aliter, aut aliud agit anima hominis, quām scarabei, partim in caussa est materia. Non canit, non loquitur scarabeus, quia caret organis adhæc idoneis. F A B. Illud igitur dicis, si anima scarabei demigaret in corpus hominis, idem ageret, quod agit anima humana. E v. Imò ne si mens quidem angelica, quemadmodum dixi. Nihil autem interest inter angelū & animam humanā, nisi quod hominis anima in hoc condita est, ut agat corpus humanum naturalibus organis instructum, quemadmodū anima scarabei, nō mouet nisi corpus scarabei: angelus nō in hoc cōditus est, ut animet corpus, sed ut absq; corporalibus organis intelligat. F A. Num idem potest anima? E v. Potest quidē à corpore semota. F A. Non est igitur sui iuris, dum est in corpore. E v. Nō profectio, nisi si quid accidat prater communem naturae cursum. F A. Verū tu mihi pro una anima plures animas es,

fudisti, animantē, uegetantem, sensibilem, intelligentem,  
memorem, uolentē, irascentem, cōcupiscentem. Mibi sa-  
tis erat una. E v. Eiusdem animæ diuersæ sunt actiones,  
ex his uaria sortitur cognomina. F A. Nō satis assequor  
quod dicas. E v. At faciam ut assequaris. Tu in cubiculo  
es uxor, in officina es textrix aulaorum, in taberna es  
leorum uenditrix, in culina es coqua, inter famulos  
mulas es domina, inter liberos es mater, & tamen hac  
omnia es eadem in domo. F A. Satis tu quidē pingui Mu-  
nerua philosopharis. Sic igitur est animus in corpore,  
quemadmodum ego in domo? E v. Sic. F A. Atqui dum  
ego texo in officina, nō coquo in culina. E v. Neq; enim  
tu es anima tantum, sed anima corpus circumferens: cor-  
pus aut̄ non potest simul pluribus inesse locis: anima quo-  
niam est forma simplex, sic est in toto corpore, ut in singu-  
lis corporis partibus sit tota, quāvis non idem agat per  
omnes partes, nec eodem modo per quomodolibet affe-  
ctus. Nā sapit ac meminit in cerebro, irascitur in corde,  
cōcupiscit in hepate, audit in auribus, cernit in oculis, ol-  
facit in naribus, gustat in palato & lingua, sentit in omni-  
bus partibus corporis, quæ neruaceū aliquid habent ad  
iunctū. Neq; enim sentit in pilis, nec summis unguibus,  
ac ne pulmo quidem per se sentit, nec hepar, fortasse nec  
lien. F A. Proinde in quibusdā partibus animat tantū ac  
uegetat. E v. Ita uidetur. F A. Si in uno homine facit hec  
omnia eadē anima, consequitur, ut foetus in utero mater  
no statim ut augescit, quod est uitæ signum, simul & sen-  
tiat, & intelligat, nisi forte unius hominis initio plures  
sunt animæ, deinde ceteris cedentibus, una peragit omnia.  
Ita ut primū homo fuerit planta, mox animal, postre-  
mō

mo homo. e v. Quod dicas fortasse nō absurdū uideatur  
Aristoteli. Nobis probabilius est, simul cum uita infundi  
rationalem animā, sed quæ uelut igniculus, immersa mai  
teria supra modū humidæ nondū queat exercere uires  
suis. F A. Animus igitur illigatus est corpori, quod agie  
mouetq; ? e v. Non aliter quam testudo domui, quā cir  
cunfert. F A. Eam mouet quidē, sed sic ut simul mouea  
tur, quemadmodū gubernator flectit nauē, quō uult, sed  
ipse interim cum naui mouetur. e v. Imo quemadmodū  
scurus uoluit caueam rotatilē, mobilis interim & ipse.  
F A. Sic & afficit anima corpus, ac uiciissim afficitur  
e v. Sane quod ad operationes attinet. F A. Ergo quod  
ad naturā pertinet, pars est anima morionis animæ Solo  
monis. e v. Nihil absurdū. F A. Itaq; pares sunt & ange  
li, quandoquidē carēt materia, quæ parit, ut ait, inæquali  
tate. e v. Iam satis philosophia. Quin potius hæc Theo  
logos torqueat, nos hoc agamus, quod cœpimus. Si tota  
mater esse uis, cura corpusculū infantulitui, quō posteaq;  
se explicuit ex uaporibus mentis igniculus, bonis & co  
modis organis utatur. Quoties audis puerū tuū uagien  
tem, crede illū hoc abs te flagitare. Quū uides in pectore  
duos istos ueluti fonticulos turgidos, ac lacte & liquore uel  
suapte spōte manātes, crede naturā admonere te tui offi  
cij. Alioqui quū infans iā fari meditabitur, ac blanda bal  
butie te māmam uocabit, qua frōte hoc audies ab eo, cui Mamma.  
māmam negaris, & ad conductitiā māmam relegaris,  
perinde quasi capræ aut ouis subiecisses? Vbi iā erit fandi  
potes, qd si te pro matre uocet semimatrē? Virgā expedi  
es, opinor. At qui uix semimater est, quæ recusat alere q  
peperit. Potior genituræ pars est nutricatio teneri pueri

li. Alitur enim non solum lacte, sed et fragrantia materni corporis: requirit eundem liquorem iam notum & familiarem, quē hausit in corpore, & unde coaluit. Atq; ego quidem sum in hac sententia, ut existimē in pueris ex eteris natura & indolem uitiari, non aliter quam in frugibus et plantis terrae succus mutat ingenium eius quod dicitur. An putas temere uulgo dici: Iste malitia cum lacte nutritricis imbibit. Ne illud quidem opinor, quod à Gracis dici solet: Ut nutrices quum significat aliquem male pascent paululum enim premanso in os inserunt infantis, maxima partē deglutiunt ipsae. Proinde ne peperit quidem, que quod enixa est, mox abijcit. Isthuc enim abortire est, non parere. Et in tales fœminas mihi cōpetere Graciorū uidetur etymologia, qui uirū dici putat à uirū impēo, hoc est, à non seruando. Nam prorsus cōductitiam nutricem infantulo adhuc à matre teperi adsciscere, genus est ex positionis. F A. Accederē, ni delecta esset mulier, in qua nihil desyderes. E V T. Ut nihil referat, quod lac bibat mollis infans, quam saliuā cum præmanso cibo deglutiatur, ut talis contigerit nutrix, qualem haud scio an illa reperiatur, an putas ullam esse, quae nutricationis omnitem deuorare possit, quemadmodum mater: sordes, asseßiones, uagitus, morbos, seruandi nunquam satis diligenter curat. Si est quae pariter amet ut mater, erit quae pariter cureret. Quin & illud fiet, ut segnius amet te filius, nativa illa charitate uelut in duas matres distracta: nec tu simili pietate duceris erga filium, ut iam gradior minus libenter sit obtemperatus iubis tuis, & tu frigidius illius curā habitura, in cuius moribus fortasse nō debis nutricem. Præcipuus autem discendi gradus est,

mutuus inter docentem ac discentem amor . Ergo si n*on*  
hildecesserit illi natu*e* pietatis fragrantia*e*, facilius illi in  
stilibus pr*ae*cepta recte uiuendi. Neq*ue* enim hic par*u* ua-  
let mater, uel ob hoc, quod materia*e* tractet molli*s*imam,  
O*n* in omnia sequacem. F A. Ut video, non tam facilis est  
res peperisse, qu*am* uulgu*s* existimat. E V. Si mihi parum  
habes fidei, en tibi Paulus aperte de muliere loqu*e*: Sal-  
ua, inquit, fact per liberoru*m* generationem. F A. Salua est  
igitur que peperit? E V. Nequaquam, sed addit, si liberi  
permanserint in fide. Nondum absolu*s*ti genitricis mu-  
ius, nisi primu*m* tenerum corpusculum filij, mox animu*m*  
eque moll*e* recta educatione finixeris. F A. Atqui isthuc  
matribus in manu non est, ut filij perseuerent in pietate.  
E V. Fortassis, sed tantu*m* habet momenti uigilans admoni-  
tio, ut Paulus existimet matribus imputandu*m*, si liberi de-  
generent a pijs moribus. Deniq*ue*, si pra*est*iteris quod in te  
situm est, Deus opem su*a* coniungeret cum tua diligentia.  
F A. Mihi quid*e* Eutrapele, tua persuasit oratio, si queas  
idem persuadere parentibus & marito. E V. Isthuc ad  
me recipio, modo tu me tuo iuues suffragio. F A. Polli-  
ceor. E V. Sed licet ne uidere pueru*m*? F A. Licet maxime.  
Heus Syrisca, uoca nutric*e* una cum infante. E V. Scitus  
admodum puer. Vulgo dicitur ueniam dcberi primu*m*  
experienti. At tu prima statim experientia summ*a* artis  
exp*re*ssi*t*i. F A. Non est sculptilis imago, ut arte sit opus.  
E V. Veru*m*, sed fusile sigillu*m* est. Vt cunq*ue* res habet, felici*s*si  
me cecidit, utinam pari felicitate cadant imagines, quas  
intexit aul*e*is. F A. At tu contr*a* felicius pingis, qu*am*  
gignis. E V. Sic uisum est natur*e* cum omnibus paria fa-  
cere. Qu*am* sollicita est natur*e*, ne quid percitat. Duos

## 262 P E R E G R I N A T I O

homines in uno representauit, nafus & oculi patrem re-  
ferunt, frons ac mentē matrem exprimunt. An tu posse  
hoc tam charū pignus alienā fidei concredere? Mibi bis  
crudeles uidentur esse, que id facere sustinent. Quando  
quidem non solum faciunt id infantis quem abiegit per  
pericula, uerum etiam suo, propterea quod in his lacū auen-  
tione corruptum sē penumero periculosos morbos pa-  
riat. Itaq; fit, ut dum unius forme corporis consulunt, pa-  
rum consulant duorum corporum uite: dumq; cauent, ne  
contingat præproperū senium, coniuciūt se in mortem  
præproperam. Quod est inditū puero nomen? F A. Cor-  
nelius. E v. Hoc erat nomen avi paterni. Utinam uirum  
integerrimū et moribus nobis referat. F A. Dabitur ope-  
ra, quod quidē in nobis erit. Sed heus Eutrapele, unum  
quiddam obnixē te rogarim. E v. Imō puta me tuum esse  
mancipiū, imperabis & impetrabis quae uoles. F A. Pro-  
inde nō prius te manumittā, quām hoc mihi beneficium  
quia se dixe-  
rat mancipiū. coeptū absoluas. E v. Quodnā? F A. Ut præscribas mihi  
primum, quibus rationibus queā infantis ualeitudini con-  
sulere, deinde quū erit firmior, quibus rudimentis ad pie-  
tatem præparandus sit rūdis animus. E v. Id faciā lubens  
pro mea quidē sapientia, sed proximo colloquio, nūc ora-  
tor adeo maritū ac parētes. F A. Precor exorator ut sies.

P E R E G R I N A T I O R E L I G I O  
N I S E R G O.

M E N E D E M V S. O G Y G I V S.

M E. Quid hoc noue rei? Nōnne Ogygiū uicinum meū  
uideo, iam totos sex menses non uisum cuiquam? Inter-  
isse rumor erat. Ipsus est, nisi prorsus hallucinor. Adibō  
& saluere iubebo: Saluus sis Ogygi. O G. Salve & tu  
MEN

Menedemc. M E. Quæ regio te nobis reddidit in columē? Nam tristis rumor hic sparserat, te nauigasse Stygiam paludē. O G. Imò gratia superis, sic interim ualui, u. uix unquam antehac melius. M E. Ita semper uanitatis coarctas eiusmodi rumores. Sed quid iſthuc ornatus eſt? obſitus es conchis imbricatis, stanneis ac plumbeis imagi- nibus oppletus undiq; culmeis ornatus torquibus, bra- chium habet oua serpentum. O G. Vifi diuum Iacobum Compostellanum, & hinc reuersus, Virginem Paratha- lassiam apud Anglos percelebrem, quin potius hāc reuiſi. Nam ante annos tres inuiscrem. M E. Animi gratia, ut arbitror. O G. Imò religionis cauſa. M E. Iſtam opinor re- ligionem docuerunt tē Græcae literē. O G. Mater uxoris uoto ſe obſtrinxerat, ut ſi filia peperiffet masculū uitam, ego diuo Iacobo p̄ſens p̄ſenti ſalutem dicerem, O gratias agerem. M E. Salutasti diuū tuo duntaxat & ſorci nomine. O G. Imò totius familiæ uerbis. M E. Equi- dem arbitror nihil minus ſalutis futurū fuſſe familie, etiam ſi Iacobum in ſalutatum reliquiffes. Sed obſecro, quid respondit agenti gratias. O G. Nihil, ſed offerēti mu- nus uifus eſt arridere, & capite leuiter annuere, ſimulq; porrexit hoc imbricatu putamen. M E. Quur iſta potius donat, quam alia? O G. Quoniam his abundat ſuggerente uicino mari. M E. O benignū diuū, qui & obſtetricatur parturientibus & operā dat hospitibus. Verū quodnā illuc nouū uouendi genus, ut otiosus alijs laborem impo- nat aliquis? Si tu te uoto adſtringeres, ut ſi quod ageres, feliciter cederet, ego ieiunarem bis in hebdomade, an credis me facturū quod uouiffes? O G. Non credo, etiā ſi tu ipſe tuo nomine uouiffes. Nam tibi diuis os oblinere lu-

dus

Imbricatis, id  
eft, imbricata  
ſpecie uaria-  
tis. Vide Plin-  
nium. lib. 9.  
cap. 33. de ma-  
ra uarietate  
cōcharū Cul-  
meis ē ſtrami-  
ne factis.

Oua ſerpētū,  
ſignificat glo-  
bulos, quibus  
utuntur ad nu-  
merandas pre-  
ces. Sic enim  
oua ſerpētū  
qui prodeat  
cohaerens.

dus est. At socrus est, mos gerendus erat. Nostri mulierum  
os oblinere, affectus, & mea quoq; referebat. M E. Si non prestissem  
pro fallere. ui de Chiliades.

uotū, quid erat periculi? O G. Nō poterat me diuis uoca  
re in ius, fateor: sed poterat in posterū esse surdus aduo  
ta mea, aut tacitus aliquid calamitatis immittere in meā  
familiam. Nostri principū mores. M E. Dic mihi, quid uau  
let agitq; uir optimus Iacobus? O G. Multo frigidius soli  
to. M E. Quid est in causa: senium? O G. Nugator, scis di  
uos non senescere. Verū hæc noua persuasio, quæ latè  
per orbem diuagatur, facit, ut infrequentius salutetur soli  
to: & si qui ueniunt, salutat tantum, nihil aut quā min  
imum donant, dictitantes eam pccuniā rectius collocari

**I**mperia persuas  
io. Ironia  
est, quā sit ad  
modum pia.

in egenos. M E. Imperia persuasio. O G. Itaq; tantus aposto  
lus, qui solet totus gemmis & auro fulgere, nunc stat lig  
neus uix sebaceā habens candelā. M E. Si uerū est, quod  
audio, periculum est, ne reliquis diuis idem ueniat iſu.  
O G. Imò circūfertur epistola, quā bac de re scripti ipsa  
Virgo Maria. M E. Quæ Maria? O G. Quæ cognomē ha  
bet à lapide. M E. Apud Rauracos, ni fallor. O G. Ea est.  
M E. Lapideā igitur diuā mihi narras. Sed cui scriptis  
O G. Nomen ipsa indicat epistola. L E. Per quē missa est?

O G. Haud dubiè quin per angelū, qui posuerat scriptam  
autōgatōn insuggesto, unde concionaturus, ad quē scripta est. Et ne  
id est, ab ipso scriptā, quem admodū ora  
cula dicunt autōgatōn ab  
ipso deo red  
dita uoce.  
Vergilius. Ip  
so canas oro.  
Aeg. missam.

quid fraudis suspiceris, uidebis epistolā autōgatōn. M E.  
Itāne agnoscis manū angeli, qui est Virgini ab epistolise  
O G. Quid ni? M E. Quo tandem argumento? O G. Legi  
epitaphium Bedæ, quod ab angelo insculptū est: clementi  
torum figuræ per omnia congruunt. Legi et syngrapha  
diuo Aegidio missam: congruunt. An non hac satis ar  
giunt rem? M E. Fas ne est inspicere? O G. Fas, si deieres

titacitum. M E. Oh lapidi dixeris. O G. Iam sunt & la  
 pides hoc nomine infames, quod nihil celent. M E. Muto  
 igitur dico, si lapidi parū fidis. C G. Hac lege recitabo,  
 tu fac utrāq; arrigas aurem. M F. Arrexi. O G. Maria ma-  
 ter Iesu Glaucompluto S. D. Quòd Lutherū sequutus stre-  
 mesuades, superuacancū esse inuocare diuos, à me qui  
 dem isto nomine bonam magnamq; iniisti gratiam, scito.  
 Nam antehac tantū non encabar improbis mortalium  
 opplationibus. Ab una postulabantur omnia, quasi si  
 huius meus semper infans esset, quia talis singitur, pingi  
 turq; in sinu meo, ut ex nutu matris adhuc pendeat, neq;  
 quicquā ausit negare petenti, uidelicet metuēs, ne si quid  
 neget roganti, ego uiciissim ipsi negem mammā sitienti.  
 Et nonnunquā ea petunt à uirgine, quae uerecundus iu-  
 nenis uix auderet petere à lena, quęq; me pudet literis  
 cōmittere. Interim negotiator lucri causa nauigaturus  
 in Hispaniam, cōmittit mihi pudicitiam suę concubinæ.  
 Et uirgo deo sacra, abiecto uelo fugam adornans, deponit  
 apud me famam integritatis suę, quam ipsa tendit prosti-  
 tuere. Occlamat mihi miles impius, & ad lanienā con-  
 ductus: Beata uirgo da prædam opimam. Occlamat alea-  
 tor: Faue diua, pars lucri tibi decidetur. Et si parū faueat  
 alea, me conuitijs lacerant, maleq; precantur, quae non  
 adfucrim scelcri. Occlamat quae quæstui turpi semet ex-  
 ponit: Da prouentū uberem. Si quid negem, illico recla-  
 mant: Ergo ne sis mater misericordiæ. Aliorū uota non  
 tam impia sunt, quam incepta. Clamat innupta, Maria da  
 mihi formosum ac diuitē sponsum. Clamat nupta, da mi  
 hi bellos catulos. Clamat grauida, da mihi facilem partū.  
 Clamat anus, da diu uiuere sine tuſiſitiq; Clamat senex  
 delirus,

Nota est fa-  
 bula, de Caro  
 lo magno, cui  
 quū despera-  
 ret ueniam ad  
 missorum, S.  
 Aegidius im-  
 petravit syn-  
 grapham ab  
 angelo conti-  
 nentem hunc  
 uersiculū, Ae-  
 gidiij merito  
 Caroli pecca-  
 ta remitto.

L apides hoc  
 noīe infames  
 Sentit de Ly-  
 dio lapide, q  
 dicitur index  
 Is prodit au-  
 rū suberatum  
 aut imitatitū  
 Lege apud  
 Ouid. fabulæ  
 de Battō in la-

pidem uersio.

delirus, da repubes cere. Clamat philosophus, da nodos insolubiles necere. Clamat sacerdos, da sacerdotium opum. Clamat episcopus, serua meam ecclesiam. Clamat nauta, da prosperos cursus. Clamat praefectus, ostende mihi filium tuū antē, quām moriar. Clamat aulicus, da uerè confiteri in mortis articulo. Clamat rusticus, datem pestiuam pluviā. Clamat rustica, serua gregē & armentum incolume. Si quid renuo, illico sum crudelis. Sireno go ad filium, audio, Vult ille quicquid tu uis. Ita ne ego sola & mulier & uirgo dabo operā nauigātibus, bellige rantibus, negociantibus, ludentibus aleā, nubentibus, parturientibus, satrapis, regibus & agricolis? At qui quod dixi minimum est p̄e his quae patior. Sed his negotijs nūc multò minus grauor, quo quidē nomine tibi gratias age rē maximas, nisi cōmodum hoc, incommode magis se cū traheret: plus est otij, sed minus est honorū, minus est opū. Antē salutabar regina cōlorū, domina mundi: nūc uixa paucis audio, Aue maria. Antē uictiebar gēmis & auro, abundabā mitatorijs, deferebātur aurca gēmea; donaria: nūc uixa tegor dimidiato palliolo, eoq; corroso a muribus. Prouētus aut̄ annui uixa tantū est, ut alā misere

**A**edituū, quē ueteres, ut in dicat Varro, æditimum uocabāt, custos erat tuēdæ sa cræ ædis.  
**A**edituū, qui accēdat lucernulā, aut candelā scbaceā. Atq; hæc tamen poterāt ferri, ni maiora etiā moliri dicereris. Huc tendis, ut aiūt, ut quicqd usquā est diuorū, exigas ex ædibus sacris, etiā atq; etiā uide quid agas. Nō deest alijs diuis quo suā ulcis cantur iniuriā. Eiectus ē tēplo Petrus, potest tibi uiciūm occludere regni cōcelstis ostiū. Pandus habet gladiū, Bartholomæus cultro armatus est. Guillelmus sub pallio monachi totus armatus est, nō sine granū lancea. Quid aut̄ agas cum Georgio & equite & cataro phracto,

phracto, hasta simul & gladio formidabili? Nec inermis  
 q̄ Antonius, habet sacrū ignem . Sunt itē & cæteris sua  
 vel arma, uel mala, quæ quibus uolunt, immittūt. Me ue-  
 ro quantumuis inermē, non tamen eiſcies, niſi ſimul eie-  
 tho filio, quem ulnis teneo. Ab hoc nō me patiar diuelli:  
 aut hunc unā mecum extrudes, aut utrungq; relinques, niſi  
 manus habere templū ſinc Chriſto. Hæc te ſcire uolui, tu  
 cogita, quid mihi respondendum cenceas. Nā mihi plane  
 res cordi eſt. Ex æde noſtra lapidea, Calend. Auguſt. an-  
 no filij mei paſſi 1524. Virgo lapidea mea manu ſubſcri-  
 pſi. M.E. Minax profeſtō ac formidabilis epiftola. Cauēbit  
 opinor Glaucoſlatus. o G. Si ſapit. M.E. Quāobrem non  
 eadem de re ſcripsit huic optimus ille Iacobus? o G. Ne  
 ſcio, niſi quod lōgius abeſt, & his tēporibus intercipiuni-  
 tur omnes epiftolæ. M.E. Sed quis Deus te rededit in An-  
 gliā? o G. Ventus illuc inuitabat mirè ſecūdus, atq; id pro  
 pmodū erā pollicitus diuæ Parathalassia, me post bien-  
 nū ipſam reuifurū. M.E. Quid petiturus ab illa? o G. Ni  
 hil nqi, niſi illa uulgaria, familiā in columē, rem uberio-  
 rem, longē uā lētamq; uitā in hoc ſeculo, & perennē feli-  
 citatē in futuro. M.E. Non poterat eadē præſtare Virgo  
 mater apud nos? Habet Antuerpiæ templū longē augu-  
 ſius, quam in Parathalasso. o G. Haud nego posſe, uerūm  
 alijs in locis alia largitur, ſiue ſic uifum eſt animo illius,  
 ſiue, ut eſt benigna, ſemet in hoc noſtriſ affectibus accōr-  
 modat. M.E. De Iacobo frequēter audiui: ſed obſecro te,  
 deſcribe mihi regnū iſtius Parathalassia. o G. Equidē ex-  
 pediā quam potero paucifimis. Celeberrimū nomen eſt  
 per uniuersam Angliam, nec temere reperias in ea inſu-  
 la, qui ſperret res ſuas fore ſaluas, quin illam quotannis  
 aliquo

Cataphracto  
 id eſt, graui  
 armatura mu-  
 nito.

Habet ſacrū  
 ignē: hoc. n.  
 noie ſanctum  
 illum amabi-  
 le reddidere  
 formidabilē.  
 quēadmodū  
 Ioannem Ba-  
 ptistā pter alī  
 os, morbo co-  
 mitiali, Hu-  
 bertū, hydro-  
 phobo, uē a-  
 lios alijs ma-  
 lis. Et hec uer-  
 timus in que-  
 ſtū noſtri, cu-  
 ius ſtudiosio-  
 res ſumus, q̄  
 ſeruandarū a-  
 nimarum.

aliquo munusculo profacultatum modulo salutarit. M.E.  
 Vbi habet? O.G. Ad extremum Angliae finem inter Occi-  
 dentem & Septentrimonem, haud procul à mari, passum  
 ferè tribus milibus. Vicus est uix alia re uictitans, quā  
 cōmeantum frequentia. Collegium est canonicorū, sed  
 quibus à Latinis regulæ cognomen additur, medium ge-  
 nus inter monachos & canonicos, quos seculares appelle-  
 lant. M.E. Amphibios mihi narras, quod genus est fiber.  
 O.G. Imò et crocodilus. Sed omīssis cauillis, tribus urchis  
 expediā, quod uis. In odiosis canonici sunt, infavorabili-  
 bus monachi. M.E. Adhuc mihi quidem ænigma refers.

*enarratis*  
 demonstratio  
 quæ proprie-  
 sit mathemati-  
 cis per literas  
 depictas.

O.G. Quin addam apodixin mathematicā. Si Romanus  
 pontifex fulmine feriat omnes monachos, tum canonici  
 fuerint, nō monachi. Sin idem permittat omnibus mona-  
 chis uxore ducere, tū fuerint monachi. M.E. O nouos fa-  
 uores, utinā abducant & meam. O.G. Sed ut ad rem: Col-  
 legiū hoc uix alios habet prouentus, quām ex liberalitate  
 Virginis. Nam maiora quidē donaria seruantur. Ceter-  
 rum si quid est nummorū aut leuioris præcii, cedi in aliis  
 moniā gregis & præfecti, quem illi Priorem uocāt. M.E.  
 Probe uite? O.G. Non illaudatæ, pietate ditiores, quām  
 annuo censu. Templum est nitidū & elegans, uerum in  
 eo nō habitat Virgo, sed illud honoris gratia ceſſit filio.  
 Illa suum habet templū, ut dextra sit filio. M.E. Dextra?  
 Quò igitur spectat filius? O.G. Bene mones. Quum Occi-  
 dentem spectat, dextrā habet matrem: ubi se uertit ad so-  
 lis exortum, sinistra est. Nec hic tamen habitat, nondum  
 enim ædificium est absolutum, & locus est undiq; perspi-  
 bilis patentibus ostijs, patentibus fenestrīs, & in propin-  
 quo est Oceanus uentorum pater. M.E. Durum, ubi iugū

## RELIGIONIS ERGO. 369

huc habet illa: o. g. In eo templo quod inabsolutum dixi,  
est scallum angustum ligne tabulatu constructum, ad  
strung; latus per angustū ostiolum admittēs salutatores.  
Lumen est exiguum, nec ferè nisi ex cereis, fragrat odor  
naribus gratissimus. m. e. Hęc omnia congruunt religio  
ni o. g. Imò si introspicias Menedeme, dicas diuorū esse  
salem, adeò gemmis, auro, argentoq; nitent omnia. m. e.  
Accendis animū, ut eò me conferā. o. g. Haud pœnitue  
rit itineris. m. e. Nihil est illic olei sacri: o. g. Inepte. Oleū  
iſud non resudat, nisi ē sepulchris diuorū, uelut Andreæ  
o Catarinæ. Maria sepulta non est. m. e. Erravi, fateor.  
Sed absoluē fabulam. o. g. Quò latius se spargat religio,  
alia alijs locis ostenduntur. m. e. Et fortassis ut uberior  
sit largitio, iuxta illud: Fit citò per multas præda petita  
manus. o. g. Et nusquā non prestò sunt mystagogi. m. e.  
Ex canonici: o. g. Nequaquam illi non adhibentur, ne  
per occasionem religionis alienentur à religione, ac dum  
obseruant uirginem, parum ipsi consulant suæ uirginitati  
i. Tantum in intimo scallu, quod dixi conclave diu  
Virginis, adstat altari canonicus quidam. m. e. In quem  
iſum: o. g. Ut recipiat, seruetq; quod datur. m. e. n. An  
dant qui nolint: o. g. Minime, sed non nullos pius quidem  
pudor huc adigit, ut dent astante ouopiam, non daturi  
siftis abesset: aut largius dant aliquantò, quam erant  
daturi. m. e. Affectum huminū dicis, et mihi non inex  
pertum. o. g. Imò uerò sunt quidam adeo dediti sanctissi  
me Virgini, ut dum simulant sese munus imponere alta  
ri, mira dexteritate suffurentur, quod aliis posuerat.  
m. e. Fac nullum astare, an non in tales illico fulminaret  
Virgo? o. g. Qui magis id faceret Virgo, quam ipse pa

## 370 P E R E G R I N A T I O

ter æthereus, quem non uerentur nudare suis ornamento  
tis, uel per foſſo templi paricte? M.E. Non satis mihi con-  
ſtat, utrum magis debeat admirari, illorum ne impian-  
confidentia, an Dei lenitatem. O.G. Ad latus itaq; Septen-  
trionale porta quædam est, non templi, ne quid erres, sed  
Septi, quo tota clauditur area templo adiacens. Ea oſtio-  
lum habet perpusillū, quale uidemus in ualuis nobilium, ut  
qui uelit ingredi, primum tibiam periculo exponere co-  
gatur, deinde caput etiā submittat. M.E. Profectio tutum  
non fuerit ad hostem ingredi per tale ostiolū. O.G. Reſie  
coniecas. Narrabat myſtagogus olim uirū equeſtris or-  
dinis, equo incidentem, per hoc oſtium elapsū ē manu  
bus inimici, qui iam fugienti imminebat. Ibi miser despe-  
rans ſui, ſubita cogitatione ſalutem ſuam cōmendauit di-  
uę Virgini, quæ erat in proximo. Nam ad huius aram fu-  
gere decruerat, ſi ualua patuiffet. Et ecce rem inaudita.  
Subito totus eques erat intra ſepta templi, altero fruſtra  
foris insaniente. M.E. Et faciebat tam admirande narra-  
tionis fidem? O.G. Maximè. M.E. Id quidem non admou-  
dum facile apud te hominem philosophus. O.G. Ostendo  
bat in oſtio lamina cupream clavis affixam, que habe-  
bat imaginem equitis ſeruati, coq; cultu quo tum Angli-  
ca gens utebatur, quem & in uetustioribus picturis no-  
demus: quæ ſi non mentiuntur, frigebant id ætatis tor-  
res, & qui pannos tingunt ac texunt. M.E. Quā ſic? O.G.  
Quia barbatus erat non aliter quā in capra, & uniuersi-  
tatis nullam habebat rugam, adeoq; nō erat maior cor-  
pore, ut ſtrictu corpus ipsum redderet angustius. Erat  
& altera lamina, cellæ figuram ac magnitudinem refo-  
rēns. M.E. Iam dubitare fas non erat. O.G. Subter oſtio-  
lam

litterat cratis ferrea, quæ peditem tantum transmette-  
ret. Non cōueniebat ut equus post eum calcaret locum,  
quem prior eques Virginis consecrasset. M E. Et merito.  
O G. Hinc ad Orientem est sacellum prodigijs plenum,  
tō me conseruo. Excipit aliud mystagogus. Illic orauimus  
paulisper. Mox exhibetur nobis articulus humani digi-  
tis tribus maximi: exosculor, dcinde rogo cuius sint reli-  
quia. Ait sancti Petri. Num apostoli, inquā? Aiebat. De-  
inde contemplans magnitudinem articuli, qui gigantis  
videri potuerit: Oportuit, inquam, Petrum fuisse uirum  
pragrandi corpore. Ad hanc uocem è comitibus quidā  
in cachinnum solutus est, id certe moleste tuli. Nam si is  
siluisset, edituus nos nihil cœlasset reliquorum. Eum ta-  
men utcunq; placauimus, datis aliquot drachmis. Ante  
adiculam erat tectum, quod aiebat hyberno tempore,  
quam nix obtexisset omnia, cō subito fuisse delatum è lon-  
guquo. Sub eo tecto putei duo ad summum pleni, fontis  
venam aiunt esse sacram diuæ Virginis, liquor est mire  
frigidus, efficax medicando capitis stomachiq; dolori-  
bus. M E. Si frigida medetur doloribus capitis & stomac-  
chi, posthac & oleum extinguet incendium. O G. Mirabil-  
ulum audis o bone, alioqui quid esset miraculi, si frigida  
dasedaret sitim? M E N. Et ista sane est una pars fabulæ.  
O G. Affirmabant eum fonte derepente proslisse è terra  
iussu sanctissimæ Virginis. Ego cuncta diligenter circum-  
spiciens, rogabam quot essent anni, quod ea domuncu-  
la fuissest è deportata, dixit aliquot secula. Alioqui pa-  
rietes, inquam, non præ se ferunt aliquid uetus statis. Non  
repugnabat. Ne columnæ quidē hæligice. Non negabat  
esse nuper positas, & res ipsa loquebatur. Deinde hæc

A      inquam,

## 372 P E R E G R I N A T I O

inquam, testi culmea arundine aq; materia uidetur esse recentior. Assentiebatur. Ac ne trabes quidem ha-  
quam, transuersae, nec ipsa tigna que culmos sustinent vi-  
dentur ante multos annos posita. Annuebat. Atqui quā  
iam nulla casē pars supercesset, unde igitur constat, in-  
quam, hanc esse c. sulam illam è longinquo delata. M.E.  
Obsecro quomodo sese ab hoc nodo expediebat adiu-  
tuus. O.C. Scilicet incontanter ille ostendit nobis peruo-  
tus tam ursi pellecm tignis affixam, ac propemodum irru-  
sit nostram tarditatem, qui ad tam manifestū argumentu-  
tum non haberemus oculos. Itaq; persuasi, & tarditatis  
culpam deprecati, uertimus nos ad cœlestē lac beata Vir-  
ginis. M.E. O' matrem filij similimā, ille nobis tantum san-  
guinis sui reliquit in terris, hæc tantū lactis, quantum uix  
credibile est esse posse uni mulieri uniparæ, etiā si nihil bi-  
bisset infans. O.C. Idem caussantur de cruce domini, que  
priuatim ac publicè tot locis ostenditur, ut si fragmenta  
conferātur in unum, nauis onerariæ iustum onus uideri  
possint, & tamen totam crucē suam baiulauit dominus.  
M.E. An non tibi quoq; mirum uidetur? O.C. Nouum for-  
tasse dici possit, mirum nequaquam, quum dominus, qui  
hæc auget pro suo arbitrio, sit omnipotens. M.E. Pie tu  
quidē interpretaris, at ego uercor, ne multa talia fingen-  
tur ad quæstū. O.C. Non arbitror Deum passurū, si quis  
ipsum ad istum irrideat modū. M.E. Imo quum à sacrile-  
gis spoliatur & mater & filius & pater & spiritus, ne  
tantū um quidem sese cōmouent interdū, ut uel nutu, uel  
crepitu deterreani scelestos. Tanta est numinis enitas.  
O.C. Sic est, sed audi reliqua. Id lac seruatur in altarisum  
mo, in cuius medio Christus, ad dextram mater, honoris  
gratia.

gratia. Lac enim matrem representat. M.E. Cōspicuum  
 stigitur. O.G. Videlicet inclusum crystallo. M.E. Liqui-  
 dum igitur. O.G. Quid liquidū mihi narras, quum fusuna  
 sitante annos mille quingentos? Concretū est, dicas cre-  
 tam tritam, alboq; oui temperatam. M.E. Quid igitur nis-  
 dum ostentant? O.G. Ne contaminetur uirorum osculis  
 lac uirgineum. M.E. N. Probè dicas. Nam sunt, opinor, que  
 os admoucant nec purū, nec uirgineum. O.G. Vbi nos ui-  
 det mystagogus, accurrit, lineam uestem induit, sacram  
 solam addidit ceruici, procubuit religiose & adorauit,  
 mox nobis lac sacro sanctū osculandum porrexit. Hic in  
 extremo altaris gradu religiose procubuimus & ipsi  
 Christoq; primum salutato, Virginem oratiuncula tali,  
 quā in hoc ipsum pararā, appellauimus: Virgo parens, Precatio ad  
Virginis ma-  
trem.  
 que tuis uirgineis uberibus lactare meruisti cœliterræq;  
 dominū filium tuum Iesum, optamus ut illius sanguine  
 purificati proficiamus et nos ad felicem illam infantiam  
 columbinæ simplicitatis, que nescia malitiæ, fraudis ac  
 dolis, lac Euangelicæ doctrina concupiscit aſidue, donec  
 proficiat in uirum perfectū, in mensuram plenitudinis  
 Christi, cuius felici cōsortio frueris in æternū, cum patre  
 & spiritu sancto, Amen. M.E. Pia sanè deprecatione. Quid  
 illud? O.G. Uisus est uterq; annuere, niſi me fallebat oculi.  
 Nam subſilire uidebatur sacrū lac, & candidior aliquan-  
 to affulgebat eucharistia. Interim mystagogus ad nos  
 acceſſit, tacitus quidem, ſed tabellam porrigenſ, qualcm  
 apud Germanos offerunt, qui in pontibus telos exigunt.  
 M.E. Evidē ſepci numero male precatus ſum illis petaci-  
 bus tabellis, quum per Germaniā iter facerem. O.G. De-  
 dimus drachmas aliquot, quas ille obtulit Virginī. Mox

per interpretēm eius lingue pulchre peritū, & iuuenem  
blandæ cuiusdā eloquentiæ, nomen erat, ni fallor, Robertus  
Aldriſius, percontatus sum, quām potui ciuilissime,  
quibus argumentis cognitum haberet, hoc esse lac virgi-  
nis. Id ego sanè pio studio scire cupiebā, quō possem in-  
pijs quibusdā hæc omnia ridere solitis os obturare. Pri-  
mū mystagogus obducta fronte obticuit: iussi, ut inter-  
pres instaret, sed blandius etiam. Ille uero blandissime,  
adeo ut si matrem ipsam nuper puerperā talibus uerbis

Mystagogus  
qui ostendit  
arcana, qui et  
hierophanta  
dicitur,

appellasset, non fuerit ægræ latura. At mystagogus tam  
quam afflatus numine quo piā, nos intuens oculis stupen-  
tibus ac uelut horrore uocem blasphemā execrantiib⁹.  
Quid opus, inquit, ista percontari, quum habeatis tabu-  
lam authenticā? Et omnino uidebatur nos ut hereticos  
eiecturus, nisi drachmæ delinissent hominis ferociā. M.E.  
Quid uos interim? O G. Nos quid censes? Non aliter quā  
fuisse ieci, aut fulmine tacti, nos met illinc subduximus, sup-  
pliciter audacie ueniam cōprecati. Sic enim cōuenit in  
rebus sacris. Inde profici scimus ad ædiculam hospitiū  
uæ Virginis. Huc euntibus aperit se se quidā hierophan-  
ta ex illis minoribus, nosq; ueluti noscitans intuetur: ad  
quantum progressis occurrit aliis, itidem contemplans  
nos: post etiam tertius. M.E. Fortasse cupiebant te pingere.  
O G. At ego longè diuersum suspicab̄. M.E. Quid ab  
huc? O G. Sacrilegum quicquidam suppilasse nonnihil ei-

mundo sacræ Virginis, & in me suspicionem intentam  
esse. Itaq; facellū ingressus, tali precatiuncula salutem  
trem Virginē: O sola sc̄eminarū omnium mater & Vir-  
go, mater felicissima, Virgo purissima, nunc te puram in  
puri uisimus, salutamus, donariolis nostris uicung; colis

Ex mūdo, ex  
ornamentis.  
Dicitur autē  
mundus mu-  
tiebris.

Alia prece-  
rio.

mus, uinam donet nobis filius tuus, ut sanctissimos tuos  
 mores imitantes, mereamur & nos per spiritum sancti gra-  
 tiā spiritualiter dominū I E S V M intimis animi uiscerū  
 bus concipere, scilicetq; conceptum nunquam amittere.  
 Amen. Similq; ex sculatus aram, deposui drachmas ali-  
 quoꝝ & abij. M E. Quid hic Virgo? Nullō ne nutu dedit  
 signum auditæ precatiunculæ? O G. Lumen, ut dixi, erat  
 ambiguū, & illa stabat in tenebris ad dextrū latus altari-  
 ris. Postremò me sic deiecerat oratio prioris mystagogi,  
 ut non auderem oculos attollere. M E. Istius igitur profe-  
 ctiōnis non erat admodū letus exitus. O G. Imò multò le-  
 tissimus. M E. Reddidisti animū: nam mihi quoq; cor in Cor in genua  
 genua deciderat, ut tuus loquitur Homerus. O G. A prā- Est Iliados ε,  
 dio repetimus templū. M E. Audebas suspectus sacrilegij? πάσιν ἡ πατρί-  
 O G. Fortassis, sed ipse mihi suspectus non erā. Nescit pa- πετρού μένει,  
 norē mens sibi bene conscientia: Trahebat me tabulae uisen- id est, Expa-  
 dec cupiditas, ad quā mystagogus nos relegarat. Eā diu- uerunt: omni-  
 quesitam tandem inuenimus, uerum in alto defixa, ut non  
 aquibuslibet oculis legi posset. Mihi tales sunt oculi, ut  
 nec Lynceus dici possim, nec omnino lusciosus. Itaq; legē  
 tem Aldrisiū oculis obiter assectatus sum, nec illi satis fu-  
 des in re tāta. M E. Excussa est omnis dubitatio? O G. Pu-  
 duit me mei, qui subdubitasse, adeo res tota illic poncbz  
 tur ob oculos, nomen, locus, res ut erat ordine gesta: bre-  
 uiter, nihil omisiū. Dicitus est Guilhelmus Lutetiae natus,  
 vir pius quū aliās, tū p̄cipue religiosus in cōquirendis  
 toto orbe diuorū reliquijs. Is peragratis regionibus plu-  
 rimis, monasterijs ac templis undiq; lustratis, tandem peri-  
 uenit Constantinopolim. Nam huius Guilhelmi frater il-  
 lic agebat episcopum. Is iam adornantem redditū, admo-

Cor in genua  
 Est Iliados ε,  
 τάρπησαν,  
 πάσιν ἡ πατρί-  
 πετρού μένει,  
 id est, Expa-  
 uerunt: omni-  
 bus autem in  
 pedes decidit  
 animus.

nuit esse virginem quandā Dco dicatā, quæ lac haberet  
Virginis matris, abunde felicem futurū, si uel precario,  
uel præcio, uel arte portionē aliquā posset nancisci. Nam  
cæteras reliquias omnes quas hactenus collegerat, nihil  
esse ad tam sacrū lic. Ibi Guilhelmus non conquieuit, do  
nec exorat dimidium eius lactis. Eo thesauro plus quam  
Crœsus sibi uidebatur. M E. Quid ni, & quidem præter  
spem. O G. Rectā domū properat, in itinere morbus occu  
pat. M E. Ut nihil est in rebus humanis nec diu, nec un  
diquaq; felix. O G. Vbi uidet periculū, accersit clam Gal  
lum, fidiissimū eius peregrinationis comitem. Et religio  
se stipulatur silentium, cōmittit illi lac ea lege, ut si inco  
lumis domum redeat, deponat eum thesaurū in ara diuina  
Virginis, quæ colitur Lutetiæ in augusto templo, utring;  
Sequanam præterlabente intuens: & amnis ipse uidetur  
honoris gratia decedere numini Virginis. Ut rē in pa  
ca conferam, sepultus est Guilhelmus, alter properat, &  
hunc morbus corripit. Is desperans sui, tradit Anglo co  
miti lac, sed multis obtestationibus adstricto, ut faceret  
quod fuerat ipse facturus. Moritur hic, recipit ille, & in  
arā deponit lac canonicis eius loci præsentibus, qui tum  
temporis adhuc dicibātur regulares, quales adhuc sunt  
apud diuam Genouefam. Ab his impetravit lactis dimi  
diuum. Id de latū in Angliam, tandem in Parathalassum de  
tulit, huic uocante mentem illius afflatus spiritus. M E. Pul  
chrè certè sibi cōstat hæc narratio. O G. Imò ne qua refu  
dere posset dubitatio, ascripta erant nomina episcoporu  
m suffragijs, qui lac illud iniurientibus non absq; munuscu  
lo, tantum imparicerunt relaxationis, quantum ex suo  
præscripto. dimenso largiri possunt. M E. Quantum id cjt: O G. Die  
rum

Ex suo dimē  
to. i. ex modo  
præscripto.

rum quadraginta. M E. Etiā apud inferos dies est? O G. Roman⁹ erat  
 Certe tempus est. M E. Vbi totū hoc dimensum semel fue-  
 rint elargiti, nō superest quod largiantur? O G. Minime.  
 Subscatet enim subinde quod dent, ac planè diuersum  
 quiddam accidit hic atq; in dolio Danaidum. Illud enim  
 quū continenter impleatur, semper tamen inane est: hinc  
 si semper haurias, nihil tamen minus est in dolio. M E. Si  
 centum hominū milibus largiantur quadraginta, singuli  
 tantundem habent? O G. Tantundem. M E. Et si qui ante  
 prandium acceperunt quadraginta, rursus sub cœnam  
 poscerent quadraginta, præsto ne esset, quod daretur?  
 O G. Imò si hora eadem decies. M E. Utinā mihi tale scriu-  
 niolū esset domi, non optarim nisi tres drachmas, modò  
 siccateant. O G. Quin optas ut totus fias aureus, tantun-  
 dem accepturus ex uoto. Verum ad fabulā redeo. Adder-  
 batur & illud pij cuiusdā candoris argumentū: lac Vir-  
 гинis, quod alijs compluribus in locis ostendebatur, satis  
 quidem esse uenerandum, hoc tamen cæteris esse uenera-  
 bilius, quòd illa abraderentur à saxis, hoc ex ipsis Virginis  
 uberibus effluxisset. M E. Vnde id cōstabat? O G. Oh,  
 narrarat hoc uirgo Constantinopolitana, quæ lac dede-  
 rat. M E. Et illi fortasse communicarat diuus Bernardus.  
 O G. Sic arbitror. M E. Cui natu grandi contigit gustare  
 lac ex eadem māma, quam suxit puer Iesus. Vnde miror,  
 illum mellifluū dici potius quam lactifluum. Sed quomo-  
 dolac Virginis dicitur, quod nō fluxit ex uberibus? O G.  
 Fluxit & illud, sed saxo, cui forte lactans insidcbat, ex-  
 ceptū concreuit, deinde uolente Deo sic multiplicatum  
 est. M E. Recte. Perge. O G. His itaq; peractis, dum para-  
 mus abitum obambulantes interim, & si quid offeretur

pōtisē è do-  
 lio promit, &  
 pīcopis cer-  
 tus inodus pī-  
 scripius est.

Apud inferos  
 Nam ad pur-  
 gatoriū nunc  
 prorogāt rela-  
 xationes, ubi  
 null⁹ est dies,  
 & tamē dies  
 uocāt. Danai

dī dolii. uide  
proverbium.

spectatu dignum circumspectates, rursum ad sunt mysta  
 Limis. i. oculis obliquis ac semiclausis quomodo se aspici lenores indignantur. gogi, limis intuentur, dígito subnotant, accurrunt, abeunt, recurrunt, nutant, uidebantur compellaturi, si fuisset auctoritate satis. M.E. Nihil ibi metuebas? O.G. Imò faciem illis obuerti, sic arridens & intuens, quasi ad cōpellandum inuitarem. Tandem unus aggressus, rogat quod mihi non men esset, edo. Num is essem qui ante biennium affixus set uotiuam tabellam literis Hebraicis. Fatebar esse me. M.E. Scribis Hebraicè? O.G. Minime, sed isti quicquid non intelligunt, Hebraicum uocant. Mox accessitus, ut consilio, uenit illius collegij ῥητόρος ὑπέροχος. M.E. Quod isthuc dignitatis nomen est? Non habent abbatem? O.G. Non. M.E. Quur ita? O.G. Quia nesciunt Hebraicè. M.E. Non episcopum? O.G. Nequaquam. M.E. Quam obrem? O.G. Quia Virgo pauperior etiamnum est, quam ut emat per dum ac mitram nimio uenalem. M.E. Non saltem Praepositum? O.G. Ne id quidem. M.E. Quid obstat? O.G. Quia Praepositus dignitatis est nomen, non sanctimonie. Et idco canonicorū collegia nomen abbatis reiiciunt, Praepositi libenter amplectuntur. M.E. N. Atqui τριπότονον antehac audiui nunquam. O.G. Næ tu magnopere rudis es grāmatices. M.E. Υπόποτον noui in tropis. O.G. Tones. Hic qui Priori proximus est, Prior est posterior. M.E. Suppriorem dicis. O.G. Is me salutauit satis humaniter. Narrat quantopere sudatum sit à multis, ut uersus eos legerent, quot frusta extensa perspicilla. Quoties aduenisset aliquis uetus Theologie aut iuris doctor, ad ductus est ad tabellam: alius dicebat esse literas Arabicas, alius scilicet: tandem repertus est qui legeret titulum. Is descriptus erat uerbis ac literis Romanis sed manusculi

maiusculis. Greci uersus erant descripti Græcis maiusculis, que prima specie uidentur referre maiusculas Latinas. Rogatus descripsi sententiam carminum Latinæ, uerbum uerbo reddens. Huius opellæ quum præmiolum oblatum constanter recusarem, affirmans nihil esse tam arduum, quod in Virginis sanctissimæ gratiam nō esset cupidissime facturus, etiam si literas iuberet illinc perferre Hierosolymam. M E. Quid opus te grammatophoro, quā illi tot angeli adsint à manibus atq; à pedibus? O G. Ille protulit è crumena ligni fragmentū descictum è trabe, in qua uirgo mater uisa est cōsistere. Odor mirus protritus arguebat esse rem oppido sacram. Ego uero tam insigne munus pronus & nudato capite, summa cum ueneratione terq; quaterq; exosculatus reposui in crumena. M E. Licet ne uidere? O G. Per me quidē licebit. Ceterum si ieiunus non es, aut si nocte proxima fuit tibi res cum uxore, nō suaserim ut uideas. M E. Ostende, nihil periculi. O G. En tibi. M E. O' te beatum isto munere. O G. Ego, ne sis insciens non permutarim hoc tantillum frag-  
 mentulū cum uniuerso auro Tagi: includā auro, sed sic ut per crystallū pelluceat. Tū Hysteroprotus ubi me uidet tam religiose gestientem eo munusculo, iudicans nō indignum, cui maiora quoq; cōmitterentur, rogat, num quando uidissem secreta Virginis. Ea uox me non nihil commouit, non tamen ausus sum percontari, quæ diceret secreta Virginis. Siquidem in rebus tam sacris etiam lingue lapsus non uacat periculo: Nego me uidisse, sed uideendi cupidissimū esse dico. Inducor iam uelut afflatus numine. Accenditur una atq; altera tæda cerata, ostenditur imagūcula nec magnitudine, nec materia, nec opere  
 præcessit.

Auro Tagi.  
 Tagus inter  
 flumos auriferos cōmemoratur.

præcclens, sc̄d uirtute pollens. M E. Moles non multum  
habet momenti ad edenda miracula. Vide Christophor

**H**amaxix. rum Lutetiae non hamaxicum aut colloſſeum, sed monti  
Gr̄ecis dicuntur prægran- iusto parem, nullis tamen illic miraculis nobilcm, quod  
dia, quali que quidem audierim. O G. Ad pedes Virginis est gēma, cui  
plauſtri iuſtū nondum apud Latinos aut Gr̄eos nomen inditū, Galli  
onus ſint. Co loſſi dicuntur à buffone dederūt nomen, eò quod buffonis effigiem ſic  
imagines ad exprimat, ut nulla ars idem poſſit efficere. Quoq; manus  
miraculū uſq; grandes.

est miraculum, puſillus est lapillus, nō prominci buffonis  
imago, ſed in ipſa gēma uelut incluſa pellucet. M E. For-  
taſſis imaginātur buffonis ſimilitudinem, quemadmodū  
in ſecta filicis ſtripe imaginamur aquilam. Et quemad-  
modum pueri, quid non uident in nubibus? dracones ig-  
nem ſpirātes, montes igni candentes, armatos cōcurrē-  
tes. O G. Imò ne ſis neſciens, nullus buffo uiuus euideñius  
exprimit ſeipſum, quam illic erat expreſſus. M E. Haſte-  
nus pertuli fabulas tuas, poſthac alium quāre, cui perſua-  
deas de buffone. O G. Nihil mirum eſt Menedeme, te ſic  
affectū eſſe. Nec mihi quiſquā perſuasurus erat, ciāmſi  
totus ordo Theologorū aſſuerat eſſet, niſi hiſ oculis, hiſce  
inquā oculis uidiffem, intuitus eſſem, cōperiffem. Sed in-  
terim mihi uideris ſatis incurius rerum naturaliū. M E.  
Quā ob rem? quia nō credo uolare aſinos. O G. An non  
uides, quam ludat artifex natura in omniū rerum colori-  
bus ac formis exprimendis, quum alijs quidem in rebus,  
ſed præcipue in gēmis? deinde quam admirandas uires  
gimmis illis indiderit prorsus incredibiles, ni cominus  
experientia faccret nobis fidē? Dic mihi, crediturus eraſ-  
chalybem intactum à magnete attrahi, & rufius ab eo  
dem depelli ſine contactu, niſi uidiffes oculis? M E. Pro-  
fectio

factò nunquam etiam si decem Aristoteles mihi deieras  
 sent. o g y. Ne protinus igitur fabulosum clames, si quid  
 audis nondū experimento compertū. In ceraunia fulmī  
 nis uidemus imaginem, in pyropo uiuum ignem, in chala-  
 za grandinis & speciem & rigorem, etiam si coniicias  
 in medium ignem: in smaragdo profundas ac pellucidas  
 maris undas: carcinias cancri marini speciem imitatur  
 echites uipere, scarites scari piscis: hieracites accipitris,  
 geranites gruis collum effectum exhibit: agophthalmus  
 caprinum oculum ostendit: est qui suillum, est qui tres su-  
 mul hominis oculos: lycophthalmus lupi pingit oculum  
 quatuor coloribus, rutilo & sanguineo, in medio rugrum  
 candido cingitur: cyaneam nigrā si aperias, fabā in me-  
 dio reperies: dryites truncū arboris effingit, & ligni in  
 modū ardet quoq; cissites & narcissites hederā pingit,  
 astrapias fulminis radios è medio candido seu cyaneo ia-  
 culatur: phlegontites incendium intus ostendit, quod nō  
 excat: in anthracitide uideas scintillas quasdam discurre-  
 re: crocias croci colorem reddit, rhodites rhoe, chalcides  
 eris: aëtites aquilā exprimit, cauda candicante: taos  
 paucis picturā habet, chelidonia aspidis, myrmecites  
 innata habet formicæ repentis imaginē: cantharias scal-  
 rabcum totū exprimit: scorpites scorpiū mirè depingit.  
 Sed quid ego hæc persequor, quæ sunt innumera, quum  
 nulla sit naturæ pars uel in clemētis, uel in animantibus,  
 uel in plantis, quā illa ucluti lasciuens non expresserit in  
 gemmis? Miraris in hac gemma buffonem expressum.  
 M.E. Miror naturæ tantum esse otij, ut sic ludat omnium  
 rerum imitatione. o g. Voluit exercere curiositatem hu-  
 mani ingenij, nosq; uel sic ab otio propellere. Et tamen  
 quasi

In cerzonias  
 uide Plinium  
 de gemmis.

quasi nihil sit, quo fallamus tedium temporis, insanimus  
in moriones, in aleas, in præstigiarum ludibria. M.E. Ve-  
rißima prædicas. O.G. Addunt quidā non leues, hoc geni-  
marum genus si admoueras acetō, in natare motis ciuiam  
membris. M.E. Quir buffonem addunt Virgini? O.G.  
Quia hæc spurcitiem omnem, uirulentiam, fastum, auari-  
tiam, & quicquid est terrenarum cupiditatū, uicit, cœda-  
uit, extinxit. M.E. Væ nobis qui tantum buffonum ger-  
mus in pectore. O.G. Puri erimus, si sedulo colamus Vir-  
ginem. M.E. Quomodo gaudet colis? O.G. Gratissimū illi-

cultum præstiteris, si fueris imitatus. M.E. Numro dixi-  
sti, sed iſthuc perdifficile est. O.G. Est sane, sed idem pub-  
cherrimum. M.E. Age, perge quod cœperas. O.G. Deinde  
cōmonstrat aureas argenteasq; statuas, Hæc, inquit, mei-  
rè aurea est, hæc argentea inaurata: addit singulis pon-  
dus, preciū: ac doni autorem. Quū ad singula mirabun-  
dus gratularer Virginī tam beatā opulentiam: myſtago-  
gus, Quoniam, inquit, uideo te pium spectatorem, nō ar-  
bitror aequū, ut te quicquā cælem, uidebis que Virginis  
sunt secretissima: simulq; deponuit ex ipso altari mun-  
dum rerum admirabiliū, cuius singulas partes si pergam  
recensere, dies hic non sufficerit narrationi. Sic illa sene  
peregrinatio mihi felicissime ceſſit. Expletus sum affatu-  
spectaculis, & hoc inæstimabile donum mecum aufero,  
pignus ab ipsa Virgine datum. M.E. Nullum n̄c fecisti pe-  
riculum quid ualeat lignū tuum? O.G. Feci: in diuersorio  
quodam ante triduū reperi quendā mente captum, cui  
iam parabantur uincula, lignū hoc suppositum est illius  
ceruicali clam ipso, obdormiſt somno profundo pariter  
ac prolixo, mane surrexit integræ mentis. M.E. Non fui  
r̄at

Numero dixi  
i. expedite &  
compendio.

rat phrenesis, sed parœnia fortassis. Huic malo solet me, Parœnia, id  
est, deliratio  
ex uino.  
dei somnus. o. g. Quū libebit iocari Menedem, fac alia

tibi queras materiam: in diuos iocis ludere, nec piuum est,  
nec tutum. Imò uir ipse narrabat sibi in somnis appa-  
ruisse mulierem admiranda specie, quæ poculū ipsi por-  
rexerit. m. e. Elcborum opinor. o. g. Istuc incertū est,  
illud certissimum, hominem mentis esse cōpotem. m. e.

Preteristi Thomā Cantuariensem archiepiscopū? o. g. Thomas C.  
tuariensis.

Minime gentiū. Nulla peregrinatio religiosior. m. e. Au-  
dire gestio, nisi molestum est. o. g. Imò te quæso, ut au-  
dias. Cantium dicitur ea pars Anglie, quæ Galliam Cantium.

Flandriā spectat. Huius metropolis est Cantuaria. In ea Cantuaria.

sunt duo monasteria pene contigua, utrumq; Benedicti  
nos habet. Id quod habet diui Augustini titulū, uidetur  
antiquius: hoc quod nunc appellatur diui Thomæ, sedes  
archiepiscopi fuisse uidetur, ubi cū paucis electis mona-  
chis uitam ageret, quemadmodū & hodie præsules ha-  
bent ædes ecclesiæ contiguas, sed ab ædibus reliquorū ca-  
nonicorū semotas. Olim enim ferè tum episcopi, tum cat-  
nonici monachi erant. Id arguunt manifesta rerum uesti-  
gia. Templum autē diuo Thomæ sacrū tanta maiestate  
sese erigit in cœlum, ut procul etiam intuentibus religio-  
ne incutiat. Itaq; nūc suo splendore uicini luminibus offe-  
rit, & locū antiquitus religiosissimū uelut obscurat. Tur-  
res sunt ingentes duæ, procul ueluti salutantes aduenas,  
mīroq; nolarum ænearū boatu longe lateq; religionē ui-  
ciā personantes. In uestibulo templi, quod est ad Austrū,  
stant, saxo sculpti tres armati, qui manibus impijs uirum  
sanctissimū trucidarunt, addita sunt gentis cognomina,  
Tusci, Fisci, Berri. m. e. Quur tantum honoris habet ut  
impijs?

impijs? o g. Videlicet idem honoris habetur ijs, quod habetur Iude, Pilato, Caiphæ, cohorti militum sceleratorū, quos operose sculptos uides in auratis altaribus. Ad duntur cognomina, ne quis posthac usurpet glorie causa. Ingeruntur oculis, ne quis aulicis posthac iniiciat manus uel in episcopos, uel in possessiones ecclesie. Nam tres illi satellites à peracto facinore uersi sunt in rabiem, nec redditia mens est, nisi implorato Thomæ sanctissimi fauore. M E. O' perpetuā martyrum clementiā. o g. Ingressis aperit se se spatiofa quedam ædificij maiestas. Et pars quoslibet recipit. M E. Nihil ne illic uisendum? o g. Nihil preter structure molē, & libros aliquot columnis affixos, in quibus est Euangeliū Nicodemi, & sepulchrū nescio cuius. M E. Quid dcindet? o g. Cancelli ferrei sic arcant ingressum, ut conspectum admittant eius spatiū, quod est inter extremā ædem & chori, quem uocant, locum. Ad hunc cōscendit multe gradibus, sub quibus te studio quedam aperit ingressum ad latus Septentrionale. Illic ostenditur altare ligneum diuī Virginis sacrū, pulsū, nec ulla re uisendum, nisi monumento uetus statis, luxum hisce temporibus exprobrante. Illic uir pius dicitur extremū uale dixisse Virginī, quum mors imminentet. In atra est cuspis gladij, quo præsector est uertex optimi præsulī, ac cerebrū confusum, uidelicet quo mors esset presentior. Huius ferri sacrā rubiginem amore martyris religiose sumus exosculati. Hinc digressi subimus cryptā porticum: ea habet suos mystagogos: illic primū exhibetur caluaria martyris perforata: reliqua tecta sunt argento, summa cranij pars nuda patet osculo. Simul ostenditur plumbcalamina Thomæ Acrensī titulū habens insculptum.

ptum. Pendent ibidē in tenebris indusia ciliciana, cinguis  
la, subligariaq; quibus antistites ille subigebat carnem suā,  
ipso aspecto horrorem incutientia, nobisq; mollicie ac  
delicias nostras exprobrātia. M E. Fortassis & monachis  
ipsis. O G. Ithac de re nec affirmare possum, nec negare,  
nec refert quidem mea. M E. Vera narras. O G. Hinc redi  
mus in chori locum. Ad latus Septentrionale reserantur  
arcana, dictu mirum, quantū os̄ium illinc prolatum sit,  
calvaria, menta, dentes, manus, digiti, integra brachia,  
quibus omnibus adoratis fiximus oscula: nec erat futu  
rus finis, nisi qui mihi tum comes erat eius peregrinatio  
nis parum cōmodus, interpellasset ostentandi studium.  
M E. Quis iste? O G. Anglus erat nomine Gratianus Pul  
bus, vir eruditus ac pius, sed minus affectus erga partem  
hanc religionis, quam ego uolebam. M E. Videlicet qui  
siam opinor. O G. Non arbitror, etiā si libros illius lege  
rat, incertū unde nactus. M E. Is offendit mystagogum?  
O G. Prolatum est brachiū adhuc carnem habēs sanguis  
holentā, huius osculū exhorruit, ac uultu quoq; tedium  
quoddam prae se ferebat. Mox sua recondidit mystago  
gus. Hinc spectauimus altaris tabulam & orriamenta,  
mox que sub altari fuerāt recondita, opulenta omnia: di  
ceres Midā & Crœsum fuisse mendicos, si spectares uim  
auri atq; argenti. M E. Hic nihil oscularū? O G. Non, sed  
diu uotorū genus tetigit animum meum. M E. Quod  
nam? O G. Suspirabā domi meæ nihil esse taliū reliquia  
rum. M E. Sacrilegum uotum. O G. Fateor, & supplex ue  
niā precatus sum à diuō prius quam pedem efferrem  
templo. Post hæc ducimur in sacrariū, Deus bone, que ille  
hic pompa uestium holosericarū, que uis candelabrorū.

aureorū: Ibidem uidimus pedū diui Thomae. Videbatu  
arundo lamina argentea obuestita, minimum erat ponde  
ris, nihil operis, nec altius quam usq; ad cingulum. M.E.  
Nulla crux: o.g. Nullam uidi. Ostensum est palliū holo  
sericum quidē, sed crasso filo, nullo auro, gemmis uē insu  
gnc. Aderat & sudariū, sudoris ex collo contracti mani  
festatiq; sanguinis notas retinēs. Hæc uetus frugalitatis  
monumenta libenter sumus exosculati. M.E. Ista nō ostend  
dūtur quibuslibet: o.g. Nequaquā o bone. M.E. Vnde ii  
bi tantum est habitū fidci, ut nihil arcani claretur: o.g.  
Erat mihi nō nihil notitiae cū R.P. Guilhelmo Vuaramo  
archicpiscopo, is me tribus uerbis cōmendauit. M.E. Ex  
multis audio uirum singulari præditū humanitate. o.g.  
Quin potius dicas ipsam esse humanitatē, si noris. Lam  
ea doctrina, ea morū sinceritas, ea uite pietas, ut nullū  
absoluti præsulis dotē in eo desyderes. Ab his igitur de  
ducimur ad superiora. Nā post altare summi rursus ue  
lut in nouum templū ascenditur. Illic in scello quodam  
ostenditur tota facies optimi uiri inaurata, multisq; gem  
mis insignita. Hic casus quidā in opinatus pene totam u  
lam felicitatem interturbauit. M.E. Expecto quid mali di  
cas. o.g. Hic minimum iniij gratiae comes meus Gratia  
nus. Is à precatiuncula rogauit mystagogū assessorē.  
Heus, inquit, bone pater, uerum ne est quod audio, Tho  
mā, dum uiueret, fuisse benignissimū erga pauperes? Vo  
riſsum, inquit ille. Cœpitq; multa de illius erga tenuis  
beneficentia cōmemorare. Tū Gratianus, Non arbitror  
eum in illo mutatu esse, nisi forte in melius. Assensus est  
mystagogus. Rursum ille, Quid igitur uir sanctissimus  
tam liberalis fuerit in egenos, quū adhuc pauper esset. o.g.

ipse presidijs pecuniarū egeret ob corpusculi necessitatē,  
tm, an nō putas & quo animo laturū nunc, cūm tam opu  
lentus sit, nec ullius egeat, si qua mulier paupercula, do  
mi habens liberos famelicos, aut filias ob dotis inopiā de  
pudicitia periclitantes, aut maritum morbo decumbens  
tem, omnibusq; præsidij destitutū, precata ueniam, de  
trahat ex his tantis opibus aliquā particulam subleuan  
de familie, uclut à uolente sumens uel dono uel mutuo?  
Ad hæc quū nihil responderet assessor capitis aurei, Grati  
anus, ut est uehemens, Ego, inquit, plane confido san  
ctissimū uirum etiam gauisurum, quod mortuus quoq;  
suis opibus subleuaret inopiā pauperū. Ibi mystagogus  
corrugare frontem, porrigere labra, Gorgoneis oculis  
nos obtueri, nec dubito, quin sputo cōuitijsq; nos cieclu  
tus fuerit ē tēplo, nisi cognouisset nos ab archiepiscopo  
commendatos. Evidem utcunq; placauit blandis uerbis  
iram hominis, negans Gratianū quicquam horū ex anē  
moloqui, sed suo more ludere, simulq; drachmas aliquot  
depositi. M E. Ego sane tuā pietatem uehementer appro  
bo. Verū mihi nonnunquā serio uenit in mentē quo colo  
re possint excusari à crimine, qui tantū opum insumunt  
temporis extruendis, ornādis, locupletādis, ut nullus omnis  
no sit modus. Fateor in sacris uestibus, in uasis templi, de  
beri cultui solenni suam dignitatē, uolo & structurā ha  
bere maiestatcm suā. Sed quorsum attinent tot baptiste  
ria, tot candelabra, tot statuē aurcae? quorsum organorū,  
que uocat, immensi sumptus? nec unicus interim cōtentī  
sumus: quorsum ille musicus hinnitus, magno censu con  
ducendus, quū interim fratres & sorores nostræ, uiuacis  
Christi tempora situ fameq; cōtabescant? o c. In his quidē

## 558 P E R E G R I N A T I O

nemo uir pius ac prudens modum nō desiderat: uerū  
quoniam hoc uitium ex immoda quādā pietate no-  
scitur, fauore promeretur, præsertim quoties in menem  
uenit diuersus morbus istorum, qui tempa suis opibus  
spoliant. Ista ferè donantur à potentibus ac monarchis,  
deterius peritura in aleam ac bellū. Et si quid hinc diei  
manus suas qui dare solent, insuper & inuitātur ad rapi-  
nam. Igitur harū rerum magis illi cuſtodes sunt, quam  
domini. Deniq; malim uidere templum sacra suppelleſti  
le luxurians, quādā, ut sunt quædam, nuda, fōrdida, ſtabu-  
lis equorū ſimiliora quādā templis. M.E. At legimus oīm  
laudatos episcopos, qui uasa ſacra diuenderunt, eāq;  
pecunia ſubuenērūt egenis. O.G. Laudātur & hodieſed  
lauſātū tanū, imitari nec licet nec libet opinor. M.E.  
Remoror tuam narrationē. Nunc expēcto fabule catā  
ſtrophē. O.G. Accipe, paucis expediā. Inter hāc prodī  
ſummus ille myſtagogus. M.E. Quis nam abbas loci? O.G.  
Mitrā habet, census habet abbaticos, ſolo nomine caret,  
& Prior dicitur ob id, quod Archiepifcopus abbatis lo-  
co eſt. Nā antiquitus quisquis erat eius ditionis Archi-  
epifcopus, idem erat & monachus. M.E. Equidem uela  
melus appellari ſuſtineam, ſi census eſſet abbate dignus  
O.G. Mihi quidem uifus eſt uir pius uixtā & prudens  
neq; Scoticæ Theologie rudis. Is nobis aperuit thecam  
in qua reliquum ſancti uiri corpus quiescere dicitur.  
M.E. Vidisti ossa? O.G. Id quidem fas non eſt, nec licet,  
niſi ad motis ſcaſis: ſed auream thecam theca conge-  
linea, ca funibus ſublata opes nudat inæſtimabiles. M.E.  
Quid audio? O.G. Viliſſima pars erat aurum, gemmis &

ris ac pregrandibus collucebant, nitebant ac fulgurabant omnia: quædam superabat ovi anserini magnitudinem. Ibi multa cum ueneratione circumstabant aliquot monachi, sublato tegumento adorauimus omnes. Prior candida uirga demonstrabat contactu singulas gemmas, ad- dens nomen Gallicum, precium & autorem doni. Nam precipuas monarchæ dono miserant. M.E. Oportuit ille lumen esse præditum in signi memoria. O.G. Rectè coniectas, quanquam iuuat & exercitatio, frequenter enim hoc agit. Hinc reducit in cryptoporticū. Illic domicilium habet Virgo mater, sed subobscurum, semel atque iterum seruis cancellis circunsepta. M.E. Quid metuit? O.G. Nihil opinor, nisi fures. Nec enim unquam uidi quicquam diuitijs onus. M.E. Cæcas mihi diuitias narras. O.G. Admotis lucernis uidimus plus quam regale spectaculum. M.E. Vnde, quibus Parathalaïsia? O.G. Specie longè superat, abstrusa nouit ipsa. Hæc non ostenditur, nisi magnatibus aut precipuis amicis. Postremò reducimur in sacraria, illuc detractum est scrinum nigro contextum corio, depositum est in mensam, apertum est, mox omnes flexis genibus adorarunt. M.E. Quid inerat? O.G. Fragmenta quædam linteorum lacera, pleraque mucci uestigium scruantia. His, maledicabant, uir pius extergebatur sudorem à facie siue collo, pituitam à naribus, aut si quid esset similium sordium, quibus non uacant humana corpuscula. Ibi meus Gratianus rursum non optimam iniit gratiam. Huic & Anglo, & noto, nec mediocris autoritatis uiro Prior benignus unum è linteolis obtulit dono, credens se munus longè gratissimum offerre. Sed Gratianus hic parum gratus, non sine fastidij significatione digitis contredicauit.

unum, & cōtemptim reposuit, porrectis labijs, ueluti p  
yſmum imitans. Nam hic illi mos erat, si quid offende  
ret, quod tamen contemnendū esse iudicaret. Neum au  
mum simul & pudor, & timor discrutiabant. Prior la  
men, ut est homo nō stupidus, diſimulabat hoc ſatum,  
nosq; post oblatū uini poculum humaniter dimiſit. Quā  
rediremus Londinum. M E . Quid oportuit, quā iam non

Littus An  
glie rapinis  
et famis.

procul abeſſes à littore tuo? O G . Sic eſt. Sed ego littus il  
lud perquā lubens fugi, magis infame fraudibus ac rapi  
niſ quam ullæ ſunt Maleæ naufragijs . Dicā quod proxi  
ma uidi traicitione. Cōplures à littore Caletiensi ſcalmo  
deuehebamur ad nauem maiore. In his erat Gallus qui  
dam iuuenis, pauper ac pannosus. Ab hoc exigunt dimi  
dium drachmæ. Tantum enim extorquent ē ſingulis ob  
breuiſimā uectationem. Ille excusabat paupertatem, illi  
per iocum explorat ſciliſt, ac detractis calcis inter ſup  
pactas ſoleas reperiunt decem aut duodecim drachmas,  
eas cripiunt palam ridentes, & conuicijs ludentes in ſe  
leratū Gallum. M E . Quid iuuenis? O G . Quid aliud fle  
bat. M E . Num ex autoritate faciebant iſta? O G . Proſuſ  
eadem, qua furantur ſarcinas hospitū, qua tollunt crume  
nas, ſi quando datur opportunitas. M E . Mirum eſt iſtos  
tantum audere facinus, tot testibus cōſcijs. O G . Sic affue  
uerunt, ut recte fieri putent. Spectabant ē maiore nauis  
complures, in cymba aderant aliquot Angli negociaſ  
res, qui fruſtra obmurmurabāt. Illi uclut in re faceta glo  
riabātur deprehensum ſceleratū Gallum. M E . Ego iſtos  
maritimos fures ludens ac iocans ſubigerem in crucem.  
O G . Atqui talibus ſcatet utrumq; littus . Hic mihi conic  
ēta, Quid domini faciant, auſint cū talia fures? Proinde  
poſthac

posthac quislibet ambages malim, quam illud compendiū. Ad hæc quemadmodū ad inferos facilis descensus, sed redditus difficilimus, ita per hoc littus ingressus non admodum facilis, exitus difficilimus est. Herebant Londinii nautæ aliquot Antuerpienses, cum illis decreuerā me mari committere. M E. Habet ea regio nautas adeò sanos: O C. Ut simia semper est simia, fator, ita nauta semper est nauta: uerū si ad hos conseras qui rapto uiuere didicerunt, angeli sunt. M E. Meminero, si quando me quoq; libido ceperit eam insulam inuisendi. Sed in uiam redi, unde te deduxi. O C. Ergo Londonū petētibus haud procul à relicta Cantuaria, occurrit uia uehemeter causa simul & angusta, pretereat declivis sic utrinq; abrupto aggere, ut nō possis effugere: nec uitari potest, quin hac facias iter. Ad eius uiae leuum latius est mendicabulum aliquot seniculorum: ab ijs procurrit aliquis, simulatq; sensunt aduenientē equitem, cōsperrit aqua sacra, mox offert calcei summā partem obuinctū æreo circulo, in quo utrum est gemmæ specie. Ex osculati dant nummulum.

M E. In eiusmodi uia malim mendicabulū seniculorum, quam gregem ualentium latronū. O C. Gratianus equitabat mihi sinist̄, propior mendicabulo: confpersus est aqua, tulit utcunq;. Vbi porrigeretur calceus, rogabat quid sibi uellet. Ait calcū esse S. Thomæ. Incanduit ho-

Calceus D.  
Thomæ.

tur, ut argumentum frugalis uitæ, non improbarem: ceterum impudens mihi uidetur, soleas, calceos, & subligaria cuiquā osculanda obirudere. Nam si quis id sua sponte faciat ex ingenti quodā pietatis affectu, uenia dignum arbitrer. O. G. Præstabat ista nō fieri, ne quid disimularem: uerū ex his rebus quæ subitò corrigi non possunt, solo si quid inest boni decerpere. Delebat interim ani-

Viri boni ac  
mali compa-  
ratio.

mum mēcum illa contemplatio, uirū bonum esse similem ouī, malum noxiæ bestiæ. Vipera posteaquam perire, mordere quidem non potest, odore tamen sanicq; inficit: onis quum uiuit, lacte nutrit, lana uestit, sœtura ditat: mortua porrigit utile coriū totaq; esculenta est. Itidem uiri ferces, & huic mundo dedit, dum uiuūt, omnibus incomodo disunt, mortui strepitu nolarū, ambitiosa sepultura molesti sunt uiuīs, nōnunquā & successorum inaugurationibus, hoc est, nouis exactiōibus: probi uero nulla non ex parte magnā omnibus de se præbēt utilitatem. Velut hic diuus, dum in uiuīs esset, exemplo, doctrina, monitis ad pictatam inuitabat, consolabatur destitutos, subleuabat egenos: ac mortui penē maior utilitas. Extruxit hoc locū pletissimū templum, sacerdotum ordini per uniuersam Angliā plurimum autoritatis conciliauit. Hoc deniq; calcei fragmentum alit egenorū conuenticulū. M. E. Est quidem ista pia contemplatio: sed demiror te, quum isto sis animo, nunquam inuisisse antrum S. Patricij, de quo prodigiosa quedam uulgō iactat, nec mihi satis uerisimilia. O. G. Imō nulla hic tam prodigiosa potest esse narratio, quin res ipsa superet. M. E. Ergo illuc quoq; penetravit O. G. Enauigauit paludem uerē Stygiā, descendit in fauces Auerni, uidi quicquid apud inferos geritur. M. E. Beatis

Sancti patri-  
cij antrum.

me, si nō grauaberis referre. O G. Sit hoc colloquij nostri  
 proximum, satis, ut arbitror prolixū. Eo domum, ut iur  
 beam adornari cœnam: nam adhuc impransus sum. M E.  
 Quis urimpransus: num religionis gratia? O G. Minime,  
 sed inuidiae causa. M E. Num inuides uentri tuo? O G. Imò  
 rapacibus cauponibus, qui quū nolint quod æquum est  
 apponere, tamen non uerentur ab hospitibus quod inu  
 quum est exigere. Eos sic ulcisci soleo. Si s̄ fcs datur cœna  
 lautioris uel apud notum, uel apud pandocheū paulo mi  
 nus sordidū, in prandio laborat mihi stomachus. Sin prā  
 dium obtulit fortuna quale uolo, sub cœnam incipit dole  
 rest. machus. M E. Non pudet uideri parcum ac sordi  
 dū: O G. Menedeme, qui talibus in rebus pudoris impen  
 dium faciunt, crede mihi, male collocant sumptum. Ego  
 meum pudorem alijs usibus seruare didici. M E. Iam sitio  
 reliquū fabula: quare me in coena expecta conuiuam, ibi  
 narrabis cōmodius. O G. Evidem habeo gratiam, quod  
 ultra temet offens conuiuā, quum multi uehemēter roga  
 ti pernēgent: sed hæc tibi cōduplicabitur gratia, si hodie  
 domi cœnes. Nam mihi tempus hoc sumetur salutandæ  
 familie. Cæterū habeo consilium utriq; nostrum cōmo  
 dius. Cras mihi uxoriq; meæ domi tuae adornato pran  
 dium, tum uel usq; ad cœnā proferentur fabulae, donec te  
 satcaris iam esse saturū, & si uoles, ne in cœna quidem  
 te destituemus. Quid scabis caput? Tu para, nos bona fu  
 de ueniemus. M E. Malim inceptas fabulas. Verū agē  
 prandiolum dabitur, sed insipidum, nisi tu bonis fabulis  
 cōdias. O G. Sed heus tu, nōnne titillat te animus, ut has  
 peregrinatiōes obeas? M E. Fortasse titillabit, ubi tu per  
 oraueris, nūc ut affectus sum, sat habeo stationes obire Stationes

Romans.

Romanus. o. g. Romanus, qui Romam nunquam vide  
ris? M. E. Dicam. Sic domi ob. imbulo, ingredior cond  
uc, curoq; ut salua sit filiarum pudicitia. Rursus hinc in  
officinam, contemplor quid agant famuli famuleq; inde  
in culinam, circu spicens, si quid opus sit admitti. Unde  
aliò atq; aliò, obseruans quid agant liberi, quid uxori, su  
licitus ut omnia sint in officio. He mihi sunt stationes  
Romane. o. g. At ista pro te curaret diuus Iacobus. M. E.  
Ut ipse curem ista, precipiunt sacre literae: ut diuis com  
mittam, nusquam legi præceptum.

## IX ΘΥΟΦΑΓΙΑ.

LANIO, ET SALSAMENTARIUS.

L A. Dic mihi insulissime salsamentarie, nondum emisti  
restim? S A. Restim Lanio? L A. Ita restim. S A. Cui tandem  
rei? L A. Cui, nisi suspendio? S A. Emant alij, me nondum  
usq; adeò tædet huius uite. L A. At breui tædebit. S A. In  
uatem ipsum isti uerat Deus aliquis potius. Sed quid est  
malum? L A. Si nescis, dicā. Instat tibi tuisq; plane sagunia  
na, quod aiunt, farnes, ut res prorsus sit uobis ad laqueum  
reditura. S A L. Bona uerba Lanio. Ista sint hostibus  
nostris. Vnde nobis ex Lanio repente prodisti Pythius  
quispiā, ut diuines tantam calamitatē? L A. Non est diu  
natio, ne tibi blandiaris, res ipsa adest in foribus. S A L.  
Enecas, ede rem si quid habes. L A. Edam tuū magnū ma  
lo. A Romano senatu uenit edicū, ut posthac liberū sit  
cuiq; uesci quibus uelit. Quis ligitur tibi tuoq; ordinire  
stat, nisi bulimi, i cū putribus salsamentis? S A. Per me qui  
dē uellim acibus, uel urticis uescatur, qui nolet. At num  
interdictum est cuiquā re uescatur piscibus? L A. Non,  
sed illa potest uescendi carnis quibus fuerit collibit  
tum.

tum. s A. Siue uana predicas, tu potius dignus es suspen-  
dio: siue uera, tibi potius parandus funis. Nam mihi post  
hoc spero quæstū uberiorem. L A. Imò prouentum uber-  
imū, scd esuritionis usq; ad saturitatem: aut si maius au-  
dire lætiora, posthac longè mundius uiues, neq; quod soi-  
ks, cubito nasum emunges pituitosum & scabie fruticā-  
tem. s A. Ohe uenimus ad summū, cæcus conuicia iacit  
in luscum, quasi uero quicquā apud laniones purius sit  
ex parte corporis, quæ dicitur semper lotione superior. Cubito nasc.  
Utinā uerum esset quod annuntias, at uereor ne me cōij/  
cias in falso gaudium. L A. Tibi quidem nimium uera  
nuntio. Sed unde tibi quæstū promittis uberiorem? s A. extat iocus  
Quoniam eò uideo recidisse mores hominum, ut quod ue- Ciceronis, in  
titum sit, impotentius appetant. L A. Quid tum postea? falsamentarij  
s A. Quia plures abstinebūt ab esu carniū, ubi permitta  
est alias. filium.

Ita scendi potestas, nec ullum erit lautum conuiuum  
absq; piscibus, quemadmodū apud priscos fieri cōsuevit.  
Itaq; carnium esum permisum gaudeo, utinam & pi-  
scium esus esset interdictus, audiuis his uesceretur homi-  
nes. L A. Pium mehercule uotum. s A. Hoc optarem, si,  
quod tu facis, nihil aliud spectarem quam pecunia lucru,  
cuius amore tu crassam istam et carniuorā animam dijs manib.  
manibus deuouisti. L A. Salsus es totus, quū insulsa sit ora Id est, inferis,  
tio. s A. Quæ ratio cōmouit Romanos, ut tot seculis ob/ sic Decius &  
seruatam legem carnariam relaxarint? L A. Nimirū hoc Qu. Curtius  
ipsa res iandudum illis persuasit. Reputant id quod est, se dijs mani-  
persalsamentarios inquinari ciuitatem, infici terram, flu- bus deuoue-  
mina, aërem & ignem, & si quod aliud est clementum,  
corrumpi corpora mortalium: ex piscium enim esu cor-  
pus impleri putribus humoribus: hinc febres, tabes,

p. 224

Tabes, quam podagra, epilepses, lepra, & quid nō malorum? s A. Dis  
εργίσιμη Græci. Epilepsis, igitur mihi Hippocrates, quur in ciuitatibus bene institu-  
morbis comitatis uictum est intra moenia mactare tauros ac suos? Re-  
sponsa.

Eius etiā consulteretur salutē ciuiū, si nec pecudes iugularentur. Quur lanijs describitur certus locus, ne si pauci uiuant, totam urbem reddant pestilentē? An est ullus for-  
toris genus corrupto animantiū cruxore sanieq; pestilentiū? L A. Aromata mera sunt, si ad pisciū putorem confe-  
ras. s A. Tibi quidem, opinor, aromata mera sunt, at non idem uisum magistratibus, qui uos ab urbe submovent. Porrò quām suauiter oleant uestrae istae laniene, declarat  
ij, qui naribus obturatis prætereunt: declarat uulgò, qui  
malunt habere uicinos decem lenones, quām unum lanio  
nem. L A. At uobis ab ablucenda putria salsa menta nec la-  
cūs nec amnes toti sufficiūt: ucreq; quod dici solet, inani-  
ter aquā consumitis. Semper enim piscis pisces olet, etiā  
si unguentis oblinas. Quid autem mirū, mortuos sic ole-  
re, quum pleriq; uiui mox ut capti sunt oleant? Carnes  
Muria, sive  
muries, est a-  
qua saliamen-  
torum.  
Muria condite seruantur multos in annos, adeò non pu-  
tentcs, ut aromaticū quiddam redoleant. Rursus uulgaris  
sale conditæ durat absq; foetore. Duratæ fumo uento ue-  
nihil molesti odoris contrahunt. Hæc omnia si pariter  
adhibeas pisci, nihil aliud quām pisces olebit. Vel hinc  
coniuge, nullū esse putorem cum piscium foetore cōseru-  
dum, quod ab his putrefit etiam ipse sal, in hoc à natura  
datus, ut à rebus arceat putrefactionem, dum genuina ui-  
claudit constringitq; simul & excludens quod extrinsei-  
cus noxam afferre posset, et humores intus unde putrefac-  
tio poterat oriri desiccans, in solis piscibus sal non est  
sal. Nostras edes fortassis aliquis delicatior præteriens  
obtulerat.

obturat nares, at nemo sustinet in cymba sedere, in qua  
uestra sunt salsamenta. Viatori si quādo occurunt plau-  
stra onusta salsamentis, quæ ibi fuga? quæ narium obtura-  
tio? quæ spuma? quæ excreatio? Et si quā fieri posset, ut sal-  
samenta pura in urbem aduehētur, quemadmodū nos  
mactatorū boum carnes apportamus, lex nō dormiret:  
nunc quid facias ijs, quæ putria sunt, etiam quū comedun-  
tur? Et tamē quoties uidemus ab agoranomis damnatas  
merces uestras coniuci in flumen, uobis indicta multa? Id  
hero sāpius etiam fieret, nisi illi corrupti per uos magis  
spectarent priuatum cōmodum, quam publicā salutem.  
Nec hac tantum parte nocetis Reipub. sed impia conspi-  
ratione uetatis, ne aliunde pisces recentiores aduehātur  
in ciuitatem. S A. Quasi uero nullus unquā uiderit mul-  
ta percussum lanionem, quod porcum insyncerū, & lin-  
gue maculis lepræ uitii profitentē uendiderit, aut quod  
ouem aquis coeno' ue suffocatā, aut alioqui uerminantes  
armos, lotione & circumlito recenti cruore uitium diſsi-  
mularit. L A. At qui nullū ex nobis tale extat exemplum,  
quale nuper ex uobis ex unica anguilla crusto panis in-  
tincta, periere nouē conuiuē. Talibus obsonijs uos instrui-  
tis mensas ciuium. S A. Casum narras, qui nemini uitari  
posset, si fortuna uelit. At uobis pene quotidianū est, pro  
cuniculis altiles felcs uēdere, pro leporibus canes, si per  
auriculas & pedes his futos liceret. Quid aut cōmemor-  
rem artocrea ex humanis carnis confecta? L A. Tu  
quod in me dānabas, casus & hominū uitia mihi oppro-  
bras, tueantur ista qui cōmittunt: ego quæstum cum que-  
stu cōfero. Alioqui damnentur & olitores, quod interdū  
imprudentes pro caule uendant cicatam aut aconitum:  
damnen-

Agoranomē,  
prefecti foris,  
in quibus uen-  
duntur esca-  
lenta.

damnatur et pharmacopole, quod interdū pro remedij  
porrigunt uenena. Nulla est ars tā inculpata, quin istuc  
incidat mala. Vos quū omnes officij numeros impleueri

Torpedo, pi-  
tis, uenenu est quod uenditis. Si torpedinem, si hydru-  
scis letalis cō-  
si leporem marinum retibus admixtū cum cæteris uende-  
tatu.

Hydrus, ser-  
retis, casus esset non crimen: nec magis imputari potest  
pēs aquatilis. uobis quām medico, qui noununquā occidit ægrū quem  
Lepus, piscis  
lioni præ-  
curat. Ferri poterat hoc malum si mēsibus duntaxathy-  
sentissimū &  
bernis extruderetis uestra purulenta: rigor temporis mi-  
mmedicabile  
uenenum, & tigaret pestilentia. Nunc æstatis incēdio putrem additis  
homo pisci, a-  
materiam, autumnū per se nocentem redditis nocentio-  
nis cōtaetu so-  
rem. Quūq; iam se renouat annus, et humores cōditisse  
lo moriatur.

rursus proferunt, non absq; corporū periculo, ibi uos to-  
tos menses duos tyrannidē occupatis, & anni renascēsis  
infantiam accersito senio uitiatis. Quūq; hoc meditetur  
natura, ut corpora succis insalubribus repurgata, nouis  
succis repubescent, uos ingeritis meroes putores meraq;  
sanies, & si quid est in corporibus uitij, augetis malū ma-  
lo adiçientes, & bonos insuper corporis succos corrum-  
pentes. Tolerari poterat hoc quoq; si tantū corpora ui-  
tiaretis, nunc quoniā ex ciborum differentijs uitiantur  
animorū organa, fit ut ipsi uitientur animi. Tales fere ui-  
deas homines istos pisculentos, quales sunt ipsi pisces, pal-  
lent, dent, stupent, mutisunt. s a. O nouū Thalete. Quid  
igitur sapiunt qui betis uititant? nimirū quantum ipso  
beta. Quid sapiunt qui boues, et oves, & capras deuorat?  
nimirū quod boues, oves, & caprae. Vos hœdos pro deli-  
cijis uenditis, & tamen hoc animal ut est morbo comitti-  
li obnoxium, ita gignit eundem morbum in his qui gaudent  
esu carniū. An non præstabat falsamentis placare latranu-

tem stomachū? L A. Quasi scilicet hoc mētiti sint rerum  
naturalium scriptores. Et si maximē uerū sit, quod nar-  
rāt corporibus morbo obnoxījs sape quae per se optima  
sunt pēfima sunt. Heclicis ac phthisicis uēdimus hōdos,  
nō uertiginosis. s A. Si piscium eūs tantā perniciem ad-  
fert rebus mortaliū, quār nobis pr̄sulum ac principum  
sententia licet toto anno nostras merces diuendere, uo-  
bis bonā anni partem indictā sunt feriae? L A. Istud quid  
mea refert? Fortassis hoc procuratū est à malis medicis,  
quō quæstus ipsis esset uberior. S A L. Q uos malos medi-  
cos mihi cōmemoras, quārum nulli sint hostes & quē pisci-  
bus capitales? L A. Ne quid erres o bone, nō faciunt hoc  
studio uestri, nec amore pisciū, quārum ab his nulli religio-  
suis abstineāt, suū agunt negotiū. Q uò plures tuſiunt,  
languēt, ægrotāt, hōc illis annona benignior est. s A. Me-  
dicis hīc non patrocinabor, ipsi suā uicem ulciscētur, si  
quādo in casses illorū incideris. Mihi pro mea causa suf-  
ficit ueterum sanctimonia, uite probatissimorū autorū  
tas, episcoporū maiestas, publica Christianarū gentium  
consuetudo, quos omnes si damnabis insaniæ, malo cum  
illis insanire, quām cum lanijs esse sobrius. L A. Tu recu-  
sus patronus esse medicis, ego nolim esse criminator aut  
censor ueterum publicæ ue cōsuetudinis. Ista uenerari so-  
leo, non incessere. s A. Isto quidem nomine cautus es ue-  
rius, quām pius lanio, nisi te prorsus non noui. L A. Meo  
iudicio sapiunt, qui cauēt, ne quid habeant rei cum his  
qui fulmē habent in manibus. Attamen quid ex meis bi-  
blijs, quae populari lingua uersa nonnunq̄ lego, sentiam,  
nō tacebo. s A. Ut nunc fies ex lanione Theologus. L A.  
Arbitror primos illos homines simulatq; ex uida argilli  
pro-

Heclici qui g  
petuo laborās  
febri, iam in  
habitū acta.  
Phthisici, qui  
contabescunt  
& exarescunt.

prodierunt, fuisse corpore salubri ac succulento. Id declarat illorū uiuacitas. Deinde paradisum fuisse locum multo cōmodissimum situ cōlocq; saluberrimo. Talis loco talia corpora, uel aēris haustu, herbarum, arborum ac florū undiq; spirantium fragrātia, citra cibum ullum potuisse uiuere, præsertim quū ultro citra sudorem hominis affutum tellus effunderet omnia, nec morbus esset ullus, ne seniū. Cultus enim talis horti uoluptas erat uerius, quam labor. s A. Adhuc uerisimilia prædictas. L A. Ex tam usrio horti feraciſimi prouentu, nihil interdictum est praeter unicam arborem. s A. Veriſimū est. L A. Idq; non ob aliud, niſi ut per obedientiam agnoscerent dominum & conditorem suū. s A. Recte. L A. Quin & illud arbitror recentem terrā omnia progenuisse feliciora, meliorisq; succi, quam nunc gignit senescens ac præpemodum effeta. s A. Esto. L A. Idq; præcipue in paradiſo. s A. Haud diſimile ucri. L A. Illic igitur uesci, uoluptatis erat, non necessitatis. s A. Audiui. L A. Et abstinere à laniandis animantibus, humanitas erat, non sanctitas. s A. Neſcio. Animantiū eſum à diluvio permisſum lego, prius interdictum non lego. Quorsum autem attinebat permittere, si iam permisſus erat. L A. Quare nō uescimur ranis? Non quia ueritatem, sed quoniā abhorremus. Qui ſcis, an Deus illic admonuerit, quem cibum requireret humana fragilitas, non quem permetteret? s A. Non sum ariolus. L A. Atqui in ipſo statim cōditi hominis initio legimus: Domini namini pīcibus maris, & uolatilibus cœli, & uniuersis animalibus que mouentur ſuper terrā. Qvis uſus domini, ſi uesci non licet? s A. O' crudelem herū. Ita ne deuoyras ſeruos & ancillas, tuos liberos & uxorem? Quin

eadem

hūde opera uesceris matula tua, cuius dominus es? L A.  
 sed audi uicissim insulse salamētarie, Ē cæteris usus est,  
 nec est inane dominij nomen. Equus uehit me tergo, cæ  
 melus gestat sarcinas: ē piscibus uero quis usus, nihi uer  
 scaris? s A. Quasi uero non sint innumera ex piscibus re  
 media. Deinde multa sunt in hoc tantum cōdita, ut dele  
 sent hominem contemplantē, & in cōditoris admiratio  
 nem rapiant. Forte nō credes delphinos hominem tergo  
 uhere. Deniq; sunt pisces, qui nobis prædicant immine  
 tempestatem, uelut echinus. An non talem seruum opta  
 res domi tuæ? L A. Verū ut hoc largiamur, ante dilu  
 uiū non fuisse fas uesci cibis, præter quām terræ frugibus,  
 nihil magni erat abstinere ab ijs quæ nō requirebat cor  
 poris necc̄itas, & habebāt laniandi crudelitatē: illud fa  
 tens, animantiū csum initio permisum ob humanorum  
 corporum imbecillitatē. Frigus induxerat diluuiū: & ho  
 diuidemus in regionibus frigidis nasci homines cæteris  
 adiiores: ac terræ prouētum uel extinxerat, uel corrup  
 rat inundatio. s A. Esto. L A. Et tamen à diluicio præter  
 ibant annum ducentesimū. s A. Credo. L A. Quir igitur  
 Deus quod illis robustis citra exceptionē permisit, pōst  
 imbecillioribus æuiq; cōtractioris astrinxit ad certa ani  
 mantium genera, quemadmodum præcepit Moses? s A.  
 Quasi meum sit corū quæ Deus gerit, rationē reddere.  
 Arbitror tamen hoc tum fecisse Deum, quod solent heri  
 qui cōtrahunt indulgentiā in seruos, ubi uident illos abi  
 uti lenitate dominorū. Sic equo plus satis ferocienti sub  
 ducimus fabas et auenā, parcoq; fœno pascimus, frenoq;  
 & calcaribus asperioribus subigimus. Excusserat homi  
 num genus omnem reuerentiā, in tantamq; licentiā se se

Velut echinus  
 piscis est, spi  
 nas habens, p  
 pedibus, hic  
 imminentē tē  
 pestate affigit  
 se, aut subig  
 rat arena.

effuderat, quasi nullus omnino Deus esset. Hic inuenit  
 sunt legis cancelli, ceremoniarū repagula, minarum ac  
 præceptorū frena, quo uel sic resipisceret. L A. Quis igitur  
 manent hodie legis illius repagulae? S A. Quia subla-  
 ta est carnalis seruitutis asperitas, postea quām per Euā-  
 gelium adoptati sumus in filios Dei. Detractū est prece-  
 ptis, ubi contigit uberior gratia. L A. Quū Deus apparet  
 suum testamentū semipernum, qui q; Christus negat  
 se soluere legem, sed cōsummare, qua fiducia posteriores  
 ausi sunt bonam legis partē abrogare? S A. Gentibus cu-  
 lex data nō erat, & ideo uisum est apostolis, eas non oneri  
 rare circuncisionis molestia, ne quod Iudei faciūt & ho-  
 dic, in corporalibus obseruationibus cōstituerent salutis  
 spem potius quām in fiducia et charitate erga Deū. L A.  
 Omitto gentes Quæ scriptura manifeste docet, Iudeos si  
 profētiā Euāgelicā fuerint amplexi, manūmissos esse  
 à Mōsaicā legi seruitute? S A. Quoniam id fore predictū  
 erat a propheciis, qui promittunt testamenū nouum  
 & cor nouum, inducuntq; Deum abominantē festos Iu-  
 deorum dies, auersantē illorum uictimas, detestantē iei-  
 iūia, rei cieniem donaria, desiderantē populum circum-  
 eiso corde. Confirmauit illorum promissa dominus ipse,  
 qui porrigenis discipulis corpus & sanguinē suum, ap-  
 pellat testamentum nouum. Si nihil aboletur de veteri,  
 quur hoc dicitur nouum: Ciborū Iudaicum delectū non  
 exemplo quidem, sed sententia sua abrogauit dominus,  
 quum negat hominem inquinari cibis qui mittuntur in  
 stomachum, & per secessum repurgantur. Docet idem  
 Petrum cōspecta uisione, imo Petrus ipse cum Paulo ca-  
 terisq; uescens cibis cōmuni bus, à quibus lex precepit  
 tempore

temperari. Agit hoc ubiq; Paulus in suis epistolis, nec dis-  
batur, quin quod hodie sequitur populus Christianus,  
ab apostolis ueluti per manus traditū, ad nos deniq; per-  
uenerit. Itaq; non tam manumissi sunt Iudei, quam à lei  
gī superstitione uelut à lacte consueto quidē & familia-  
ri, sed iam intempestivo depulsi. Neq; lex abrogata est,  
sed ea pars iussa est cedere que iam erat otiosa. Frondes  
& flores pollicentur fructum exoriturum, is ubi grauat  
arborem, nemo flores desiderat. Neq; quisquā deplorat  
perisse filij sui pueritiam, ubi iam ad ætatem maturam  
peruenit. Neq; quisquā requirit lucernas & fundalia, ubi  
sternis depropulsit sol. Nec habet quod queratur pæda  
yogus, si filius iam puber suam libertatē sibi vindicat, ac  
pedagogum in sua uicissim habet potestate. Pignus desi-  
misse pignus, ubi promissa sunt exhibita. Sponsa prius,  
quam ducatur ad sponsum, epistolijs ab illo missis se-  
solatur, ex osculatur manuscula ab illo uenientia, pictis  
vī illum referentes amplectitur: cæterū ubi iam ipsius  
sponsi data est copia, præ huius amore negligit illa prius  
damata. At Iudei primum agrè diuellebantur à consue-  
tis, uelut si puer assuetus lacti iam grandis māmam in-  
daret, cibum solidum fastidiens. Itaq; propemodum ui-  
depulsi sunt ab illis uel figuris, uel umbris, uel temporai-  
riis solatijs, quō se iam totos conuertant in eum, quē lex  
illa promiserat & adumbrarat. L A. Quis expectaret  
tantum Theologie à falsamentario? L A. Soleo pīculen-  
tum cōmīcatum suppeditare nostræ ciuitatis Dominica-  
no collegio: itaq; fit, ut illi frequēter prandecāt apud me,  
ego nonnunquā apud illos. Ex eorum conflictationibus  
haec decerpsti. L A. Næ tu dignus es, qui ex falsamentario

fias piscium recentium uenitor. Verum illud expedit: si Iudeus essem, neque mihi satis liquet an sis, et imminent ex fame certum uitae periculum, uesceris carne suilla, an mortem preoptares? s. a. Quid facturus essem, scio: quid mihi faciendum esset, non dum intelligo. l. a. Deus utrumque uetus, non occides, et non uesceris carne suilla. In talica suu utrum praeceptum utri pars est cedere? s. a. Primum non constat, an hoc animo Deus uetus erit uesci suilla, ut mortem uellet oppeti potius, quam esu uitae consuli. Nam ipse dominus excusat David, qui contra legis praeceptum comedebat sacros panes. Et in exilio Babylonico multa non obseruata sunt a Iudeis quae lex prescriperat. Proinde censorem eam legem, quam ipse quoque natura tulit, eoque perpetua est et inviolabilis, debere potiorem haberi, quae nec semper fuit, et post erat abroganda. l. a. Quare igitur laudati sunt fratres Macchabaei, qui maluerunt duris cruciatibus examinari, quam carnem gustare suist? s. a. Opinor, quoniam hic Jesus a rege prescriptus complectebatur totius patriae legis abnegationem, quemadmodum circuncisio, quam Iudei gentibus obtrudere conabantur, continebat totius legis professionem, non aliter quam anima data ad uniuersum contractum prestandum obligat. l. a. Itaque si crassior illa legis pars post exortam Evangelium recte sublata est, quo consilio nunc uidemus uel adem, uel his grauiora reuocari, praesertim quum dominus iugum suum appelleat suave, et Petrus in actis apostolorum, Iudeorum legem appelleat duram, quam nec ipsi ferre potuerint, nec patres ipsorum? Sublata est circumcisio, sed succedit baptismus, duriore prope dixerim conditione. Illa differebatur in octauum diem, et si quis interim

casus intercepisset puerū, uotum circumcisionis pro cir-  
cuncione imputabatur: nos pueros uixdum à latebris  
ueri materni egressos, in frigidam aquam, quæq; diu in  
alveo saxeō constituit, non enim dicam computruit, totos  
immergimus: et si uel primo die, atq; adeò in ipso partus  
ostio perierit, nulla parentum aut amicorum culpa, dedi-  
tur miser æternæ damnationi. s A. Sic aiunt. L A. Subla-  
tum est sabbatum, imò non sublatū est, sed translatum in  
diem dominicum. Quid refert? Paucorum dierum ieiu-  
nia indexit lex Mosaica, nos illis quantum addidimus nu-  
merum? In delectu ciborum quanto libiores Iudei noi-  
bis, quibus licebat uel totum annum uesti, ouibus, capis,  
perdicibus et hoedis? Illis nullum uestis genus erat inter-  
ditum, præter eam quæ esset lana linoq; contexta. Nunc  
præter tot uestium præscriptas & interdictas formas &  
colores, accessit capitis rasura, eaq; uaria: ne commemo-  
rem interim confessionis onus, & constitutionum huma-  
narum sarcinas, decimationes non simplices, astrictum  
arctioribus uinculis matrimonium, nouas affinitatis le-  
ges, aliaq; permulta, quæ faciunt, ut hac parte non paulò  
comodior uideatur fuisse Iudeorum, quam nostra condi-  
cio. s A. Erras tota uia Lanio: Christi iugum non est ma-  
tur ad istam regulam, quam imaginaris. Pluribus astrin-  
gitur Christianus, & astringitur ad difficiliora, denique  
ad paenam grauiorem: sed his adiuncta copiosior uis fu-  
dei & charitatis facit ea su. uia, quæ natura sunt gra-  
uissima. L A. Atqui quum olim spiritus specie linguarum  
ignearū è coelo delapsus, copiosissimo dono fidei & cha-  
ritatis locupletarit credentium pectora, quur detractum  
est legis onus, uelut imbecillibus ac sub iniqua sarcina  
C 3 perib

periclitantibus? Quir Petrus iam afflatus spiritu vocati  
onus intolerabilest s a. Detractum est ex parte, ne ludus  
mus, ut caperat, obrueret Euāgeliū gloriā, & ne legis  
odio gentes alienarentur à Christo, inter quas erant infi-  
mi plurimi, quibus instabat duplex periculum: alterum  
ne crederent, in legi obseruatione neminem posseditus  
tem consequi: alterum, ne potius haberent in paganismō  
manere, quam Mosaicē legis iugū accipere. Harum im-  
becilles animos oportebat uelut esca quadam libertatis  
allicere. Rursus quò mederentur illis, qui negabant ex  
Euāgeliū professione salutis esse spem cura legis obserua-  
tionem, circuncisionem, sabbatismos, delectus ciborum,  
aliaq; id genus aut prorsus sustulerunt, aut in aliud uen-  
terū. Porro quod Petrus negat se legis onus portare po-  
tuisse, non est referendum ad eam personā, quam tum ge-  
rebat, quum illi iam nihil esset intolcrabile: sed ad crassos

**H**ordei tuni-  
cā. Alludit ad  
allegorīā pa-  
rabola de qn  
que panibus  
bordeaceis.

& infirmos Iudeos, qui non sine tædio arrodebant hor-  
dei tunicā, nondum gustata spiritus medulla. L A. Satis  
tu quidem crase disseris. Atqui mihi uidetur & hodie  
nō minus esse causarū, quir obseruationes iste carnales  
hactenus tolli debeant, ut arbitriarīe sint, non obligato-  
riæ. s a. Qui sic: L A. Nuper in linceo quodā amplissimo  
uidi totum orbem depictū. Illic didici quātula esset mun-  
di portio Christi religionem pure sincereq; proficiens: ni-  
mirum Europæ particula uergens ad Occidentem, rur-  
sus altera uergens ad Septentrionem, tertia tendens, sed  
procul, ad Meridicm: ad Orientem uergentis quartæ poi-  
strema uidebatur Polonia. Reliquis orbis aut Barbaros  
habet, non ita multū à brutis animantibus differentes,  
aut schismaticos, aut hæreticos, aut utrumq; s a. At non  
ad ipsi

vidisti totum illud littus Austrinum, & sparsas insulas  
Christianis insignibus notatas? L A. Vid, d. diciq; illinc  
auctoritas prædis, Christianismum inductum non audiui.  
Quum igitur tam ampla sit missis, uidetur hoc esse con-  
sultissimum ad religionem Christianam propagandam,  
quemadmodū apostoli sustulerūt onus legis Mosaicæ, ne  
gentes resilirent: ita nūc ad illicendos etiam imbecilles,  
tollit quarundā rerum obligationes, sine quibus initio ser-  
vatus est orbis, & nunc seruari posset, modo adsit fides  
& charitas Euangelica. Rursus audio uideoq; plurimos  
esse, qui in locis, uestibus, cibis, ieunijs, gesticulationibus,  
cantibus, summā pietatis constituunt, & ex his proximū  
iudicant, contra præceptum Euangelicum. Vnde fit ut  
quum omnia referantur ad fidem et charitatem, harum  
renū superstitione extinguauiur utrūq;. Procul enim ab  
est à fide Euangelica, qui fudit huiusmodi factis: & pro-  
culabest à charitate Christiana, qui ob potū aut cibum,  
quo rectè quis ut i potest, exasperat fratrem, pro cuius li-  
bertate mortuus est Christus. Quām amarulentas cōten-  
tiones uidemus inter Christianos, quām inimicas calum-  
nias ex ueste aliter cincta tinctā ue. ex cibo quem porri-  
gunt aqua, & quem porrigunt pascua: Hoc malum si ad  
paucos serpisset, contemni poterat. Nunc uidemus uni-  
uersum orbem ob hæc diſidijs exitialibus concuti. Hæc  
& huiusmodi si tollerentur, & nos maiori concordia ui-  
ueremus, neglectis ceremonijs, ad ea tantum contenden-  
tes quæ docuit Christus, et reliquæ nationes citius ample-  
xierentur religionem cum libertate cōiunctam. s A. Exi-  
tra ecclesiæ domum non est salus. L A. Fateor. s A. Extra  
ecclesiam est, quisquis non agnoscit pontificem Romam.

num. L A. Non reclamo. s A. Sed hunc nō agnoscit, qui ilius præscripta negligit. L A. Atq; idco spero futurum, ut hic pontifex nomine Clemēs, animo pietateq; clementissimus, quō magis omnes nationes ad Ecclesiæ sodalitatem alliciat, omnia mitiget, quæ haçtenus uisa sunt aliquot populos à Romanae sedis foedere alienare, potiusq; habeat Euangelij lucrum, quam suum in omnibus ius persequi. Audio quotidie ueteres querimonias de annatis, de donationibus, de dispensationibus, deq; reliquis exactionibus, de grauatis ecclesijs: sed arbitror hunc ita moderetur omnia, ut post hac impudēs sit, qui perga queri. s A. Utinā idem facerent omnes monarchæ. Nihil addubito, quin res Christiana nūc in arcum coacta felicissime sit proferenda, si gentes barbaræ senserint se uocari non ad scrututem humanā, sed ad libertatem Euangelicam: nec ad rapinam expeti, sed ad felicitatis & sanctimonie consortium. Vbi coaluerint, & in nobis mores uere Christianos cōpercent, ultro plus offerent, quām ab eis ullius queat extorquere. L A. Id breui futuru auguror, si p̄stilens Ate, quæ duos potentissimos orbis monarchas funesto bello cōmisit, abierit īs nōgauas. s A. Atq; ego demor iandudum non esse factum, quum Francisco nihil fūgi posset humanius, & Carolo Cæsari arbitror à præceptoribus instillatum, ut quo per fortunam plus accesserit imperij finibus, hoc ipse plus addat clementia benignitasq;. Ad hæc, habere solet & etas ea peculiarem facilitatis ac mansuetudinis dotē. L A. Nihil est quod in utroq; desideres. s A. Quid igitur remoratur publicum orbis uotum? L A. Adhuc iure consulti de finibus ambigunt, & scis comœdiarum tumultus semper desinere in nuptiis.

itidem

Ate, dea Hōmerica q̄ dis-  
sidia serit iter  
Deos ethomi-  
nes. Litæ tar-  
dæ. Ate ue-  
lox. īs x̄d̄p̄x.  
x̄es, id est, in  
malam rem.

itidem principes suas finiūt tragœdias. Sed in comœdijs  
subito coēunt nuptiae, hic inter magnos magnis molimi-  
bus res agitur. Et præstat aliquantò serius obduci cicas  
tricem, quām mox iterum ulcus erumpere. s A. An cre-  
dis istas nuptias esse firma concordia uincula? L A. Vel-  
lem quidē, sed ex his uideo ferè nasci maximā bellorum  
partem, & si quod bellū ortum fuerit, dum affinis adest  
affini, latius se spargit incendium, & difficilius componi-  
tur. s A. Fateor, & agnosco uerissimum esse quod dicis.  
L A. Sed æquum ne tibi uidetur, ut ob iureconsultorū ri-  
xi & contractuum moras totus orbis tantum perpetia-  
tur malū. Nunc enim nihil usquā tutum est, & pessimis li-  
cet plurimū, dum neq; bellum est, neq; pax. s A. De prin-  
cipiū consilijs non est meum dicere. Verū si quis me  
faciat Cæsarē, scio quid sim facturus. L A. Eia, facimus te  
Cæarem, simulq; Romanum pontificem si libet. Quid fa-  
cis? s A. Fac me potius Cæarem, & regem Gallia. L A.  
Age, esto utrūq;. s A. Protinus cōcepto pacis uoto, edū-  
cerem per uniuersam ditionem mēā inducias, dimissis co-  
pijs, denuncians poenā capitī, si quis uel gallinā alterius  
attigerit. Ita pacatis rebus meo cōmodo: uel, ut melius di-  
cam, publico, transigerem deditionis finibus, aut de con-  
iugij conditionib; us. L A. Habēs ne firmiora fœderis uini-  
tula, quām matrimonium? s A. Arbitror. L A. Imperti-  
s A. Si Cæsar essem, sic absq; mora trāscgissem cum rege  
Gallorū: Frater, malus quispiā genius bellum hoc inter-  
nos excitauit, neq; tamen internos certamen fuit de capi-  
tes, sed de ditione. Tu quod in te fuit fortē ac strenuum  
bellatorē præstitisti. Fortuna mihi fuit, tēq; ex rege fecit  
captiū. Quod accidit tibi, mihi potuit accidere, & tua

calamitas omnes nos admonet humanae conditionis. Ex perti sumus quām hoc certaminis genus utriq; sit incom modū. Agè diuerso genere inter nos conjectemur. Dom tibi uitā, dono libertatem, pro hoste recipio te in amicū. Sit omnium præteriorum malorū cbluiio, redi ad tuos gratis ac liber, habe tibi tu.i, esto bonus uicinus, O posse hac geratur unum hoc certamen inter nos, uter alterū si de officijs, ac benevolentia uincat: neq; certemus uer al tero latius regnet, sed uter sanctius administret suā ditio nem. In priore conflictu fortunati laudem tuli, hic qui ui cerit, longe splendidius auferet decus. Mibi quidem hac clementiæ fama plus adseret ueræ laudis, quām si uniuersam Galliā meæ ditioni adiunxiſsem. Et tibi gratitudinis opinio plus decoris cōciliabit, quām si me tota Italia de pulisses. Noli inuidere mihi laudem quam affecto, ego mī ciſsim tuæ sic fauebo, ut huic amico libēter sis debiturus.

L A. Profecto sic poſſit aſtrinki Gallia, imo totus orbis. Etenim ſi conditionibus iniquis hulcus hoc obducatur uerius quām sanetur, uereor ne mox per occasionē rupita cicatrice plus uetus erumpat maiore cum malo. s A. Quām magnifica, quamq; plausibilem gloriā hec huma nitas per uniuersum orbem pararet Carolo? Que natio ſe nō lubens tam humano, tamq; clementi principi ſub mitteret? L A. Egisti Cæſarē ſat feliciter, nunc age Pontifi cem. s A. Perlongū ſit ſingula persequi, dicam cōpendio. Sic agerē, ut uniuersus orbis intelligeret eſſe principem ecclesiæ, qui nihil aliud ſitiret, quām Christi gloriā, O ſau lutem omnium mortalium. Ea res uerè mederetur iniudi cæ pontificij nominis, O ſolitam ac perennem pararet ei, proprie tro gloriā. Sed interim ab afino, quod aiunt delapsi, mult

Ad afino, id  
et, proprie

tum aberrauimus ab instituto. L A. Ego te mox reducam <sup>digressi. VI.</sup>  
 in uiam. Ais igitur obligare pontificum leges omnes qui  
 sunt in ecclesiæ s A. Aio. L A. Ad pœnam gehennæ s A.  
 Aiunt. L A. Etiam episcoporum? s A. Sic arbitror in sua  
 cuiusq; ditione. L A. Etiā abbatum? s A. Hæreco: nam hi  
 certis conditionibus accipiunt administrationē, nec possi-  
 sunt suos grauare constitutionibus nisi ex autoritate tor-  
 tius ordinis. L A. Quid si episcopus ijsdem conditionibus  
 accipiat suam functionē? s A. Addubito. L A. Quid epि-  
 scopus coſtituit, ponit sex potest rescindere? s A. Opinor.  
 L A. Quid potis sex decreuit, nemo potest abrogare? s A.  
 Nemo. L A. Vnde igitur audimus resciſſas pontificū sen-  
 tentias, hoc titulo, quod parū recte fuerint edicti, & prio-  
 rum coſtitutiones à posterioribus antiquatas, quod à pie-  
 tue declinarant? s A. Iſta subreptitia sunt ac temporaria. Antiquatas,  
id est, abroga-  
tas.  
 Nam & in pontificē, ut hominē, cadit ignorantia perso-  
 ne facti ūe. Cæterum quod ex autoritate concilij uniuersi-  
 salis proficiscitur, cœlste oraculum est, & pondus habet  
 par Euāgelijs, aut certe proximū. L A. Licet ne de Euā-  
 gelijs dubitaret s A. Bona uerba, ne de cōcilijs quidem ri-  
 te in ſpiritu sancto congregatis, peractis, editis & recepi-  
 tis. L A. Quid si quis dubitet, an hæc cōpetant in concilium  
 quod obiicitur, quemadmodū audio Basilicæ con-  
 cilium à nonnullis reiici, nec omnibus probari Constanti-  
 enſe: loquor de his qui nunc habētur orthodoxi, ne quid  
 dicā de proximo concilio Lateranensi. s A. Dubitant qui  
 uelint ſuo periculo, ego nolo dubitare. L A. Petrus igitur  
 habuit autoritatem condendi nouas leges? s A. Habuit.  
 L A. N. Habuit & Paulus cum cæteris apostolis? s A. Ha-  
 buerunt in ſuis quisq; ecclesijs, à Petro ſeu Christo com-  
 missis.

missis. L A. Et Petri successoribus pars est potestas cum ipso  
Petro? s A. Quid nisi? L A. Tantundem igitur honoris de-  
betur rescripto Romani pontificis, quantum epistolis Pe-  
tri: & tantundem constitutionibus episcoporum, quantum  
epistolis Pauli? s A. Evidem arbitror etiam amplius debe-  
ri, si præcipiant, et legem ferant cum autoritate. L A. Sed  
fas ne est dubitare, an Petrus & Paulus scripsierint offi-  
tu diuini spiritus? s A. Imo hereticus sit qui dubitet. L A.  
Idem censes de rescriptis et constitutionibus pontificum  
& episcoporum? s A. De pontifice censeo, de episcopis  
ambigo, nisi quod pium est de nullo perpera suspicari, ni-  
res ipsa palam clamitet. L A. Quis spiritus citius patitur  
errare episcopū, quam pontificem? s A. Quia grauius est  
a capite periculum. L A. Si tantū ualent præsumtum consti-  
tutiones, quid sibi uult quod dominus in Deutonomio  
tam rigide cōminatur, ne quis quid addat, aut adimatur  
legi? s A. Non addit legi qui latius explicat, quod latebat,  
qui ea suggestit qua spectant ad legis obseruationē: neq;  
detrahit qui pro uiribus audientiū legem dispensat, alia  
promens, ali uel celas pro ratione temporis. L A. Num ob-  
ligabant Pharisaeorum ac scribarum constitutiones? s A.  
Non arbitror. L A. Quis ita? s A. Quia docendi habe-  
bant autoritatem, non condendi leges. L A. Vtra potestas  
uidetur amplior, cōdendi leges humanas, an interpretan-  
di diuinās? s A. Condendi humanas. L A. Mihi secus uis  
detur. Etenim cui ius est interpretandi, huius sententia  
pondus habet legis diuinae. s A. Non satis assequor quod  
dicis. L A. Dicam explanatiū. Lex diuina iubet subueni-  
re parenti, Pharisaeus interpretatur hoc esse datum pa-  
tri, quod missum est in corbonā, cōquod Deus pater sit  
omnium.

omnium. Nónne huic interpretationi cedit lex diuina? s A. Ista quidem falsa interpretatio est. L A. Sed postea quām illis semel tradita est interpretandi autoritas, un de mihi cōstatit, cuius sit uera interpretatio, maxime si ipsi inter se dissentiant? s A. Si minus satisfecit tibi sensus cōunis, sequere pr̄sulum autoritatem, id tutissimū est. L A. Ergo Pharisaeorū & Scribarum autoritas deuoluta est ad Theologos & cōcionatores? s A. Est. L A. Sed nullos audio frequentius inculcantes. Audite, ego dico uobis, quām eos qui nunquā uersati sunt in palestris Theologicis. s A. Audies omnes candide, sed cum iudicio, mox donec simpliciter insaniant. Tum enim oportet populum cum sibilo surgere, quō suā agnoscant dementiam. Ceterum quibus contigit titulus doctoris, his oportet fidere. L A. Verum in his quoq; cōperio nonnullos multo rudiores ac stultiores illis, qui prorsus sunt illiterati, & inter doctissimos mirā uideo controuersiā. s A. Elige quae sunt optima, inexplicata alijs relinquito, ea sc̄emper amplectēs, quae procerū & multitudinis cōsensus approbauit. L A. Scio isthuc esse tutius. Sunt igitur & constitutiones iniuste, quemadmodum sunt interpretationes fālse? s A. An sint, alij uiderint, arbitror esse posse. L A. Annas & Caiphas habebant potestate condendi leges? s A. Habebant. L A. Num horū quauis de re constitutiones obligabante ad pœnā gehennæ? s A. Nescio. L A. Puta Annam constituisse, ne quis recuersus à foro sumeret cibū, nisi loto corpore: qui illotus caperet cibum, num crimen gehenna dignum admitteret? s A. Non arbitror, nisi cōtemptus publice potestatis crimen exacerbaret. L A. An omnia precepta Dei obligabant ad pœnā gehennæ? s A. Non opinor.

nor. Nam Deus prohibuit omne peccatum quamlibet niale, si Theologis habenda fides. L A. Fortassis uenire pertraheret in gehennam, nisi Deus sua misericordia sublueret imbecillitatem nostram. S A. Non est absurdum dictu, affirmare non ausim. L A. Quum Israëlitae exilarent in Babylone, præter alia plurima que lex præscribit, in multis fuit omissa circuncisio. An omnes hiperent? S A. Deus nouit. L A. Si Iudeus clam fame periclitans uesceretur carne suilla, committeret ne crimen? S A. Mea quidem sententia, necessitas excusat factum, quandoquidem ore domini defensus est David quod contrariegis præceptum comederit panes sacros, quos appellant propositionis: nec solum comedit ipse, sed et fugi comites prophanos iisdem pauit. L A. Si quem ea necessitas constringeret, ut aut percundum sit fame, aut furtum committendum, utrum eligeret, morte an furtum? S A. Possum in eo casu furtum, furtum non esset. L A. Hem, quid audio, ouum non est ouum? S A. Præsertim si caperet animo redendi, placandiq; dominum, quum primum liceret. L A. Quid si pereundum esset homini, nisi falsum testimonium ferat aduersus proximum, utrum eligendum? S A. Mors. L A. Quid si commisso adulterio possit seruare uitam? S A. Potior erit mors. L A. Quid si simplici stupro possit effigere mortem? S A. Moriendum potius, ut aiunt. L A. Quum hic ouum non desinit esse ouum, præsertim si nulli fiat uis, aut iniuria? S A. Fit iniuria corpori puelle. L A. Quid si periurio? S A. Moriendum. L A. Quid si simplici nullius noxio mendacio? S A. Docent præoptandam mortem. At ego crediderim graui necessitate, aut ingenti proposita utilitate mendaciū huiusmodi aut nullū esse crimen, aut leuis?

leuisimum, nisi quod aperta fenestra, periculum est ne discamus & perniciosis mendacijs assuescere. Finge incisum casum, ut innoxio mendacio possit seruare & corpora, & animas totius patriæ suæ, utrum eliget uir pius, fugiet mendacium. L A. Quid alij sint facturi nescio, ego uel quindecim Homericā mendacia nō uerear dicere, moxque libeculam illam abstergerē aqua sacra. S A. Idem ego facerem. L A. Igitur nō quicquid Deus præcipit aut interscit, obligat ad pœnā gehennæ. S A. Non uidetur. L A. Modus igitur obligationis non est ab autore legis tantum, sed ex materia. Quædā enim cedunt necessitati, quædā non cedunt. S A. Sic uidetur. L A. Quid si sacerdos perditur de uita, scruandus si ducat uxorē, utrum eliget? S A. Moriē. L A. Quā diuinā lex cedat necessitati, quā hæc lex humana Terminū agit, nulli dignans cōcedere? S A. Non lex obstat, sed uotum. L A. Quid si quis uouis sciuere Hierosolymam, nec id posset nisi certo uite diffendio, non ibit, an morietur? S A. Morietur, ni uoti relaxationem impetrarit à pontifice Romano. L A. Quā alterum uotum relaxatur, alterū minimus? S A. Quia alterū solenne, alterū priuatum. L A. Quid est solenne? S A. Quod solet fieri. L A. At non igitur solenne & alterū quod quotidie fit? S A. Fit, sed priuatum. L A. Proinde monachus si priuatum apud abbatem profiteretur, non esset uotum solenne? S A. L. Nugaris. Ideo facilius relaxatur uotum priuatū, quia minore offendiculo soluitur, & si qui facit, hoc animo facit, ut si cōmodum sit, mutet sententiam. L A. N. Hoc igitur animo uouent, qui priuatum profitentur perpetuam castimoniā? S A. Deberent. L A. Perpetuum igitur & non perpetuum? Quid si Carthessianum

Terminum  
agit. Fabula  
de Termino  
Deo, qui nec  
Ioui uoluit cō  
cedere notis  
sua est.

sianum monachū hic constringat casus, ut aut uescindit  
fit carnibus aut moriendū, utrum eliget? s A. Docent me  
dici nullas esse carnes tam efficaces, quin idem efficiat  
aurum potabile & gemme. l A. Vtrum igitur cōducibilis  
lius, gemmis & auro succurrere periclitanti, an earum  
rerū pretio multos de uita periclitantes seruare, et agro  
to dare pullum gallinaceum? s A. Hærcō. l A. Atqui pū  
scium aut carniū esus non est ex eorum numero, que uocant  
substantialia. s A. Chartusianos suo iudici relinquimus. l A.  
Dicamus in genere. Diligenter, frequenter, mul  
tisq; uerbis inculcatur in lege Mosi sabbatismus. s A. Ve  
rum. l A. Vtrum igitur succurrā urbi periclitanti uolat  
to sabbato, an non? s A. At interim me uis esse iudeum?  
l A. Volo, & quidē recutitum. s A. Istum nodum secuit  
ipse dominus. Sabbatū enim hominis causa est institutū,  
non cōtrā. l A. Ista lex igitur ualebit in omnibus huma  
nis constitutionibus? s A. Valebit, nisi quid obstat. l A.  
Quid si cōditor legis non hoc animo ferat legē, ut quen  
quā obliget ad poēnā gehennę, imò ne ad reatum quidē  
ullū, sed constitutionē nihilo plus uelit habere ponderis,  
quam exhortationē? s A. O' bone, non est in manu condi  
toris, quantum obliget lex. Vsus est sua potestate ferendo  
legem, cāterū ad quid obliget, aut non obliget, id Deo in  
manu est. l A. Quir igitur audimus quotidie parochos  
nostros ē suggesto clamantes, cras iejunandum sub pena  
damnationis æternę, si nobis nō cōstat, quomodo lex obli  
get humanas? s A. Id faciunt, quo magis terréant cōtuma  
ces: nam ad hos arbitror ea uerba pertinere. l A. Sed in  
terim an cōtumaces talibus dictis territent, nescio: certe  
infirmos uel in scrupū, uel in periculum coniiciunt. s A.

Difficile

Difficile est utrisq; consulere. L A. Eadem aut̄ est uis consuetudinis & legis? s A. Aliquando maior est consuetudinis. L A. Proinde tametsi nō adest animus consuetudinē inducentibus iniiciendi laqueum cuiquā, tamen obligat solentes nolentes? s A. Arbitror. L A. Onus imponere potest, tollere non potest? s A. Admodum. L A. Cum itaq; uidet, opinor, quantū sit periculi, nouas leges ab hominibus ferri, si nulla necessitas urgeat, aut nulla magna inuitet utilitas? s A. Fateor. L A. Dominus quū ait, Nolite omnino iurare, num quēuis iurantem obnoxium facit gehennam? s A. Non arbitror, consiliū est enim, nō praeceptum. L A. At istud unde mihi liquet, quū uix aliud accuratius aut severius interdixerit, quam ne iuremus? s A. Disces à doctoribus. L A. Et Paulus quū dat consiliū, non obligat ad gehennam? s A. Nequaquam. L A. Quur ita? s A. Quid nō uult iniicere laqueū infirmis. L A. Est igitur in manu condentis legem obstringere ad gehennā, aut nō obstringere. Et sanctum est cauere, ne quibuslibet constitutionibus illaqueemus imbecilles. s A. Est. L A. Etsi Paulus hic cautionem adhibuit, multò magis sacerdotibus adhibenda, de quibus incertū, quo spiritu agantur. s A. Fatcor. L A. Atqui paulò antè negabas, esse in manu conditoris quatenus obstringeret lex. s A. Iam consiliū est, non lex. L A. Nihil est facilius, quam cōmutare uocabulū. Noli fari, praeceptum est? s A. Est. L A. Noli omnino resistere malo? s A. Consilium est. L A. At hoc posterius magis habet specie praecepti, quam illud prius. Saltem hoc est epis copis in manu, utrum uelint esse praeceptum, quod insti tuunt, an consiliū? s A. Est. L A. At istud paulò antè fortiter negabas. Etenim qui non uult suam constitutionem

D quen-

quenquam ad ullum crimen astringere, nimis uult esse  
esse consilium, non præceptum. s A. Verum, sed non ex-  
pedit hoc scire uulgas, ne protinus clamitent esse consi-  
lium, quod seruare non libet. L A. At quid interim facies  
tot infirmis conscientijs tam misere confusis tuo silentio?  
Verum agè, dic mihi nullis ne notis docti deprehendere  
possunt, utrum consilij uim habeat constitutio an præcep-  
ti? s A. Possunt, sicut audiui. L A. Non licet scire mysteri-  
um? s A. Licet, nisi uelis effutire. L A. Ah pisci dixeris.

Pisci dixeris. s A. Quū nihil audis, nisi hortamus, ordinamus, manda-  
mus, concilium est: quum audis, iubemus, districte præci-  
pimus, præsertim si accedant minæ excommunicationis,  
præceptū est. L A. Quid si debeam pistori mco, quumq; soluendo nō sim, fugere malim quam cōisci in carcerem,  
num pecco criminaliter? s A. Non arbitror, nisi desit sol-  
uendi uoluntas. L A. Quur igitur excommunicor? s A.  
Istud fulmen territat improbos, non adurit innocentes.  
Scis cñm & apud priscos Romanos fuisse leges diras ac  
minaces, sed in hoc ipsum tantummodo latas, qualis illa fer-

De dissecādo tur è duodecim tabulis, de dissecādo corpore debitoris,  
corpo. Vi cuius ideo nullū extat exemplum, quod non in usum, sed  
de Aul. Gel. de poena talio ad terrorem esset prodita. Iam ut fulmen non agit in ce-  
nis.

ram aut linum, sed in æs: ita tales excomunicationes non  
agunt in miseris, sed in contumaces. Et tamen ut inge-  
nuè dicā, in huiusmodi friuolis adhibere fulmen à Chri-  
sto traditum, propemodum esse uidetur, quod ueteres di-  
cebant, in lente unguentū. L A. Num idem ius patrifamilias  
in sua domo, quod episcopo in sua dioceſi? s A. Arbitrор pro portione. L A. Et huius prescripta similiter ob-  
ligant? s A. Quid nō? L A. Edico, ne quis uescatur cœpis.

Quomodo

Quomodo periclitatur apud Deum qui non paruerit?  
 s.a. Ipse uiderit. l.a. Post hac non dicam meis, præcipio,  
 sed admoneo. s.a. Sapies. l.a. Verū perspicio uicinum  
 meum proximū esse periculo, & arreptum clām admo-  
 neo, ut sese subducat ab ebriosorum et aleatorum cōmer-  
 cio: ille monitorem aspernatus, perditius incipit uiuere  
 quā antea, num hīc illum obstringit admonitio? s.a.  
 Videtur. l.a. Igitur neq; consulendo, neq; exhortando  
 fugimus laqueum. s.a. Imò non adfert laqueum admoni-  
 tio, sed admonitionis argumentum. Etenim si frater ad-  
 monitus, ut crepidis uteretur, negliget, nullo crimine  
 teneretur. l.a. Non hīc percontabor, quantum obligent  
 prescripta medicorum. Votum obstringit ad pœnam ge-  
 hemme? s.a. Maximè. l.a. Omne? s.a. Omnisimum, mo-  
 do sit licitum, legitimū, ac liberum. l.a. Quid appellas li-  
 berum? s.a. Quod nulla extorsit neceſſitas. l.a. Quid  
 si neceſſitas? s.a. Est metus cadens in cōſtantem uirum.  
 l.a. Etiam in Stoicum, qucm si fractus illabatur orbis,  
 impavidū ferient ruinæ? s.a. Iſtum Stoicum mihi oſten-  
 de, & respondebo. l.a. Sed extra iocum, num famis aut  
 infamie metus cadit in constantem uirum? s.a. Quid ni?  
 l.a. Si filia nondū emancipata clām nubat inſcijs paren-  
 tibus nec paſſuris ſi ſciant, legitimū erit uotū? s.a. Erit.  
 l.a. An ſit nescio, certè ſi qua ſunt, hoc eſt unum ex illo-  
 rum numero, quæ licet uera ſint, tamen obſcandalum im-  
 beſſium ſilenda ſunt. Quid ſi uirgo quæ ex autoritate  
 parentū contraxit matrimonium cum ſponſo, clām &  
 iuuitis parentibus, uoto ſemet addicat collegio sanctæ Cla-  
 re, erit ne licitum & legitimū? s.a. Si fuerit ſolenne. l.a.  
 Num ſolenne eſt, quod in agro fit, in obſcuro monaſte?

Sifracus illus.  
Retulit uerba  
Flac. ex O-

riolo? s A. Sic habetur. L A. Si eadem domi paucis tefibus uoto profiteatur perpetuam corporis integritatem, non erit legitimum? s A. Non. L A. Quam ob rem? s A. Quia sanctius uotum obstat. L A. Eadē puella si uendat agellum, ualebit cōtractus? s A. Non opinor. L A. Et ualebit, si seipsam dederit in potestatē alienā? s A. Si se dicauerit. L A. An non et uotū priuatum dicat hominē Deo? Et qui suscipit sanctū coniugij sacramentū nōmne se dicat Deo? Et quos Deus iungit, dicant sc̄ diabolo? De solis cōiugibus dixit dominus, Quos Deus iunxit, homo nō separet. Ad hæc quū adolescens uixdum pubescens, aut puella simplex, minis parentum, sc̄ uitia tutorum, imm̄ probis instinctibus monachorū, blanditijs & odijs protruditur in monasterium, num liberū est uotum? s A. Si

Doli capaces sint doli capaces. L A. Ea ætas maximè capax est doli, ut Ita loquuntur iureconsulti. Alter ex ambiguo iocat, quasi doli causa pax qui dolo est idoneus.

cui facilimè possis imponere. Quid si proponā in animo, diebus veneris abstinere à uino, perinde obstringit propositum ut uotum? s A. Non arbitror. L A. Quid igitur interest inter certum propositū, & uotum tacita cogitatione conceptum? s A. Animus obligandi. L A. Negabat antè, hic ualere animū. Propono si queam, & uoueo siue queam, siue non queam? s A. Habes. L A. Habeo nebula in pariete depictas, hoc est, nihil. Est igitur & in proposito difficienda materiae ratio? s A. Opinor. L A. Et utilic à legis, ita hic à uoti nomine cauendum? s A. Reple. L A. Si Romanus pontifex statueret, ne quis iungat matrimonium intra septimum propinquitatis gradum, admittet crimen, qui duceret cognatā gradu sexto? s A. Opinor, certè periclitaretur. L A. Quid si episcopus suis cuiusceret, ne quis haberet rem cum uxore, nisi die luna, iomis

Osabbati, cōmitteret crimen, qui clām alijs diebus ute-  
 retur uxore? s a. Arbitror. l a. Quid si diceret, ne quis  
 bulbis uesceretur? s a. Quid isthuc ad pietatem? l a.  
 Bulbis Ge-  
 nus est cepis.  
 Quia bulbī prouocant libidinem. Qod de bulbis dico,  
 Et bulbis &  
 idem dictum puta de crucis. s a. Hērcō. l a. Quid ha-  
 eruca prouo-  
 res? unde est humanis legibus obligandi uiss? s a. Ex di-  
 cat uenerem:  
 fīs Pauli, Obcedite prēpositis uestris. l a. Hinc igitur  
 falaces uocat  
 obligat omncis episcoporū ac magistratuum cōstitutio?   
 erucas.  
 s a. Modo sit æqua, iusta, & legitimè lata. l a. Sed istius  
 rei quis erit iudex? s a. Ipse qui cōdidit. Nam eius est in-  
 terpretari, cuius est condere legē. l a. Ergo citra dclēctū  
 est obediendū, quibuslibet constitutionibus? s a. Opinor.  
 l a. Quid si prēpositus stultus & impius ferat legem im-  
 piā & iniquā, ipsius iudicio standum erit, & populus,  
 cui nullū est iudicandi ius, obtemperabit? s a. Quorsum  
 attinet ea somniare, quæ non fiunt? l a. Qui fabuenit pa-  
 renti, non subuenturus nisi lex cogeret, num impluit le-  
 gem? s a. Non arbitror. l a. Qui sic? s a. Primum non  
 satisfacit animo eius, qui cōdidit legem, deinde uoluntati  
 impiæ addit hipocrisim. l a. Qui ieunat, nō ieunaturus  
 nisi præciperet ecclesia, num satisfacit legi? s a. Mutas et  
 autorem legis, & materiā. l a. Confer igitur Iudeū sic  
 ieunantem diebus præscriptis, ut ni lex huc adigat, non  
 sit ieunaturus, cum Christiano seruante ieunium ab ho-  
 minibus indictū, haudquaquā seruaturo si legem tollas:  
 aut si mavis Iudeūm abstinentem à carne sulli, & Chri-  
 stianū abstinentem à carnibus & lactarijs die Veneris.  
 s a. Infirmitati nonnihil reluctanti legi puto paratam  
 esse ueniam, certo proposito legem auersanti & obmuri-  
 muranti non item. l a. Atqui fateris leges diuinias non

D 3 semper

semper obligare ad pœnā gehennæ. s a. Quid nifatetur  
l a. Nec audes fateri esse legem humanam, quæ non obli-  
gat ad eandem pœnam, sed hominem relinquit in anci-  
pitio. Videris igitur aliquando plus tribuere legibus homi-  
num quam Dei. Mendacium & obtrectatio suapte natu-  
ra sunt mala, & à Deo prohibita, & tamen fateris esse  
aliquid mendacij & obtrectationis genus, quod nō obli-  
get ad pœnam gehennæ, nec audes cum qui quomodo  
cunq; uescitur carnibus in die Veneris, liberare à poena  
gehennæ. s a. Non est meum quenquā absoluere aut dam-  
nare. l a. Si diuinæ leges et humanæ pariter obstringunt,  
quid igitur interest inter has & illas? s a l. Nimirum  
quod qui uiolat legem humanam, immediate peccat ad  
uersus hominem (si mihi concedis scholasticorum floscu-  
lis uti) mediate aduersus Deum: qui uiolat legem diuinam,  
contrà. l a. Quid refert, utrum prius miscueris acetum,  
an absinthium, quum mihi utrumq; sit ebibendum? Aut  
quid refert, utrū lapis à me uulnerato repercutius feriat  
amicū, an ordine uersor? s a. Hoc didici. l a. Et si ex mœ-  
teria circumstatijsq; sumitur obligandi modus in utrisq;  
legibus, quid interest inter autoritatem Dei et hominū?  
s a. Impia percontatio. l a. Attamen multi credunt plus  
rimū interesse. Deus tulit legē per Mosen, nec licet nō  
lare. Idem feri leges, per pontifices, aut certe concilium,  
quid interest inter has & illas? Lex Moysi per hominē le-  
ges nostræ per homines. Et uidentur minus ponderis ha-  
bere quæ Deus tulit per unum Mosen, quam quæ spiritus  
sanctus edit per frequens episcoporū et eruditorum con-  
siliū. s a. De spiritu Moysi dubitare nō licet. l a. Paulus  
in episcoporum uicem uenit. Quid igitur interest inier-

Pauli præcepta & cuiuslibet episcopi? s a. Quia sine cō  
 trouersia Paulus scripsit afflatus spiritu. l a. Hæc scripto  
 rum autoritas quousq; se porrigit? s a. Arbitror non ub  
 tra Apostolos, nisi quod conciliorum est inuiolata autori  
 tas. l a. Quare de Pauli spiritu dubitare non licet? s a.  
 Quia obstat ecclesiæ consensus. l a. De episcopis dubita  
 re licet? s a. De his nihil temere suspicandū, nisi res ipsa  
 palam clamitet quæstum, aut impietatem. l a. Quid de  
 concilijs? s a. Non licet si fuerint ritè & per spiritū san  
 cturn cōgregata peracta? l a. Est igitur aliquid conci  
 lium in quod ista nō cōpetunt? s a. Esse potest. Quod ni  
 eset, Theologi nequaquā adderent hanc exceptionem.  
 l a. Videtur igitur & de concilijs dubitari posse. s a.  
 Non arbitror, posteaquā fuerint Christianarū gentium  
 iudicio consensuq; recepta cōprobataq; l a. Posteaquā  
 excessimus pomoeria, quibus Deus uoluit circumscribisa  
 crof sanctam illam & inuiolabilem scripturæ autoritatem, Pomoeria, id  
est, limites  
præscriptos.  
 uidetur mihi & aliud esse discrimin legum diuinarū &  
 humanarū. s a. Quod? l a. Leges diuinæ sunt immuta  
 biles, nisi si quæ sunt eius generis, ut significādi coērcen  
 di uic gratia uideātur ad tempus datae, quas & propheta  
 desituras iuxta carnalem sensum predixerunt, & aposto  
 liam omittendas docuerūt. Deinde, inter leges humanas  
 existunt nonnunquam iniquæ, stultaq; & pestilentes, un  
 de & abrogantur uel autoritate superiorum, uel consen  
 tiente neglectu populi. Tale nihil est in legibus diuinis.  
 Rursus humana lex suapte sponte cessat, ubi cessarit cau  
 sa propter quam lata est: ueluti si constitutio iuberet  
 singulos quotannis aliquid conserre in structuram tem  
 pli, templo absoluto cessat rigor legis. Ad hæc lex ab

hominibus lata non est lcx , nisi fuerit utentium cōsenſu  
 comprobata . Lex diuina nec expendi debet , nec potest  
 abrogari . Quanquā & Moses legem laturus , suffragia  
 populi collegit , nō quod hoc esset necesse , sed ut illos ma  
 gis haberet obnoxios . Impudens enim est legem contem  
 nere , quam tuo suffragio cōprobaris . Postremo quum le  
 ges hominum , quæ ferē corporalia præscribit pedagogi  
 sint ad pictatem , cessare uidetur , ut i quis proficit ad ſpi  
 ritus robur , ut iam talibus cancellis non egeat , modo pro  
 uirili uitetur scandalum infirmorū , non malitiosē ſuper  
 ſtitiosorū . Velut si pater præscribat filiæ impuberi , ne bū  
 bat uinū , quo tutior sit illius uirginitas uſq; ad nuptias  
 quum adoleuerit , iamq; uiro tradita fuerit , non tencur  
 præcepto patris . Multæ leges habent instar pharmacor  
 rum , ca uero mutantur & cedūt pro re nata , iphis etiam  
 medicis approbantibus , qui ſi ſemper iſſdem uiterentur  
 remedij à ueteribus proditis , plures occidrent , quām ſa  
 narent . s A . Multa tu quidē congeris , quorum nonnulla  
 placent , aliqua diſplicent , quædā nō intelligo . L A . Si lcx  
 episcopi quæſtū euidenter oleat , hoc eſt , ſtatuat ut ſinguli  
 parochi bis in anno emant aureo ducato ius absoluendi  
 à casibus , quos uocant episcopales , quò plus extorqueat  
 à ſuis , obtemperandū censess s A . Cenſeo , ſed interim cla  
 mandum aduersus legem iniquam , exclusa ſemper ſedi  
 tione . Sed unde hic mihi percontator lanio ? Tractent ſa  
 brilia fabri . L A . Huiusmodi quæſtionibus ſaþe torque  
 mur in conuiuijs , interdum diatriba feruescit ad pugnā  
 et ſanguinem . s A . Pugnent qui uolent , ego cenſeo leges  
 maiorum eſſe reuerenter uſcipiendas , & obſeruandas  
 religioſe , uelut à Deo profectas : nec eſſe tutum , nec eſſe  
 piu⁹

pium, de potestate publica sinistram cōcipere, aut serere  
suspitionem. Et si quid est tyrannidis, quod tamen non co-  
gat ad impietatem, satius est ferre, quam seditiose relucta-  
ri. L A. Ista quidem ratione fateor bene consultum rebus  
eorum, qui dignitate pollut, et tecum sentio, nec illis ini-  
uideo. Ceterum lubens audiam rationem, qua cōsulatur  
O populi uel libertati, uel cōmodis. s A. Deus non desti-  
tuet populum suum. L A. Verum ubi interim illa libertas  
spiritus, quam apostoli promittunt ex Euangelio, quam  
Paulus toties inculcat clamans, Regnū Dei non est escā  
O potus; O quod filij non simus sub pēdagogo, nec am-  
plius seruiamus clemētis huius mundi, aliaq; innumerā-  
sitanto pluribus constitutionibus onerantur Christiani  
quam Iudæi, O si arctius obligant hominū leges, quam  
pleraq; à Deo tradita præcepta? s A. Dicā lanio. Non in  
hoc est Christianorū libertas, ut liceat illis facere que ue-  
lunt, liberis à constitutionibus humanis, sed quod ex seruo-  
re spiritus ad omnia prompti, lubentes O alacres ea fa-  
ciunt que præscribuntur, nimirū, filij potius quam serui.  
L A. Expedite: sed erant O sub lege Mosaica filij: O sunt  
sub Euāgelio serui, atq; adeo uereor ne maxima pars ho-  
minum, si quidē serui sunt, qui lege coacti suum officium  
faciunt. Quid igitur discriminis inter nouā O ueterem?  
s A. Meo iudicio multiū interest. Quod uetus sub inuolu-  
bris docuit, noua sub oculos posuit: quod illa sub ænigma  
tibus prædictum, hæc dilucidius ostendit: quod illa sub obfuscu-  
re promisit, hæc exhibuit maxima quidē ex parte. Illa tra-  
dita erat uni genti, hæc ex æquo docet omnes salutē: illa  
paucis prophetis et eximijs uiris impartiit insignē illam  
O spiritualem gratiam, hæc omne donorum genus largi-

ter effudit in omnium etatum, sexuum et nationum homines, linguas, sanationes, prophetias, miracula. L A N. Vbi nunc igitur ista? s A. Cessarunt noī interierunt: uel quia non est opus, iam euulgata Christi doctrina: uel quia pluriq; titulo tantum Christiani, fide quæ est miraculorum architectrix caremus. L A. Si propter incredulos ac diffidates opus est miraculis, talium nūc plena sunt omnia. S A. Est incredulitas simpliciter errans, qualis erat Iudeorum obmurmurantiū Petro, quod Cornelij familiā recepisset ad Euāgeliū gratiam: qualis erat gentiū, que religionem quam à maioribus acceperant, putabāt esse salutifera, & apostolorum doctrinā esse superstitionem peregrinā: hi conspectis miraculis cōuersi sunt. Nunc qui diffidunt Euāgeliō, tanta luce per uniuersum orbem coruscante, non simpliciter errant, sed excēdati malis affectibus non lunt intelligere, ut bene agant: hos nulla miracula redūcerent ad mentem meliorem. Et sanandi tempus nūc est, puniendi pōst futurum est. L A. Quanquā multa dixisti satis probabiliter, tamen mihi propositum est, nō fidere falsamentario, sed adib[us] Theologum quendā eximie doctum, quicquid is de singulis pronūciauerit, cœlestis ordinuli uice fuerit. s A. Quis iste? Pharetrius? L A. Ille simpliciter declirat & ante annos, dignus qui cōcionetur deliris aniculis. s A. Bliteus? L A. An ego tam loquaci sophistæ credam? s A. Amphicholus? L A. Nunquā ei credam in soluendis quæstionibus, cui meo malo credidi carnosicas. An ille bona fide soluat problemata, qui pessima si de nondum soluit pecuniam? s A. Lemantius? L A. Non utor cæcis ad indicandā uiam. s A. Quis igitur? L A. Si scire uis, Cephalus est, uir trium linguarum & omnis posterioris

litoris literaturae per pulchrē gnarus, tum in sacris uolu  
minibus & uetustis Theologis diu studioseq; uersatus.  
S A. Dabo rectius cōsilium. Eas ad inferos, illic inuenies  
rabinum Druinū, qui tenebit bipenni dissecabit omnes  
tuas quæstiunculas. L A. Tu præi, quo mihi uiam appa  
res. S A. Sed extra iocum: Est' ne uerum, quod narras, da  
tam potestatem uescendi carnibus? L A. Ludebam, te ut  
uerem. Et si Romanus pontifex id uellet maxime, ordo  
salsamentariorum moueret seditionem: deinde mundus  
est plenus pharisaicis hominibus, qui non alia re sibi pos  
sunt vindicare sanctimoniam, nisi talibus obseruatiuncu  
lis: hi nec paterentur sibi detrahi iam partam gloriā, nec  
sinerent minoribus plus esse libertatis, quam ipsis fuit.  
Ne in lanionum quidem rem esset, permitti liberum qua  
rumlibet rerū esum. Tum enim uarius esset euentus no  
stre negociationis, nunc certius est lucrū, & minus alea,  
minusq; laborum. S A L. Verißima prædicas, sed eadem  
incōmoditas ad nos rediret. L A. Gaudeo tandem inuen  
tum aliquid, in quo salsamento cū lanione conueniat.  
Iam ut incipiam & ipse serio loqui, quemadmodum for  
taffis expediret populum Christianū paucioribus consti  
tutiunculis obstringi, præsertim si quæ non multum, aut  
nihil cōducunt ad pietatem, ne dicam officiunt: ita non  
libet ab istis stare, qui omnes omnium hominū constitu  
tiones rei ciunt, neque flocci faciunt. Imò ob hoc ipsum  
multa faciunt, quia præceptum est, ne faciant. Attamen  
demirari non possum in plerisq; rebus præpostera mor  
talium iudicia. S A. Idem nec ego satis admirari possum.  
L A N. Cœlum terræ miscemus, si quid periculi fuscica  
mur, ne quid decedat ponderis sacerdotum constitut  
tionis

Minus alea,  
id est, minus  
periculi.

tionibus autoritatiq; et dormitamus quum imminet eis  
dens periculum, ne tantum tribuamus hominū autorita-  
ti, ut autoritati diuine minus tribuatur, quam oportet.  
Sic à Scylla declinamus, ut non metuamus Charybdis,  
malum exitiabilius. Debetur episcopis suus honos, quis  
negat: preserim si agunt quod dicuntur. Sed impiu est,  
honores soli Deo debitos transferre in homines, & dum  
impense reueremur hominē, parum reuereri Deum. Ho-  
norandus Deus in proximo, uenerandus in proximo, sed  
interim adhibenda cautio, ne Deus per hanc occasionem  
suo fraudetur honore. s a. Itidē uidemus multos intamū  
fidere corporalibus ceremonijs, ut his freti negligant ea,  
quaे sunt uerae pietatis, suis meritis arrogātes quod est di-  
uinæ largitatis, & ibi consistentes, unde gradus erat ad  
perfectiora, & ex his rebus proximū calumniantes, que  
per se nec bona sunt, nec malae. L A N. Quin in eadem re  
quiū duo sint, quorum alterū altero præstantius, semper  
deterioris est nobis potior ratio. Corpus & quaे corpo-  
ris sunt ubiq; pluris fiunt, quam ea quaे sunt animi. Et ho-  
minē occidisse, pro graui crimine ducitur, ut est: at peccati  
ferra doctrina, uipereis instinctibus corrupisse mentē ho-  
minis, ludus est. Si sacerdos alat capillitium, aut uestem  
sumat hominis prophani, rapitur in carcere, acriter pun-  
itur: si bibat in lupanari, si cortetur, si ludat alcām, si ui-  
tiet alienas uxores, si nihil attingat sacra lectionis, tamen  
columna est ecclesiae. Non excuso mutatā uestem, sed ac-  
eufo præposterum iudicium. s a. Imò si non persoluat  
penitum precum horiarum, paratum est anathema: si  
sōneretur, si simoniam admittat, impune est. L A. Si quis  
uideat Carthusianum aliter uestitum, aut uescen-  
tibus:

nibus, quām exccratur, quām horret, quām timet, ne ter-  
ra dehiscens, & spectatorem, & spectatum absorbeat:  
idem si uideat cum temulentū, mendacibus uerbis in fa-  
mam aliorum debacchantem, manifestis dolis imponens  
tem tenui uicino, nemo perinde abominatur. s A. Veluti  
si quis uideat Franciscanū enodi cingulo cinctū, aut Aus-  
gustinensem non corio, sed lana cinctum, aut discinctum  
Carmelitam, aut cinctum Rhodiensem: rursus si percal-  
teatum Franciscanum, aut semicalceatum Cruciferum,  
nōnnc cōcitaret Tyria, quod dici soleat, maria? L A. Imo  
nuper apud nos ex duabus foeminiis, quarum utrāq; di-  
xiſſes prudentem, altera abortiſt, altera cōcidit syncopi,  
quod conſpicerent Canonicum quendam sacris uirginis  
bus praeſectum in propinqua uicinia, ſed tamen in publi-  
co obambulare, qui uestem lineam non haberet tectā nō  
gro pallio. At eadem crebro uiderant aues eiusmodi co-  
meſſantes, cantillantes, saltitantes, nō addam cætera, nec  
ullam ſentiebant nauſeam. s A. Sexui fortaffe debetur ue-  
nia. Opinor tibi notum Polythrescum. Is. egrotabat periu-  
culose, phthisis erat. Medici diu ſuagerant, ut uesceretur  
ouis & lactarijs, ſed fruſtra: eodem cohortabatur epifo-  
pus. Ille quum eſſet uir non indoctus, & Thologie bac-  
calaurcus, uidebatur citius emorituriſ, quām utriuſque  
medici conſilio morem geſturus. Ita uifum eſt medicis  
& amicis ut falleretur, parata eſt ſorbitio ex ouis & la-  
cte caprino, dictum eſt lac amygdalinum. Ille lubens co-  
medit, & idem aliquot diebus faciens, cœpit habere me-  
liuscule, donec puella quædam fucum prodiſit. Ibi cœpit  
quod comedere at reuomere. At idem ſuperstitiosus in la-  
cte, nulla religione commotus eſt, quo minus abiuraret

Tyria maria.  
id eſt, ſummos  
tumultus. Vi-  
de procerb.

pecuniam mihi debitam. Nam chirographū simplicitate  
exhibitum clām unguis sciderat. Declaratum est iūsur andū,  
eg̃ illi ceſſi. Is uero tam non grauatim recipit, ut optare  
uideretur quotidianas eiusmodi delationes. Quid hoc in  
dicio peruersius? Peccabat aduersus mentē ecclesia, qui  
hic non obtemperarit sacerdoti & medicis: & in periu-  
rio manifesto firmam habebat conscientiā tam infirmus  
in lacte. L A. Hic mihi succurrat fabula, quam nuper Do-  
minicanus quidam narravit in concione frequentissima,  
quō sermonis amaritudinem (nam in die parœscue ex-  
ponebat mortem dōmini) iucundiore narratione dilue-  
ret. Virginem sacrā oppresserat adolescens, uteritumor  
arguit factum, conuocatus est uirginum chorus, preſedit

Inficialis sta- abbatissa. Accusata est. Inficiali statui non erat locus. An-  
tus quā ſatū gumentum erat necessarium. Confugit ad ſtatū qualiv-  
eretur. Quia negatur. Quia litatis, quā de tatis, niſi maiis translationis. Oppreſſa ſum à ualentio  
ſenditur, ut in re. At ſaltē exclamasset. Fecifsem, inquit, ſed in dormitor  
lationis, quā ſtatio nefas eſt ſoluere silentium. Sit hæc fabula, modò fateor  
eupha facti tranſectur in mur hoc ſtultiora geri permulta. Nunc dicam quod his  
alium. oculis uidi. Nomen hominis lociꝝ ſilebitur. Habebam  
affinem Priorem abbati proximum, ordinis Benedictini,  
ſed ex corum numero, qui non uescuntur carnibus, niſi  
extra locum, quem appellant magnū reſectorium. Habe-  
batur doctus, & ipſe uolebat haberī, annos natus ferè  
quinquaginta. Certare poculis & hilares cere uino, erat  
illi quotidianum. Duodecimo quoq; die adibat thermas  
publicas, illic dabatur opera purgandis renibus. S A.  
Erat unde id fieret? L A. Poſſidebat annuē ſexcentos flor-  
enos. S A. O paupertatem optabilem. L A. Ex uino &  
uenere incidit in phthisin. Desperantibus medicis abbas  
impeſ

## IX ΘΟΦΑΡΙΑ

43

imperabat esum carnium, addes illud terribile uerbum,  
sub poena inobedientia. Ille uix adigi potuit, ut moriens  
gustaret carnes, à quibus tot annis nō abhorruerat. s a.  
Prior tali abbate Dignus. Diuino tamē, quos dicas: nam  
tandem fabulam & ab alijs audire memini. l a. Diuiv  
na. s a. Nōnne abbas est prægrandi obesoq; corpore, lin  
guasubblexa: Prior humiliore statura, sed erecta, gracili  
uultu? l a. Diuinasti. s a. Accipe par pari relatum. Au  
dies quod nuper ipse uidi, cuiq; nō interfui solum, uerū  
etiam propemodum præfui. Erant due monachæ, quæ ui  
sebant cognatos suos. Vbi uenissent, quò uolebant, famu  
lus per obliuionem reliquerat codicem precum iuxta con  
suetudinem ordinis & loci in quo uiuebant. Dcum im  
mortalem, quanta illic perturbatio. Non audebat coena  
re, nisi dictis precibus uespertinis, nec sustinebat ex alio  
codice dicere quām ex suo. Interim tota domus coenatu  
rebat. Quid multis? Cantherio recurrit famulus, sub  
multam noctem adfert relictum codicem. Dicuntur pres  
tes, uixq; ad decimā coenauimus. l a. Hactenus nihil au  
dio, quod sit magnopere reprehendendū. s a. Nimirūm,  
dimidium duntaxat audisti fabule. Inter coenandum cœ  
perunt illæ uirgines hilarescere uino, tandem risu soluto,  
locis parum pudicis perstrepuit conuiuum, sed nemo li  
centius egit, quām illæ, quæ nisi dictis ex ordinis forme  
precibus coenare noluerunt. A conuiuio lusus, choræ,  
cantilenæ, reliqua non audeo cōmemorare, sed planè uer  
ror, ne quid ea nocte patratum sit parum uirgineum, nō  
sime fallebat procœmia, lasciui lusus, nutus et suauia. l a.  
Nam peruersitatem non tam imputo uirginibus, quāne  
sacerdotibus earum curam gerentibus. Sed agè fabu  
læ

Iam fabula pensabo, quin potius audies oculatam historiā. Hisce diebus aliquot coniecti sunt in carcerem, quod ausi sint die dominico panem coquere, quum forte deferset. Evidem non damno factū, sed excutio iudicium. Ali quanto post die dominico, qui uulgo palmarum dicitur, forte erat quir uicus propinquus mihi esset adeundus. Ibi tum ad horam dici ferme quartam à prādio, obuum habeo, ridiculum ne dicam, an miserandum spectaculum, arbitror nulla Bacchanalia plus habuisse turpitudinis. Alij uacillabant huc illuc uino, non aliter quam nauis constituta rectore iactatur uentis & fluctibus. Erant qui complexi brachium alterius sustinebāt lapsantem, sed ipsis parum firmi: alijs subinde cadebant, ægreq; surgebant: non nulli quernis frondibus erant coronati. s A. Magis coniebat pampineis, tum addendi thyrsi. l A. Senior quidam Silenus agens, sarcinæ in morem sublimis gestabatur humeris, eo gestu quo solent olim efferri cadavera, uiteq; quas gestabat agētes pedibus eō porrectis quo ibant, nisi quod pronus baula Bacchanalia. Silenus apud Verg. inducitur senex Epicureus, est & Deus comes Bacchi.

Pampineis, quia Baccho operabantur. Thyrsi, hastæ, uiteq; quas gestabat agētes pedibus eō porrectis quo ibant, nisi quod pronus baula Bacchanalia. batur, ne uomitu præfocaretur supinus. Is miserè conuictus erat suras & calcaneos extremorum baulorum. Nec inter baulos quisquam erat sobrius, pleriq; ridebant, sed sic ut facile diceres mentem abesse. Bacchi furor habebat omnes. Atq; hac pompa ciuitatem ingressi sunt, id clara lucc. s A. Vnde collegerant eam insaniam? l A. In uico propinquo uinū paulò uilius uenditur, quam in urbe, eō se contulerant aliquot cōbibones, quo uilius inservient, sed largius. Non enim minus impensis est pecuniae, sed plus contractum est dementiae. Hi si gustassent omnia, uelut admissō parricidio pertracti fuissent in carcere, quum præter omissam sacram concionem, præter negleg-

Das preces uespertinae, in die tam sacrato tantum intem  
perantia publicitus esset admissum; nemo puniit, nemo  
detestatus est. s. a. Atqui ne ijtuc tantopere mireris, in  
medijs urbibus in popinis tēplo proximis diebus quamli  
bet festis, potatur, cantatur, saltatur, pugnatur tanto stre  
piu, tantoq; tumultu, ut nec sacrū peragi, nec sacra con  
cio possit exaudiri. Itidem si eodē tempore cōsuissent cal  
ceum, aut si in die Veneris gustassent suillam, capitis ac  
cerserentur. Et tamen dies Dominicus ob hoc potissimum  
est institutus, quo uacaret audire doctrinā Euangelicā:  
VIDEO uetitū consuere calceos, ut sit ocium concinnan  
dis animis. An non hæc mira iudiciorū peruersitas? l. a.  
Prodigiosa. Iam in ipso iciunij præscripto quū duo sint,  
alterum abstinentia cibi, alterū delectus cibi: nemo nescit; lectus cibi.

Ieiunium, ab  
stinentia et De  
lectus cibi.

prius illud præcepti diuini, aut certè iuxta præceptū diui  
num esse: alterū uero non solum humanū, uerum etiam  
propemodum pugnans cum apostolica doctrina, utcūq;  
hoc excusamus: tamen hic quoq; præpostero iudicio, cœ  
nare uulgò impune est, gustasse cibū ab homine uetitū,  
à Deo permisum & item ab apostolis, capitale est. Ieiun  
ium tametsi non constat esse certò præceptū ab aposto  
lis, tamen illorum exemplis ac literis cōmendatum est: at  
interdictum ciborū esum, quos Deus creauit ad uescen  
dum cum gratiarum actione, ut tueamur apud iudicem  
Paulū, quot lemmatis est opus? Et tamen toto paſſim or  
be coenatur affatim, nullus offenditur: si ualetudinarius  
gustet pullū gallinaceū, pericitatur Christiana religio.  
In Anglia uulgas quadragesimæ tempore iusta coenam  
apparat alternis diebus, nemo miratur: si febri periclitās  
lente attingere iuis pulli, plus quam sacrilegium admis

Lemmatis. i.  
argumētis sed  
proprīe argu  
mentum futile  
lēma dicitur.

sum uidetur. Apud eosdem in quadragesima, quo ieiuniū  
ut nihil antiquius, ita nihil sanctius habuū est apud Chri-  
stianos, impunc coenatur, ut dixi: si tentes idem extra  
quadragesimā die Veneris, nemo feret. Si queras quām  
ob rem, augeant patriæ cōsuetudinem. Execrari ut eum,  
qui regionis negligit consuetudinem: Ω ipsi sibi igno-  
scunt, qui negligant uetusissimam totius ecclesie conju-  
tudinem. s A. Nec probandus est, qui sine causa negligit  
consuetudinem patriæ, in qua uiuit. L A. Nec ego crimi-  
nor eos, qui quadragesimā cum Deo uentreq; partiūtur,  
sed indicō præpostorum de rebus iudicium. s A. Quām  
dies dominicus præcipue legatur institutus, quō populus  
simul conuenirei ad audiendum sermonem Euangelici,  
qui non audit missam, abominabilis est: qui negligit con-  
cionem, malens pila ludere, purus est. L A. Quām fla-  
gitium admissum existiment, si quis sumat Eucharistiam  
illotis faucibus: quām nihil trepidat, quām idem faciunt  
illoto animo, peruersisq; cupiditatibus sordidato. s A.  
Quām multi sunt sacerdotes, qui citius morte oppellant,  
quām sacrificent calice Ω patina nondum ab episcopo  
consecrata, aut quām sacrificent ueste quotidiana. At  
inter hos quis sic affecti, unt, quām multos uidemus, qui  
non uarentur ad sacram mensam accedere no[n] clavis provi-  
mæ crapula adhuc temulenti. Quāta trepidatio, si forte  
contigerint corpus domini ea manus parte, que sacro  
oleo cō tacta nō fuit? Quin eadem religio ne despiciamus,  
ne prophanus animus offendat dominū? L A. Vasa sacra  
non attingimus, et piacu' um admissum arbitramur, si  
forte acciderit, Ω interim uiua templa sancti spiritus  
quām securi uiolamus? s A. Humana cōstitutio uerat, ne  
no[n] his;

Nothus, claudus, aut luscus recipiatur ad sacra ministeria. Hic quādūcumus difficiles, & tamen interim paſſim recipimus indoctos, aleatores, temulentos, milites & homicidas. Dicūt, Latent nos animorum morbi. De occubitis non loquor, de his loquor, quæ magis in proposito sunt, quādūcumus corporis. L A. Sunt & episcopi, qui ex functionibus nihil sibi vindicant, præter rationes, aliaq; sordida, concionandi munus, quæ prima dignitas est episcopi, cedunt quamlibet sordidis, haudquaquam facturi, nisi si prepostero iudicio tenentur. S A. Qui festum dicem violat ab episcopo quocumque institutum, rapitur ad poenam. Ei satrapæ quidam, qui tot constitutionibus pontificum & conciliorum, tot fulminibus fortiter contemptis, impediunt canonicas electiones, opprimunt immunitates & cœlestiasticorum, ne his quidem parcentes domibus, quæ forendis senibus, ægrotis & egenis ex piorum hominum elemosynis institutæ sunt, abunde Christiani sibi videntur, si sœuant in leuiſimorum rerum prævaricatores. L A. Prestat satrapis missos facere, loquiq; de falsamentis & carnibus. S A. Assentior. Redemus igitur ad ieiuniū & pisces. Audiu pontificū leges nominatum excipere pueros, senes, ægrotos, invalidos, grauem laborem sustinentes, grauidas, lactantes, ac uehementer tenues. L A. Idem ipse frequenter audiui. S A. Rursus audiui præcellentem quendam Theologum, opinor Gersoni nomen esse, hoc addere, si quid extiterit cause paris momenti, cum his quæ pontificum leges nominatum accipiunt, similius ter cessare uigorem præcepti. Sunt enim corporū peculiares habitus, qui reddunt capitaliorem inciam, quādūcumus morbus evidens, & sunt uitia morbi uic, qui non ap-

parent, quum re uera p'us habeant discriminis. Proinde qui sibi notus est, nihil opus habet cōsulere sacerdotem, quemadmodum infantes nō consulunt sacerdotem, quia causa eximit illos à lege. Et qui pueros, aut uehemenies senes, aut alioquin inuailidos adigunt ad ieiunium aut esum piscium, bis peccant, primum aduersus fratrem charitatem, deinde aduersus mentem pontificum, qui nolunt eos inuolui lege, quibus obseruata perniciem adserret. Christus quicquid instituit, ad sanitatem animi corporis instituit. Nec ullus pontifex sibi vindicat tantā postestatem, ut sua constitutione quenquā adigat ad uitę discriben: Veluti, si quis ex inedia uespertina contrahat insomniam, et ob insomniam periclitetur paraphrōsi, simul et aduersus ecclesiae mentem, et aduersus Dei uoluntatem, homicida est sui. Principes quoties commodum est, c'dita lege minātur supplicium capitale. Quid illis liceat, non definio: illud dicam, tutius facerent, si non infligerent mortem corporis, nisi ob causas in diuinis litteris expressas. In odiosis dominus longius auocat ab extrema linea, uelut à periurio, uctans omnino iurare, in homicidio prohibens irasci: nos ob humanā constitutio nem ad extrema homicidijs lineam impellimus, quam uocamus necessitatem. Imò quoties apparet causa probabili, charitatis est ultro hortari proximum ad ea, que postulat corpusculi imbecillitas. Etsi nulla apparet causa, tamen Christianæ charitatis est, benigne interpretari, quod recto animo fieri potest, nisi qui comedit, pre se ferat manifestum ecclesiae contemptum. Contumaciter ac seditione uescentes recte punit magistratus prophanus: at quid quisque domi suę pro corpusculi sanitate come-

dat, medicorum est curare, non magistratum. Quod si  
 quorum improbitas hinc quoq; concitet tumultum, ipsi  
 seditionis accersantur, non is qui seruuit ualeudini, nec  
 diuina nec humana lege violata. Hic certe non in loco  
 preterimus autoritatem pontificum, quorū tanta est hu-  
 manitas, ut ubi cognorint causam haud absurdā, ulro  
 inuitent ad ea, que postulat ualeudo, diplomatis armē  
 aduersus malorū obtrectationes. Deniq; per uniuersam  
 Italiam patiuntur in certis macellis uendi carnes, nimis  
 rum illorum saluti consulentes, quos illa lex nō astringit.  
 Quin & in concionibus sacris audiui Theologos paulo  
 minus Pharisaicos dicere: Nihil est quod uere amini cœ-  
 ne tempore sumere panem unum & heminā uini cerui-  
 sie ue propter imbecillitatem humani corporis. Si tan-  
 tum sibi sumunt autoritatis, ut pro cœna coenulam indul-  
 geant ualidis, idq; contra preceptum ecclesiae, que ieu-  
 num indixit, non coenulam: quur nō audent iustum cœ-  
 nam permittere ijs quorum imbecillitas hoc requirit, &  
 pontifices expressis causis declararunt sibi placere? Du-  
 catur zelus si quis durius tractet corpus suum, nam sibi  
 qu sq; notus est: at ubi pietas, ubi charitas istorū, qui con-  
 tra legem naturæ, contra legem Dei, contra sensum legis  
 pontificie fraudem imbecillum, spiritu promptum, corpo-  
 sculo infirmū ad mortem adigunt, aut morbū morte du-  
 riorem? L A. Suggerit mihi tua cōmemoratio quiddam,  
 quod ante biennium uidi. Erotem nosti, uirum iam natu-  
 grande, uidelicet sexagenariū, ualeudine plus quam uir-  
 treatum quotidianis morbis, ijsq; atrocissimis grauiissi-  
 misq; studiorū laboribus sic afflcta, ut uel Milonem pos-  
 sint deicere: ad hac occulta quadā naturæ proprietate

Hemina, men-  
 suræ genus se-  
 xtarij diuiri-  
 dium.

uel à puerof sic & abhorrens à piscium esu, & impatiens  
 incaiae, ut nunquam id tentarit absque capitidis discrimine,  
 postremo diplomatis pontificum abunde cōmunitus  
 aduersus pharisiacas linguas. Is nuper eō uocatibus ami-  
 cis, inuiserat ciuitate ē Eleutheropolim, nō omnino suo nomi-  
 nī responsonem. Erat autē quadragesimae tempus, datu-  
 sis est unus atq; ilter dies amicorū affectibus. Interimue-  
 scebatur piscibus, ne quē offendiceret, quum haberet prae-  
 ter necessitatē à pontifice diploma, per quod licet uel  
 sci quibuslibet. Iam præsentiebat morbum imminentem,  
 quem habebat familiarem, sed morte crudeliorem: parat  
 abitum, & res urgebat, nisi maluisset ibi decumbere. Ibi  
 quidā suspicantes illum hōc maturius abire, quod nō fer-  
 ret esum pisciū, effeccrunt ut Glaucoplutus uir ad prime  
 doctus, & primæ in ea repub. autoritatis, Eroē inuitau-  
 ret domū suam ad ientaculū. Eros iam turbas auerquā  
 in publico diuersorio uitare nō poterat, assensus est, sed  
 hac lege, ne quid esset apparatus præter oua duo, que  
 stans ubi comedisset, equū concenderet. Promissum est  
 ita fore. Vbi eō uenit, paratus erat pullus gallinaceus.  
 Eros indigne ferens, præter oua nihil attigit, & abruptus  
 pens conuiuiū concendit equos, deducentibus eruditis  
 aliquot. Eius pulli nidor nescio quomodo peruenit ad sy-  
 copantas. Ab his rumor sparsus est tam atrox, ac si de-  
 cem homines fuissent ueneno necati. Nec ea ciuitas mo-  
 do perstrepuit hac fabula, sed eodē ferme die rumor ad  
 alias ciuitates transuolarat, que aberant itinere tridui.  
 Atq; ut sit, rumor aliquid ueris addiderat, Eroem in pro-  
 pere fugisse, accersendū fuisse ad magistratū. Hoc ut erat  
 falsissimum, ita uerum erat, Glaucoplutū magistrati expo-  
 fūlannī

Eleutherop-  
 lis, id est, libe-  
 ra ciuitas.

fulantis satis fecisse. Iam Eros sic affectus ut dixi, si uel in  
publico carnibus uesceretur, quis deberet offendendi? Et tam  
men in eadē ciuitate totam quadragesimā, sed praecipue  
diebus festis bibitur usq; ad insaniam, clamatur, saltatur,  
pugnatur, luditur alca proxime templū, ut sacra concio  
non posset audiri, & nullum est offendiculū. S A. Mirabile  
diorum peruersitas. L A. Accipe fabulam huic nō dispe  
mire. Iam ferme biennū est, quod idem Eros ualeatus  
nis ergo uiseret Feruentiam, ego officij gratia comitatus  
sum. Diuertit in aedes ueteris amici, cuius crebris literis  
fuerat euocatus. Is est uir prepotēs, & illius ecclesiae pro  
cerum unus. Veniū est a pisces, rursus Eros cœpit perib  
clitari, agmen morborū erat febris, cephalalgia, uomitū,  
calculus. Hospes tametsi uideret grauiter pericitantem  
amicū, non ausus est tamen carnium micā dare amico.  
Quam ob rem? Videbat tot causas cur liceret, uiderat di  
ploma, sed metuebat linguas hominū. Et iam eō profecte  
rat morbus, ut frustra daturus fuerit. S A L. Quid Eros?  
Noui hominis ingenuū, emoriatur ciuius, quam amicum  
ulla grauet inuidia. L A. Inclusit se cubiculo, triduū uicti  
tauit suo more. Prandium erat ouum unum, potus aqua  
saccaro decocta. Simulatq; se remiserat febris, cōscendit  
equum secum deferens cōmeatum. S A. Quem? L A. Lac  
amygdalinum in laguncula, & uas passas in crumena.  
Vbi domū rediit, tum aperuit se calculus, totumq; men  
sem decubuit. Et tamen hunc quoq; abitu seuus, sed u  
nus carnium rumor sequutus est, & Lutetiam usq; perla  
tus non sine frequenti flendidorum mendaciorū comi  
tatu. Quod tu remediū arbitraris idoneum talibus offen  
diculis? S A. Ut in illorū capita cuncti suas matulas effur  
dint,

dant, & si forte occurrant, obturatis naribus preteratur, quo uel sic agnoscant suam uæsaniam. L A. Certe hanc Pharisaimam impietatem oportebat acrius Theologorū cōuicijs flagellari. De hospite uero illo quid censes? s a. Mibi uir prudēs uidetur, qui norit quām fruolis de causis quantas tragedias interdum excitet populus. L A. Sit hoc sane prudēter factum, & boni uiri metum ciuiliter interpretetur: at quām multi sunt, qui quām in simili causa fratrem mori patientur, ecclesiæ consuetudinē & populis scandalum prætexūt: ceterum in uita palam dedecora, quam agunt in cōmissionibus, in amoribus, in luxu, in ocio, in summo cōtemptu sacrorum studiorū, in rapinis, symonijs & fraudibus, nihil formidat populis scandalum, s a. Omnino tales sunt quidam. Quid isti picia tem appellant, immanis & impia crudelitas est. Sed illi mihi uidentur crudeliores, qui non ex occasione velunt quām hominem in periculo, sed inuentis periculis ueluti laqueis, impellunt multos in corporis animiq; manifestum discrimē, præsertim nulla publica autoritate pollentes. L A. Expecto quid dicas. s a. Ante annos triginta uixi

Sapientie. At xi Lutetiae in collegio cui cognomen ab acetō. L A. Sapientiae vocabulū audio. Quid uero narras? Vixit falsamen Plaut. habet ne acetum in tarius in eo collegio tam acido? Nō mirum igitur, si tantum tenet quæstionum Theologicarum. Nam illic, ut diu pectore? Et de acri inge nio dicimus. dio, parientes ipsi mentem habent Theologicam. s a. Sic est ut dicis, ego tamen præter corpus pessimis infectū humoribus, & pedicularū largissimam copiam nihil inde extuli. Verum ut pergā, quod cœpi. In eo collegio tum regnabat Ioannes Standoneus, uir in quo non damnasses effectum, sed iudicium omnino defuderases. Etenim quod

qfe

ipse memor adolescentiae, quam cum extrema paupertate transigerat, rationem habebat pauperum, ut hementer probari debet. Et si iuuenū inopiam hactenus subleuasset, ut honestis studijs suppeteret rerum usus, non ad lasciam exuberaret copia, laudem merbat. Cæterū quod rem aggressus est cubitu tam duro, uictu tam aspero parcoq; uigilijs ac Liboribus tam grauibus, ut intra annum prima experientia multos iuuenes, felici indole predispos, ac spem amplissimam præse ferentes alios neci decrui, alios cæcitati, alios dementiae, non nullos et lepros, quorum aliquot ipse noui, certe nullus omnium non periclitatus est, quis non intelligat esse crudelitatem in proximum? Nec his contentus, addidit pallium et cucullam, ademit in totum eum carnium. Et huius generis planta transstulit in longinquas regiones. Quod si quisque tam permittat suis affectibus, quantum ille permisit, suorum est, ut istorum similes totum occupent mundum. Si quidem a talibus initiss primū orta sunt monasteria, quae nunc minitantur pontificibus et monarchis. In proximi ad pietatem resipiscētis lucro gloriari pium est: in ueste aut cibo gloriam querere pharisaicum est: proximorum inopiam subleuare pietas est, prospicere ne liberalitate bonorum abutatur ad luxum, disciplina est. Ceterum in morbos, in delirationem, in mortem his rebus impellere fratrem, crudelitas est, parricidium est. At est fortasse uoluntas occidendi, at non abest homicidium. Quae igitur istis debetur uenia? Nemirum quae medico, qui per insig- nem imperitiā occidit ægrotum. Dicit aliquis: Nullus illos cogit ad hoc uitæ genus, sponte ueniant, rogant admitti, et liberum est abire pertasis. O Scythicam respon-

E 5 s fionem.

sionem. Itā ne postulant, ut adolescentes rectius persig-  
ciant quid ipsi conueniat, quam uir doctus, rerum iu-  
tritus, & etate prouectus. Sic sc̄c excusat lupo, qui fame  
licum ostensa esca pellexit in retia. An qui uehemen-  
tisurienti apponat cibū insalubrem aut letiferū etiam illa  
semet excusabit percunit? Nemo te coēgit edere, uolens ac  
lubens deuorasti, quod erat appositi. Nonne is iure re-  
pondeat? Tu non cibum dedisti, sed uenenū. Telum in-  
gens necessitas, graue tormentū famis. Auferant igitur il-  
la magnifica uerba, libera erat electio. Imo magnam uim  
admoget, quisquis talibus utitur tormentis. Nec casu-  
tia tantum perdidit tenues, sustulit non paucos diuinum  
filios, & generosam indolem deprauauit. Actatem lafe-  
uientem moderatis rationibus cohibere, paternū est. Ce-  
terū in medio hyemis rigore datur postulantibus pa-  
lulum panis, potus iubetur ē puto peii, qui aquam ha-  
bet pestilentem, pestiferam alioqui etiam si nihil habere  
præter rigorem matutinum. Noui multos, qui ualema-  
nem ibi contractam nec hodie possunt excutere. Erant  
aliquot cubicula humili solo, putri gypso, uicinia latrin-  
rum pestifera. In his nullus unquam habitauit, nisi an-  
mors aut morbus capitalis fuerit consequitus. Omnes  
nunc miram flagrorum carnificinā, etiam in innocuo.  
Sic aiunt dedisci ferociam: ferociam appellant indolem  
generosiorē, quam studio frangunt, ut eos reddant ha-  
biles monasterijs. Quantum ibi deuorabatur ouorum  
putrīum? quantum uini putris hauriebatur? Sunt fortas-  
sis hæc iam correcta, sed serò uidelicet ijs qui perierunt,  
aut corpus circumferunt infectum. Neq; uero haec com-  
memoro, quod male uelim illi collegio, sed opere prece-  
cōf

esse iudicavi monere, ne sub umbra religionis humana  
scutia corrumptat etatem imperitam ac teneram. Iam  
quatum ibi discatur ciuitatis aut ueræ pietatis, in pre-  
sentia non excutio. Quod si uiderem malitiam exuere qui  
cunq; cucullam induunt, hortarer omnes ad cucullam.  
Nunc alia res est, proinde non sunt ad hoc uitæ genus  
frangendi spiritus suppullulantis etatis, sed animus mai-  
gis ad pietatem educandus. Mihi uix contigit ullum ingre-  
di monasterium Carthusianorum, qui n illic offendetur  
unum atq; alterum aut simpliciter mente captum, aut de-  
trahantem. Verum iamdudum tempus est, ut à tam longe  
digressione redeamus ad institutum. L A. Imò nullum est  
digressionis dissipendiū, rem ipsam egimus, nisi si quid tū  
biforte succurrit, quod adiicendum putas ijs, quæ differ-  
tuunt de constitutionibus humanis. S A. Mihi quidem  
in humanum præceptum impiere uidetur, qui negligit  
hoc præstare quod spectauit is qui præcepit. Etenim qui  
festis diebus tantum abstinet ab operibus manuarijs, nec  
interim uacat sacris, aut audiendis cōcionibus uiolat fer-  
sum diem, negligēs id cuius gratia festus dics institutus  
est. Ideo enim interdictum est opus bonum, ut fieret me-  
lius. Iam uero qui pro solitis operis uacant popinis, scor-  
pis, temulentiae, pugnis & aleæ, bis uiolant diem festum.  
L A. Opinor & precum sacrarū pensum in hoc prescri-  
ptū sacerdotibus ac monachis, ut hac exercitatione con-  
suecerent sustollere mentem in Deum: & tamē qui pen-  
sum hoc non absoluunt, periclitatur. Qui tantum ore de-  
murmurat uoces, nec curat animum ad ea quæ sonat, col-  
ligere, imone literas quidem studet discere, sine quibus  
que sonat, intelligi nō possunt, uir bonus habetur, ac sibi  
quodsi

quoq; uidetur. s A. Ego multis nouis sacerdotes, qui piaculum inexpibile putant, aliquam partem precum omissem, aut per errorē dixisse de diua Virgine, quum dicendum esset de sancto Paulo. At ijdem pro nihilo ducbam oleam, scortum ac temulentia, que diuinis pariter & humanis legibus uictita sunt. L A. Nec paucos ego coperi, qui citius mortem oppetissent, quam uel casu gustato cibō, aut dum os proluunt delapsis in stomachum aliquot aquæ guttis sacrificassent: at ijdem fabebantur esse sibi cum quibusdam similitudinem, quos, si daretur opportunitas, occiderent, nec uerebantur cum hoc animo ad sacra Christi mensam accedere. s A. At qui ut ieuniū sacrificet, hominis praeceptū est: ut deponant iras prius, quam accedant ad sacram mensam, Dei praeceptum. L A. Nam vero de periurio quam prepostere iudicamus? In famis habentur, qui iureiurando confirmauit se dissoluisse alicui, si conuincatur non dissoluisse: nec periurium obijicit sacerdoti qui palam impudicè uiuit, quū iureiurando publicè professus sit castitate. s A. Quin istam cautionem canis episcoporum uicarijs, qui coram altari deierant, se cōperisse omnes, quos offerant initiandos, idoneos atque, scientia & moribus, quū aliquoties inter hos uix ducatur ad aratrum.

Nā stiua pars trés uicem sint tolerabiles, plurimi uix ad stiua idonei: L A. aratri est. Eodē colore. Vocatur ad poenam, qui cōmotus aliqua causa peierat. Color in Rheo & non puniuntur, qui tertio cuique uerbo admiscent periculis, & ratio defensionis: Iuramentum. s A. Isti nō iurant ex animo. L A. Eodē colore pueri. Dic Quin trocineris licebit ei, qui hominē occidit non ex animo. Siliane colorē Peierare nec ioco nec serio fas est. Et atrocius discriberet, si quis ioco necaret hominē, quam si cōmotus ira. Et Seneca in controversijs, foret, si quis ioco necaret hominē, quam si cōmotus ira. Sepe memmit secessus. s A. Quid si quis ad eandem truūnam expendat iussum rāndum

randum principū, quo inaugurator? L A. Et ista quinque  
sunt maxime seria, tamen quoniam uelut ex more fiunt,  
non habentur pro periurijs. Eadem est querimonia de  
notis. Matrimonij uotum est iuris sine controuersia diui-  
ni, & tamen dirimitur per monasticæ uitæ professionem  
ab hominibus repertam. s A. Q uum nullum uotum relè-  
gio si sit, quam baptismi, tamen qui uestem mutat aut lo-  
cum, perinde quasi patrem ueneno necarit, perquiritur,  
rapitur, stringitur, nonnunquam & occiditur propter ho-  
norem ordinis. At quoru tota uita pugnat ex diametro  
cum profsione baptismi, quippe qui toti seruiunt mam-  
monæ, uentri, & huius mundi pompis, habentur in pre-  
cio, nec his obijcitur uoti uiolati crīmē, nec exprobratur,  
nec uocantur apostatae, sed habētur pro Christianis. L A.  
Simile uulgi iudiciū est de benefactis ac malefactis, deque  
presidijs beatitudinis. Quāta infamia sequitur puellam  
lapsam: at longē grauius crimen est lingua mendax &  
obrectatrix, & animus odio liuoreque; corruptus. Vbi nō  
grauius punitur quamvis leue furtū, quam adulterium  
Nemo lubens cum eo cōsuetudinem habet, qui semel fur-  
ti aspersus est infamia: cum eo qui coopertus est adulter-  
ij, pulchrum est habere familiaritatem. Spiculatori pu-  
blico, qui stipendio conductus seruit legibus, quemadmo-  
dum & iudex ipse, nemo dignetur locare filiam: & non  
detestamur affinitatem militis, qui toties inuitis parentib-  
us, & uetante nonnunquā magistratu, subduxit se ad  
bellum mercenarium, tot stupris, tot raptibus, tot sacrile-  
gijs, tot homicidijs, alijsque; facinoribus impurati, que uel  
in ipsa militia, uel in prefectione ad bellum, & redditu à  
bello committi solent: hunc generum asciscimus, hunc  
quoniam

quo quis carnifice peiorum adamat uirgo, & interpretatur etiam nobilitatem quæsitam scelere. Qui nummum tollit, pendet: qui fraudata moneta publica, qui monopolijs, qui usuris, qui mille technis ac fraudibus tam multos spoliant, inter præcipuos habentur. s a. Qui uniuscupia uenenum porrigit, ut uenefici dant poenas legibusque uinis infectis, aut oleo uitato populum inficiunt, impune faciunt. l a. Noui qu. fdam monachos adeo supersubtiosos, ut existiment se esse in manu diaboli, si uel casu sacra uestis absit, nec metuant ab unguibus diaboli, i mentiantur, si calumnientur, si inebrientur, si inuident. s a. Istiusmodi licet & inter nos idiotas complures uident non credunt domū tutam à violentia cacodemoniis, nū si paratam habeant aquam consecratam, frondes sacras ac cereum: & non metuunt suis edibus, in quibus quotidianis tot modis prouocatur Deus, et colitur diabolus. l a. Quām multi sunt qui magis fidūt p̄ & idio Virginis matris, aut Christophori, quām ipsius Christi? Matrem collunt imaginibus, candelis & cantiunculis, Christum impiā uita fortius offendunt. Nauta quū periclitatur, Christi matrem, aut Christophorū, aut quemuis duorum citius inuocat, quām psūm Christum. Et Virginem se credunt habere propitiā, quod illi sub noctem cantiunculam non intellectam canūt, Salve regina: ac non potius metuant, ne illa se putet irrideri talibus cantiunculis, quum totus dies magnaq; noctis pars illis transfigitat obsecenis sermonibus, temulentijs, & factis non referendis. s a. Ita militi periclitanti citius in mente uenit Georgius aut Barbara, quām Christus. Porro quum nullus sit cultus diuinis gratior, quām imitatio factorum, quibus ipsi Christo

Christo placuerunt, hanc partem fortiter contemnimus.  
Et Antonium nobis egregie fauente fore credimus, si illi  
porcos aliquot sacros alamus, siq; ipsum cum suo porco,  
ignet tinitnabulo p̄clum habeamus in foribus ac late  
ribus ædium: nec metuimus, quod magis erat metuen  
dum, ne ille male uelit ædibus, in quibus regnant ea ui  
ta, quæ uir sanctus semper fuit detestatus. Virgini annu  
meramus rosariola, & salutaciunculas, quin potius an  
numeramus in illius gratiam coercitū animi tumorem,  
repressam libidinem, condonatam iniuriam? Huiusmodi  
antiunculis delectatur Christi mater, his officijs deme  
neris utrungq;. L A. Itidem morbo periclitanti citius in  
mentē uenit sanctus Rochus aut Dionysius, quam Chri  
stus unica salus hominum. Quin & hi qui sacras literas  
interpretantur ē suggesto, quas nemo sine spiritus affla  
tuel intelligere recte, uel docere potest utiliter, malunt  
inuocare Virginis matris auxilium, quam ipsum Chri  
stum, aut Christi spiritū. Et in hæreseos suspicionem uo  
catur, qui mutare audet aduersus hanc consuetudinem,  
quam uocant laudabilem. Atqui laudabilior erat ueterū  
consuetudo, quam obtinuerunt Origenes, Basilius, Chry  
sostomus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augusti  
nus, qui spiritum Christi identidem inuocant, Virginis  
auxilium nusquam implorāt. Nec in eos stomachantur,  
quiam sanctam consuetudinem, & ex Christi & apo  
stolorum doctrina, ex sanctorum patrum exemplis de  
sumptam, iusi sunt immutare. S A L. Similis error habet  
coplures monachos, qui sibi persuadet Benedictum esse  
propitium, donec gestent illius cucullam & pallium, quan  
quam non arbitror eum uirum unquam gestasse tam la  
ciniis

Laciniosam. laciniosam, magnoq; emptam uestem: nec ueretur illius  
1. sinuosam,  
multiq; pani. iram, quod in uita nihil habeant cum illo cōmune. LA.  
q; tamen pri-  
mum uidetur  
inuentis, quo  
min⁹ appare-  
rent nestigia  
corporis.

Francisci germanus est, qui uestem cinericiam, ο cana-  
beum cingulum nō abiicit: uitā confer, nihil pugnantius.  
De pleriq; loquor, non de omnibus. Atq; hic sermo per  
omnes ordinū, ο professionū formas circumferi potest.  
Ex corruptis iudicijs nascitur præpostera fiducia, ο ci-  
tijdem nascitur præpostera scandalia. Prodeat Franciscus  
nisi coriacea zona cinctus, qui casu funem suum perdi-  
derit: aut Augustinensis laneum gestans cingulū, aut dis-  
cinctus, qui cingi soleat, quæ futura est abominatione, quam  
tum periculū ne mulieres ad hoc spectaculum abortiantur.  
Et ex huiusmodi nugis quam fraternæ charitatis rupi-  
ra? quam acerba odia? quam virulentæ obtestationes?  
Aduersus haec clamat dominus in Euangelio, nec minus  
gnauiter Paulus apostolus, aduersus eadem clamandum  
esset Theologis ο concionatoribus. SA. Esset sane, sed  
in his multi sunt, quibus expedit talem esse populu, inio-  
tales esse principes, tales episcopos. Et sunt rursus, qui via  
bilo plus sapiunt in his, quam populus, aut si quid sapienter,  
dissimulant, suo ueniri cōsidentes potius, quam Iesu Chri-  
sto. Itaq; fit, ut populus undiq; corruptus præpostoris iu-  
dicijs, ibi fidat, ubi præsens est periculum: ibi trepidet, ubi  
nihil est periculi: ibi conquiescat, unde progrediendum  
erat: eò proficiat, unde erat recedendum. Ab his malestis  
etis si quid tentes conuellere, clamant, excitari sedicio-  
rem, quasi seditio sit, si quis uitiosum corporis habuum,  
quem imperitus medicus diu souerit, ac propemodū uer-  
terit in naturam, conetur eximere pharmaciis meliori-  
bus. Verum abrumpenda est querimonia, quæ finem nō  
habet.

habet. Et periculum sit, si senserit populus hoc nostrum colloquiu, ne nouum suscitent prouerbium, quod haec cū resint falsamentario, & lanioni. L A. Istis ego regerā uetus prouerbium, sēpc etiā est holitor ualde oportuna loquutus. Nuper quū ista differerem super coenam, malis auspicijs aderat quidā pannosus, pediculosus, luridus, uie exuccus, facie cadauerosa, craniū uix habebat trēs pilos, quoties loquebatur claudebat oculos, aiebant Thelogum esse. Is me uocabat discipulum Antichristi, aliaq; permulta balbutiebat. s A. Quid ibi tu, mutuus? L A. Ego illi precabar micā sobriæ mentis in tam putido cerebro, sitamen ullūm habebat cerebrū. s A. Iuuaret & istā audi fabulam ordine. L A. Audies, si die Iouis ueneris ad prandium. Habebis uitulinā crusto incoctam, contusam, adeq; tenerā ut possis uel exugere. s A. Polliceor, hac legi, si die Veneris apud nos prandeas, efficiā, ut intelligas falsamentarios non semper uesci putribus falsamentis.

F V N V S.

M A R C O L P H V S. P H A E D R U S.

NAR. Vnde nobis Phaedrus, num ex antro Thropho, mījep h. Cur isthuc rogass? M A. Quia præter morem tristis, horridus, squalidus, toruus, in summa, nihil minus, quam quod diceris. P H. Si qui diutius uersantur in officiis fabrorum erariorum, aliquid nigroris sibi contrahunt, quid miraris, si ego tot dies uersatus apud duos egrotantes, morientes, & sepultos, solito sum moestior, presertim quum uterq; mihi fuerit egregiè charus? M A. Quos mihi narras sepultos? P H. Nosti Georgium Baricicum? M A. Nomine duntaxat, de facie nō noui. P H. Alterum scio tibi prorsus ignotum esse. Is erat Cornelius

Ex antro, uide  
de prouerbio  
de Tropho-  
nij antro.  
Nihil minus  
Quia Phae-  
drus Græcis  
sonat hilaris.

F Montius,

Montius, qui cū mihi plurimis iam annis intercessit  
etissima necessitudo. M A. Mihi nunquam contigit adesse  
morienti. P H. Mihi sepius quam uellem. M A. Sed certe  
mors res tam horrenda, quam uulgò prædicat: P H. Igitur  
ad mortem durius, quam ipsa mors. Quod si quis horro-  
rem illum & imaginationem mortis excutiat animo, mag-  
nam mali partem sibi detraxerit. Breuiter quicquid est  
ciabile, uel in agnatione, uel in morte, longe tolerabilius  
reditur, si quis se totum tradat uoluntati diuinae. Nam  
quod attinet ad sensum mortis, quem iam animus distracti-  
tur a corpore, arbitror aut nullum esse, aut perquam impo-  
dium esse sensum, quod natura prius quam huc ueniat,  
consopiat, ac stupefaciat omnes partes sensibiles. M A. Na-  
scimur absq; sensu nostri. P H. Sed non absq; sensu matris.  
M A. Quur non itidem emorimur? Quur Deus mortem  
uoluit esse tam cruciabilem? P H. Natiuitatem uoluit esse  
grauem, ac periculosam matri, quo charius haberet, quod  
peperisset: mortem autem unicuique uoluit esse formidabil-  
cem, ne passim homines sibi mortem conciscerent. Etenim  
quum uideamus & hodie tam multos sibi manus adduci-  
re, quid censes futurum, si mors nihil haberet horribilis?  
Quoties uapulasset seruus aut etiam filius adolescentis,  
quoties uxor indignaretur marito, quoties periret uxor  
aut aliud accidisset, quod aegre esset animo, protinus ad  
laqueum, ad gladium, ad flumen, ad præcipitum, ad uenem  
nunquam currerent homines. Nunc mortis acerbitas uita nobis  
redit chariorem, praesertim quem medici non queant me-  
deri semel uita defuncto. Quanquam ut non omnibus eadem  
est nascendi fors, ita non est eadem omnibus mortis ratio.  
Quosdam citia mors protinus liberat, alij lenta morte con-  
tabescunt.

tabescunt. Lethargici, quemadmodum & ab aspide peri-  
cussi somno cōsopiti citra sensum sui moriuntur. Illud ob-  
seruaui nullum esse mortis genus tam acerbū, quin per-  
feratur, si quis obfirmato animo decreuit exire. M A R.  
Vtrius mors uisa est Christianor? P H. Mihi quidē Geor-  
gij uisa est honorificētior. M A. Etiam ne mors habet am-  
bitiōnem suam? P H. Ego nunquā uidi duos tam dispari  
morte morientes. Si uacat audire de pingam excessum  
utriusq; tuū erit iudicare, utra mors sit optabiliōr homi  
nū Christiano. M A. Imō te rogo, ne graueris narrare. Nā  
ipse nihil audiero cupidius. P H. Ergo de Georgio prius  
audi. Vbi mors iam certa sui signa dederat, medicorum  
chorus qui dīta curarāt ægrotū, dissimulata uitæ despera-  
tione coeperunt mercedē poscere. M A. Quot erant medi-  
ci? P H. Aliquando docem, interim duodecim, quum pau-  
cissimi sex. M A. Satis erat ad occidendum uel ualentem.  
P H. Numerata pecunia clām submonuerunt proximos,  
non procul abesse mortem, curarent ea, quæ pertinerent  
ad animæ salutē: nam de corporis incolumente nihil esse  
spei. Per amicos intimos blande submonitus est & ægro-  
tus, ut corporis curam Deo cōmitteret, ea tantum cura-  
ret, quæ pertinerent ad feliciter hinc emigrandum. His  
auditis mira toruitate Georgius oculos intendit in me-  
dicos, uelut indigne ferens quod ab illis destitueretur. Illi  
responderunt, se medicos esse non Deos, quod artis crat  
præstissc: cæterum aduersus fatalem necessitatē nullam  
valere medicinam. His actis abeunt in proximum cubi-  
culū. M A. Quid, morātur etiam accepta mercede? P H:  
Inter illos nihil cōuenerat de morbi genere, aliis diebat  
hydropem, aliis tympaniten, aliis apostema in intestinū

nis, aliud aliud atq; aliud malū, totoq; hoc tempore quo tractabant ægrotum accerrime disceptarū de morbi genere. M A. O felicem Interim ægrotū. P H. Eam licet ut tandem finirent, per uxorem postularunt, ut finerent ex animati corporis anatomiam fieri: id esse honorificam, & solere uel honoris gratia fieri in magnatibus: deinde rem eam fore saluti multis, idq; ad meritorum ipsius cumulum accessurum: postremo pollicentur suo sumptuose commercaturos triginta missas cessuras in commoda mortui. Id ægrè quidem, sed tandem blanditijs uxoris ac

Statio medicorum, i.e. est, cōcūtus statu. propinquorum impetratū est. His actis subduxit se statio medicorum. Negant enim fas esse, ut qui uita solent opitulari, mortis sint spectatores, aut exequijs interficiunt. Mox accitus est Bernardinus, uir, ut scis reverendus, Franciscanorum custos, qui confessionem exciperet. Vix per racta est cōfessio, iam aderat in aedibus turba quatuor or

Tot vultures dinum, quos uulgas appellat mendicantū. M A. Tot uul Vultures præ tures ad unum cadauer s p h. Deinde uocatus est parra, unde capta chus qui hominē inungeret, sacrumq; symbolum corporis Dominici porrigeret. M A. Religiose. P H. Verum ibi torum vultu res dicuntur. minimū absuit, quin inter parochū & monachos cruentata pugna fuerit orta. M A. Apud lectum ægroti? p h. Et quidem spectante Christo. M A R. Quid excitauit tantos tumultus subito? p h. Parochus ubi cognouit ægrotū fuisse confessum Franciscano, negauit se uelunctionis sacramentum, uel eucharistiam, uel sepulturam impartitionem, ni suis auribus audisset ægroti confessionem: separochum esse, sibi pro sua ouicula reddendam dominacionem: id non posse, si solus ignoraret arcana conscientiae. M A R. Nonne uisus est æquum dicere? p h. Non illis quidem.

quidem. Nam strenue reclamabat omnes, praesertim Ber  
nardinus & Vincentius Dominicanus. M A. Quid adfe  
rebat? P H. Magnis conuicijs incessebant parochū, sub  
inde uocantes eum a sinū, dignumq; qui pastorem ageret  
porcorum. Ego, inquit Vincentius, sum sacræ Theologie  
baccalaureus formatus, mox licentiandus, atq; etiam do  
ctoris titulo insignitus: tu uix legis Euangeliū, tan  
tum abest, ut possis excutere secreta cōscientiæ. Quod si  
libet esse curiosum, exquire, quid agat uxor & manz/ Mizzares. In  
rest tui domi, aliaq; permulta que me pudet referre. M A.  
Quid ille, mutus ad hæc? P H. Mutus? Imò diceres cicadā  
alà correptam. Ego, inquit, baccalaureos multo te melio  
res nequam è stipulis fabarum. Autores & principes or  
dinum uestrorum Dominicus & Franciscus ubi didice  
runt philosophiā Aristotelicam, aut argumenta Thomæ,  
aut Speculationes Scoti: aut ubi donati sunt titulo bacc  
laureorū? Irrcp̄sistis in mundū adhuc credulum, sed pau  
ci, humiles, quidam etiam docti ac pij, nidulabamini in  
agris ac uicis, mox in opulentissimas quasq; ciuitates, &  
in florentissimā ciuitatis partem demigratis. Tot sunt  
agri qui pastorem alere nō possunt, ibi locus erat uestræ  
opere: nunc nusquā adestis, nisi in ædibus diuitum. Iacta  
tis nomen pontificū, at uestra priuilegia nihil ualent, nisi  
quū cessat episcopus, pastor, aut huius uicarius. In meo Batauos.  
templo nullus uestrum concinabitur me pastore incolu  
mi. Non sum baccalaureus: nec sanctus Martinus erat,  
& tamen agebat episcopum. Si quid mihi deest doctri  
na, à uobis nō petam. An creditis etiamnum mundū esse  
tam stupidum, ut ubi cunq; uiderit uestem Dominici, aut  
Francisci, putet adesse illorum sanctimonium? Num ue

Mizzares. In  
recōsulti Mā  
zares uocant  
ex incesto na  
tos.

Cicadam ala.  
Vide prouer.  
E stipulis fa  
birum. E cul  
mis tritici ne  
ctatur galeri,  
nonnunquam  
& pallia ad  
uersus pluviā  
faba caules ha  
bet grādes: in  
tortos & fra  
giles, ad nihil  
minus utiles.  
quā ad texen  
dum. Est uel  
go iactaiū pro  
uerbiū apud

stra refert, quid agam domi meæ? Quid uos agatis in latibris uestris, quomodo tractetis sacras uirgines, etiā populus nouit. Nam quām nihil sint uel feliciores uel pueri res diuitiū domus, quas frequentatis, omnibus & lippis, et tonsoribus notissimū est. Cetera Marcolphe nō audire referre, omnino patres illos referendos minime reverenter tractauit. Nec erat futurus finis, ni Georgius manuota, signū dedisset se uelle quippiā dicere. Aegrotum impotatum est, ut rixa tantisper consiles ceret. Tum aegrotus, Sit pax, inquit, inter uos, tibi parocho denuo confitebor. Deinde pro strēpitū nolarum, pro cantionibus funeralibus, pro cenotaphio, pro sepultura numerabitur tibi pecunia prius quam exeras hanc domum, neq; cōmittam ut ulla in parte de me queri possis. M A. Num parochus recusauit tam æquā conditionem? P H. Non. Tantū obmurmurauit nonnihil de confessione, quam aegroto remisit. Quid opus est, inquit, iſſdē repetendis fatigare tum aegrotum, tum sacerdotē? Si in tempore mihi confessus fuisset, fortassis sanctius condidisset suū testamentum, nunc nos uideritis. Hæc æquitas aegroti pessime habebat monachos, indigne ferentes eam prædæ partē decidi parocho. Ego tamen intercessi, feciq; ut lis sopiretur. Parochus uixit aegrotum, dedit corpus domini, & numerata summa discessit. M A. Sequuta est igitur eam tempestate tranquilitas? P H. Imò tempestatem hāc sauior tēpestas protinus exceptit. M A. Obscro quid causæ? P H. Audies. Conflavant in aedes quatuor ordines mendicantiū, his adiunxit se se quintus cruciferorū. Aduersus hunc ceu nothū quatuor illi magno tumultu coorti sunt: rogarunt ubi uidissent unquā plaustrum quinq; rotarum: aut qua fronte

xellent

uelent esse plures mendicantū ordines, quām sint Euā  
geliste. Eadem, inquiunt, opera adducite huc mendicos  
omnes ē pontibus ac triuijs. M A. Quid ad hēc cruciferis?  
P H. Viciſſim rogabāt quomodo tum incessiſſet plaſtrū  
ecclesiae, quum nullus eſſet ordo mendicantium, deinde  
quum unus eſſet, poſtea tres. Nam Euangelistarum, in  
quiunt, numerus nihil plus habet affinitatis cū nostris  
ordinibus, quām cum alia que undiq; quatuor ostendit  
angulos. Augustinenses quis allegit in ordinē mendican  
tium? aut quis Carmelitas? Quando mendicauit Auguſti  
nus, aut quādo Helias? Nam hos faciunt ſuorū ordinum  
autores. Hēc aliaq; multa fortiter quidē illi detonabant,  
ſed ſoli quatuor exercituū impreſſionē non ferentes eſſe  
ſerunt, dira tantū minitantes. M A. Hīc ſaltē effulſit tran  
quillitas? P H. Imō syncretiſmus ille in quintum ordinē,  
versus eſt in pugnam gladiatoriā. Franciſcanus ac Do  
minicanus contendebāt, nec Auguſtinenses, nec Carmel  
itas eſſe germane mendicos, ſed nothos ac ſuppoſitios.  
Hec rixa ſic incruduit, ut plane uererer, ne ueniretur ad  
manus. M A. Hēccine ferebat aegrotus? P H. Nō hēc acta  
ſunt apud leclum, ſed in atrio, quod cubiculo adhērebat,  
uoces tamen omnes ad aegrotū permanabant, neq; enim  
muſtabant, ſed plenis tibijs res agebatur, & ſcis alioqui  
in aegrotis aurium ſenſum eſſe acutiorēm. M A. Quis tan  
dem exitus bellis? P H. Aegrotus per uxore denuciauit,  
ut ſilerent paulisper, ſe cōpoſitum hoc diſfidium. Itaq;  
rogauit, ut tum quidē temporis Auguſtinenses, & Carme  
lites diſcederēt, hoc illos nullo ſuo danno facturos. Nam  
tantumdem, inquit, cibi mittetur eis domum, quantum  
biſ daretur remanentibus. In ſuere uero iuſſit omnes

Impressio. id  
eſt, uehemens  
hostium irru  
ptio.

Muſſare tac  
te loqui.  
Plenis tibijs.  
id eſt, clare.  
uide p. 200.

ordines adesse, etiam quintum, atq; ut æqua pecunia por-  
tio diuidetur singulis, ad cōmune tamen coniunctum  
non adhicerentur, ne quid turbæ posset oriri. M A. Virū

Peritum rei  
domestice uo-  
cat œconomi-  
cum.

œconomicum mihi narras, qui uel moriens norit tot re-  
rum undas cōponere. P H. Phy. Multis annis gesserat mi-  
litiae ducem, Ibi quotidianum est huiusmodi tumultus su-  
boriri inter cohortes. M A. Erat igitur resplendidae P H.  
Admodum. M A R. Sed male parta, ut sit, rapinis, sacrile-  
gijs, extorsionibus. P H. Ita quidem uulgo faciunt duces,  
nec ausim deierare, hunc fuisse ab illorū moribus alienū.  
Si tamen satis hominem noui, magis auxit rem ingenij  
dexteritate, quam violentia. M A. Quid sic? P H. Callebat  
arithmeticam. M A. Quid tum postea? P H. Quid tum  
apud principem suppatabat militū triginta milia, quam  
uix essent septem milia. Deinde multis militibus nihil mu-  
mcrabat. M A. Ne tu mihi magnificam narras arithmeticam. P H. Deinde bellū arte ducebat, solitus simul & ab  
hostium, & amicorū uicis & oppidis pecuniā stipulari  
menstruam: ab hostibus, ne pateretur hostilia: ab amicis  
ut illis liceret cum hoste pacisci. M A. Agnosco more uul-  
gatum militum. Sed absolute narrationem. P H. Bernardi-  
nus igitur, et Vincentius cū aliquot sui ordinis sodalibus  
remanerunt apud ægrotū, ad reliquos missus est cōme-  
tus. M A. Statis inter eos cōueniebat, qui remanerū in  
præsidio? P H. Non usq; quaq;. Granniebat nescio quid,  
de prærogatiis diplomatiū: sed ne non perageretur fabu-  
la, dissimulatum est. Hic iam proferuntur cautiones testa-  
mentaria, suntq; stipulationes accitis testimoniis, de ijs, quib;  
inter ipsos ante transegerant. M A. Isthaec audire gestio.  
P H. Dicā summātum, nam perlonga cōst fabula. Superest

Arte ducebat  
Ducū bellū,  
q de industria  
proferunt: sed  
gerunt, qui ue-  
te bellant.

Cōmeatus, id  
est, cibus: mili-  
tare uerbum.  
Et ideo præsi-  
diū uocat do-  
mī unde alios  
depulerant.

uxor, annos nata duo dc quadraginta, mulier sanè pro  
ba, cordataq; filij duo, alter annū natus unde uigesimum,  
alter decimumquintū: filiae totidem, sed impubes utraq;  
Testamento sic cautū erat, ut uxor quoniam per pelli nō  
poterat ut fieret monacha, sumeret pallium beghinæ, id  
est, medium genus inter monachas, & laicas; filius natus  
maior, quoniā nec is induci potuit, ut fieret monachus.

M A. Vulpes anus non capitur laqueo. P H. Mox ab exe-  
quijs patris properaret Romā, ibi q; ex relaxatione ponti  
ficiis factus ante legitimā etatem sacerdos, totum annum  
singulis diebus sacrificaret in tēplo Vaticano pro anima  
patris, & sacros gradus in Laterano, singulo quoq; Ve-  
neris die genibus perreptaret. M A. Suscepit hæc libēter?  
P H. Ne dicam dolo, ut asini solent sarcinas impositas. Fi-  
lius minor dicaretur S. Francisco, filia maior S. Claræ, mi-  
nor Catarinæ Senensi. Hoc tantum potuit obtineri: nam  
Georgij mens erat, quò magis sibi Deum haberet obno-  
xiū, quinq; superstites partiri in quinq; mendicantū or/  
dines: & acriter quidem adlaboratū est, sed etas uxoris,  
filijq; maioris nec minis, nec blanditijs ceſſit. M A. Exhae-  
redandi genus. P H. Vniuersa hæreditas sic erat diuisa, ut

detractis de solidi impendijs funeralibus, uncia cederet  
uxori, cuius dimidia uictitaret ipsa, dimidiū cederet loco,  
cuī se foret addictura, unde si mutato consilio recederet,  
tota pecunia resideret penes eum gregē: altera uncia de-  
cideretur filio, cui tamen statim numeraretur uiaticū, et  
quod satis esſet emendo diplomati, parandoq; uictui an-  
nuo Romæ. Qui si mutata sententia recusaret initiaris a  
cris ordinib; illius uncia diuideretur inter Franciscan-  
os, & Dominicanos. Et id ne fiat, uereor, adeo uideba-

Vulpes anus  
Vide prouer.

X Ut asini fo-  
lēt. Allusit ad  
illud Flacci.  
Demitto aurī  
culas, ut ini-  
que mēris aſel-  
lus, Quā gra-  
uius dorso ſu-  
bijtonus.

De solido, id  
est: de integra  
hæreditate  
quæ assis dicit  
nondum diui-  
sa. V uncia duo  
decima pars  
assis.  
Diplomati, q  
liceret conse-  
crari sacerdo-  
tem ante tem-  
pus legitimus.

tur adolescens à sacris abhorrec. Due uncie cederent monasterio, quod excepisset filium natu minore: bine item monasterijs, que excepissent puellas, sed hac lege, ut si illi detrectarent eam uitam profiteri, omnis tamen pecunia penes illos maneret in columnis. Nam una rursus uncia decideretur Bernardino, tantundem Vincentio: dimidium uice Carthusianis, pro communione honorum operum omnium, que toto fierent ordine. Vicia & semis que superaret, distribueretur occultis pauperibus, quos beneficio dignos iudicassent Bernardinus et Vincentius. M A. Debas iuris consultorum more dicere, quos uel quas. P H. His igitur uerbis stipulati sunt recitato testamento: Georgi Bearice, uiuus & sana mentis approbas hoc testamentum, quod dudu ex animi tui sententia codidisti? Approbo. Et hæc est tua suprema, & immutabilis uoluntas. Est. Meq; & hunc Vincentium baccalaureum instituis ultime tuae mortutatis executores. Instituo. Iussus est denuo subscribere. M A. Qui potuit moriens? P H. Bernardinus rexit agro manu. M A. Quid subscripsit? P H. Sanctum Franciscum & sanctum Dominicum iratos habeat, qui tentari hinc dilequid immutare. M A. At non metuebant actionem testamenti in officiis? P H. Ista actio non habet locum in his que Deo dicuntur, neque quisquam libenter cum Deo lite suscipit. His peractis, uxor & liberi datis dextris agroto, iurat se servaturos, quod receperissent. Post haec coepit est agi de pompa funerali, non sine contentione. Tandem hæc uincit sententia, ut ex quinq; ordinu singulis adessent nouem, in horum quinq; uoluminu Mosi, & angelorum in nouem choros digestorum. Suam quisque ordo crucem preferret, canem cantilene fune rentque funebres nenia. Ad haec præter cognatos conduce

tentur triginta, tot nummis erat uenditus dominus, da-  
 duchi pullati, & honoris gratia ploratores duodecim  
 (hic est numerus ordini apostolico sacer) comitarētur:  
 à feretro sequeretur equus Georgij pullatus, sic ad genua  
 alligata ceruice, ut herū humi requirere uideretur. Stra-  
 gula hinc atq; hinc ostenderent insignia. Similiter &  
 unaquæq; tæda & pulla uestis haberet insignia. Repone-  
 retur autem corpus quidem ipsum ad dextrū altaris summi  
 in tymbo marmoreo, qui prominaret à solo pedes qua-  
 tuor, ipse in summo recüberet, Pario sculptus marmore,  
 totus armatus à uertice usq; ad calcaneū, nec decesset gau-  
 kesua crista: crista erat onocrotali collū: nec clypeus le-  
 uo brachio, in quo insignia hæc erāt, tria capita apri syl-  
 vestris aurea in planice argentea: nec lateri gladius inau-  
 rato capulo, nec baltheus inauratus ac gēmcis distinctus  
 bullis, nec pedibus aurea calcaria: erat enim equus aura-  
 tus: sub pedibus haberet leopardū. Ore sculphrit titulū  
 haberent tali uiro dignū. Cor autem separatim recondi-  
 solebat in sacello diui Francisci. Intestina mandauit paro-  
 cho honorificè sepelienda in sacello, quod est Virgini ma-  
 trisacru. M A. Funus nimirūm honorificū, sed nimio con-  
 stas. Venetiæ uel cerdoni cuipiā plus haberetur honoris  
 minimo impendio. Feretri elegans dat sodalitas, & unū  
 comitantur aliquando sexenti monachorū tunicis pal-  
 lijs ue uestiti. P H. Vidimus & nos, risimusq; istas paupe-  
 rū ineptas glorias. Incedunt fullones et coriarij superne,  
 inferneq; cerdones, in medio monachi, chimeras esse di-  
 ceres, nec hic alia res erat, si uidisses. Cautum est & il-  
 lud Georgio, ut Franciscanus, & Dominicanus inter se,  
 se sorte decernerent, utris primus cederet locus in pom-

bres, nonnum-  
 quā tamen ut  
 gas quashibes  
 appellamus  
 nennias.  
 Daduchi, te-  
 dicci.

In planicie.  
 Data opa fin-  
 git insignia ui-  
 tiosa. Nā ca-  
 duceatorū le-  
 ges habent. A-  
 dulterina esse  
 insignia, quæ  
 habent metal-  
 lum superane-  
 talium.

pa, post hoc ceteri quoq; sortirentur, ne quid hinc orire  
tur tumultus. Parochus & huius clerici locum tenebant  
insumum, hoc est, primū. Nec enim aliud erat passuri mo-  
nachi. M A. Non acies tantum, sed & pōpas ille callebat  
ordinare. P H. Cautum est & illud, ut funcbre sacrum,  
quod apud parochū fieret, modulato musicorum cōcen-  
tu perageretur honoris gratia. Dum hæc aliaq; trahantur,  
inhorruit ægrotus, deditq; signa certissima, supremū  
tempus adesse. Adornatur igitur extremus fabule astus.  
M A. Nondū finis? P H. Recitatur diploma pontificis, in  
quo promittebatur criminū omnīū abolitio, totusq; pur-  
gatoriū metus adimebatur. Ad hæc iustificabātur omnia  
illius bona. M A. Rapro parta? P H. Certe iure belli ac mo-  
re militari. Sed forte aderat Philippus Iure cōsulius uxori  
frater: is in diplomate notauit locum secus positum,  
quam oportuit, & iniecit suspicionē falsi. M A. Haudqua  
quam in tempore. Dissimulandum erat, etiam si quid in-  
eisset erroris, et nihilo peius habuisset ægrotus. P H. Allo-  
tior. Et ægrotus sic hac re perturbatus est, ut minime  
abesset à desperatione. Ibi Vincentius fortem virum pre-  
buit, iubit Georgiū quieto esse animo, sibi esse potestatē  
corrigendi supplendiq; si quid in diplomatibus uel erra-  
tum esset, uel omissum. Quod si te, inquit, se fellerit diplo-  
ma, ego iam nūc hanc animā pro tua suppono anima, ut  
tua petat cœlos, mea de datur Orco. M A R. Accipit ne  
Deus tales animarū permutationes? Et si accipit, num sa-  
tis cautū uidebatur Georgio tali pignore? Quid si Vince-  
tiū anima uel absq; permutationē debebatur inferis? P H.  
Quod gestum est narro. Hoc certe perfecit Vincentius  
ægrotus uisus est animū recipere. Mox recitantur cautio-

nes, quibus Georgio promittebatur societas omnium operum, quae fierent per quatuor ordines, & quintū Carthusiensium. M A. Ego metuerē, ne deprimerer ad inferos, si tantū sarcinæ baiulandū esset. P H. De bonis operibus loquor, ea non aliter grauant animā subuolaturam, quam plume auem. M A. Mala igitur opera sua quibus legantur P H. Militibus Germaniae conductitijs. M A. Quo iure P H. Iure Euangelico, habenti dabitur. Simulq; recitatus est numerus missarū & psalteriorū, quae defuncti animā essent comitatura. Erat autem immensus. Post hæc iterata est cōfessio, dataq; bencdictio. M A. Ita efflauit animam P H. Non dū. Strata est humi storea iuncis cōtexia, sic ut ab initio cōuoluta ceruicalis specie ex sc̄e faceret. M A. Quid nunc futurū est? P H. Eam consperserunt cinere, sed raro, ibi deposuere corpus ægroti. Instrata est tunica Franciscana, sed prius cōsecrata preculis & aqua lustrati. Cuculla supposita est capiti, nam tū indui non poterat, una cum illa suppositū est diploma cū cautionibus. M A. Noua mortis species. P H. Atqui cōfirmant dæmoni nullū esse ius in eos qui sic moriuntur. Sic aiunt præter alios mortuum S. Martinū & Franciscū. M A. Sed huic morti illorum uita responderat. Obsecro quid tum postea? P H. Porrecta est ægrotō crucis imago, & candela cerea. Ad crucem porrectā dixit ægrotus, Soleo in bellis tutus esse meo clypeo, nunc hunc clipeum opponā hosti meo, & exsculatus admouit humero lāuo. Ad cereā uero sacrā, Olim, inquit, hasta ualui in bellis, nunc hanc hastā uibra bo aduersus hostē animarum. M A. Satis militariter. P H. Has postremas uoces edidit. Nam mox lingua mors occupauit, simulq; cœpit animam agere. Bernardinus à det  
xtris

xtris imminebat morienti, Vincentius à sinistris, uterque pulchre uocalis. Alter ostendebat imaginē sancti Francisci, alter Dominici. Ceteri sparsi per cubiculum demurabant psalmos aliquot uoce lugubri. Bernardinus magnis uociferationibus percellebat aurem dextram, Vincentius sinistrā. M A. Quid occlamabat? P H. Huic modi ferme Bernardinus: Georgi Balearice, si nunc quoq; probas ea quae sunt acta inter nos, flecte caput in dextrum. Flexit. Vincentius contraria, Ne quid trepides Georgi, habes Franciscanū & Dominicū propugnatores. Esto securus. Cogita quantū habcas meritorū, quod diploma, deriq; memineris meam animā pro tua oppignoratam, si quid esset periculi: hec si sentis & probas, flecte caput in leuum. Flexit. Rursus simili clamore, Si haec sentis, inquit, preme manū meam: tum manū pressit. Ita huc & illuc flectendo capite, & premendis manibus transacte sunt horae ferme tres. Quā iam inciperet oscitare Georgius, ibi Bernardinus erectus pronuntiauit absolutionē: quā perficerat nō potuit, quin Georgius efflasset animā. Hec sub noctis medium: manū peracta anatomia. M A. Quid mali repertū est in corpore? P H. Recte mones, nam excederat. Fragmentū plūbi inhærebat diaphragma. M A. est septū transversum, quod Vnde id? P H. Vxor narrabat illū quondā ictum sphenopatentia bombardica. Hinc coniectabat medici plumbi liqui separat p̄. cordia, in qui eti particulā re sedisse in corpore. Mox corpus lacerū ab inferio cunq; constitutum est amictu Franciscano. A prandiose re corporis pultura peracta est ea pompa, qua decretum erat. M A. fōlen, hepā, Nunquam audiui mortē operosiorem, nec funus ambitius & renes. sius. Verum istā, opinor, fabulā nolis euulgari. P H. Quid ob rem? M A R. Ne quid irritentur crabrones. P H. Nihil.

**Diaphragma** est septū transversum, quod Vnde id? P H. Vxor narrabat illū quondā ictum sphenopatentia bombardica. Hinc coniectabat medici plumbi liqui separat p̄. cordia, in qui eti particulā re sedisse in corpore. Mox corpus lacerū ab inferio cunq; constitutum est amictu Franciscano. A prandiose re corporis pultura peracta est ea pompa, qua decretum erat. M A. fōlen, hepā, Nunquam audiui mortē operosiorem, nec funus ambitius & renes. sius. Verum istā, opinor, fabulā nolis euulgari. P H. Quid ob rem? M A R. Ne quid irritentur crabrones. P H. Nihil.

est periculi. Etenim si pia sunt quæ narro, etiā ipsorum interest hæc scire populum: sin minus, quotquot inter illos boni sunt, mihi gratias aget, qui hæc prædiderim, quo pudore correcti quidam desinant similia facere, deinde simplices caueant, ne in similem pertrahantur errorē. Sunt enim & apud istos cordati, uerciq; piij, qui frequenter apud me questi sunt, paucorū uel superstitione, uel improbitate totum ordinē reddi apud bonos inuidiosum. M A. Recte tu quidē & fortiter. Sed nūc aueo scire, quomodo decesserit Cornelius. P H. Ut uixit nulli molestus, ita mortuus est. Habebat febrem anniuersariā, quæ statim temporibus singulis annis recurreret. Et tum, siue quia grauabat etas: nam annū excesſerat sexagesimum: siue alijs de causis solito magis urgebat hominem, & uisus est ipse presentire diem fatalē imminere. Itaq; quatriduo prius quam moreretur, erat Dominicus dies, templum adiit, confessus est suo parocho, audiuit publicam concionem ei sacrum, à sacro reucrenter accepto pignore corporis Dominicī, domum se recepit. M A. Non usus est medicis? P H. Vnicum duntaxat cōsuluit, sed non minus bonū iurum, quam bonum medicum, ei Iacobo Castrutio nōmē est. M A. Noui. Nihil illo syncerius. P H. Is respōdit suam quidem operam amico non defutram, sed sibi uiderē plus esse præsidij in Deo, quam in medicis. Cornelius hanc uocem non minus alacriter accepit, quam si certissimam uitæ spem ostendisset. Itaque tametsi semper prouis facultatibus fuisset perbenignus in pauperes, tum quicquid decidi poterat uxoris & liberorum necessitatibus, impartiebatur in egenos, non istos ambitiose mendicos, & nusquam non obuios, sed in probos, qui pro

Anniversari.  
am. i. in singulis annis re-  
currentem.

uiribus industria laborandi cum paupertate pugnabat.  
Rogabam hominem, ut decumberet, et sacerdotem ad se  
accerferet potius, quam tenue corpusculum defatigaret.  
Respondit hoc sibi semper studio fuisse, ut amicos suos  
subleuaret potius, si possit, quam grauaret officijs, ne se  
sui dissimilem esse uelle in morte. Ne decubuit quidem nisi  
postremū diem & noctis partem, qua reliquit terras. In  
terim ob corpusculi latitudinē baculo nitebatur, aut se  
decbat in cathedra, raro cōponebat se lectulo, sed uestitus  
& erecto capite. Hoc tempore aut mandabat aliquid de  
curādis egenis, maxime notis aut uiciniis, aut legebat eli  
bris sacris, quae prouocant hominis erga Deum fiduciam,  
quæq; illius in nos charitatem declarant. Si per latitudi  
nem ipse minus poterat, audiebat amicum prelegentem.  
Frequenter miro affectu hortabatur familiā ad mutuum  
amorem & concordiam, atq; studium uere pietatis, solici  
tosq; de morte ipsius amantissimè consolabatur. Identidē  
admoniebat suos, ne quid aeris alieni præteriretur indiffer  
lendum. M A. Non considerat testamentum P H. Iam pri  
dem sanus ac ualens id curarat. Negabat enim esse te  
stamenta, quæ fierent ab agentibus anima, sed deliramen  
ta potius. M A. Nihil legarat monasterijs aut egenis P H.  
Ne teruncium quidem. Ego, inquit, pro mea portione di  
spensi uai facultatas meas, nunc ut carum possessionem  
alijs trado, ita trado & dispensationē. Et confido meos  
sanctius dispensaturos, quam ipse feci. M A. Non accese  
bat ad se pios homines, quemadmodū fecit Georgius  
P H. Ne unum quidem: præter familiam & duos intime  
amicos nullus aderat. M A. Demiror quid senserit. P H.  
Negabat se morientem pluribus molestū esse uelle, quam  
fuerit

stisset nascens. M A. Expecto finē istius fabulae. P H. Mox  
audies. Venit dies Iouis. Ille stratum nō reliquit, sentiens  
extremā corpusculi laſitudinem. Accitus parochus im-  
partiit extremam unctionem, ac rursus porrexit corpus  
domini, sed citra confessionem. Negabat enim quicquā  
scrupuli reſedisse in animo. Ibi parochus agere coepit de  
sepultura, qua pompa, quo'ue loco sepeliri uellet. Sepeli,  
inquit, me quomodo sepelires infimae sortis Christianum,  
nec mea refert, ubi seponas hoc corpusculum, & quē inuen-  
tiendum in extremo dic, ubi cunq; condideris. Pompa  
funeris nihil moror. Mox iniecta mentio de sonitu cam-  
panarum, de tricenarijs & anniuersarijs, de diplomate,  
de cōmunione meritorum emenda. Tum ille: mi pastor,  
mīlo peius habebo, etiam si nulla sonet campana. Si me  
uel uno funcbri sacro dignaberis, plus satis erit. Aut si  
quid aliud est, quod ob publicam ecclesiæ cōsuetudinem  
citrus scandalum infirmorū omitti uix potest, id tuo per-  
mitto arbitratui. Nec est animus cuiusquam uel preces cō-  
mercari, uel meritis quenquam suis spoliare. Satis meri-  
torum exuberat Christo, et confido totius ecclesiæ preces  
& merita mihi, si modo uiuum sum membrum profutu-  
m. In duobus diplomatibus mihi tota spes est. Alterū est  
peccatorum meorū, quod princeps pastorū dominus Ie-  
sus aboleuit, affigens illud cruci: alterum quod ipse suo  
sacrosancto sanguine scripsit & obsignauit, quo nos cer-  
tos reddidit de salute eterna, si totam fiduciam nostram  
in ipsum transferamus. Absit enim ut instructus meritis  
& diplomatibus prouocem dominum meum, ut in iudici-  
um ueniat cum seruo, certus quod in conspectu eius  
non iustificabitur omnis uiuens. Ego ab illius iustitia ap-

pello ad eiusdem misericordiam, quoniam immensa est  
et ineffabilis. His dictis abiit parochus. Cornelius ueniens  
magna spe salutis concepta gaudens et alacer, iubet sibi  
quædam recitari eis sacris uoluminibus, quæ confirmant  
spem resurrectionis et præmia immortalitatis, uelut illud  
ex Esaia de morte Ezechiei dilata, una cum cantico.  
Deinde caput decimum quintum epistole Pauli ad Corinthis  
prioris: De morte Lazari ex Ioanne, sed præ  
pue historiam Christi passi ex Euangelijs. Quam hic am  
mo deuorabat singula, ad quædam suspiras, ad alia com  
positis manibus gratias agens, ad quædam hilares et  
gestiens, ad nonnulla preculas quasdam breues ciaculans.  
A prandio quum paululum temporis obdormisset, iubet  
recitari caput ex Euangelio Ioannis duodecimum, usq; ad  
historie finem. Hic dixisses hominem plane transfigurari  
afflarique nouo spiritu. Iam dies uergebatur ad uesperam,  
accersit uxorem ac liberos: ibi erecto quantum licuit cor,  
pusculo, sic affatus est suos: Charissima coniux, quos Deus  
ante coniunxerat, idem nunc separat, sed corporibus dum  
taxat, idque ad breue tempus: cura, charitatem, pietatem  
quam antehac partiri soles in me et dulcissima pignora  
totam in istos transfer. Ne putaris te ullis modis posse  
magis demereris uel Deum, uel me, quam si istos quos Deus  
dedit nobis coniugij fructum, sic educes, soucas et infi  
tuas, ut Christo digni habeantur. In hos igitur condigna  
ca pietatem tuam, et meam portionem in te translato  
existima. Id si feceris, ut facturam confido, non erit quare  
uidcantur orphani. Quod si repetas matrimonium. Ad  
hanc uocem uxor erupit in fletum, coepitque deierare, se  
nunquam de repetendis nuptijs cogitaturam. Hic Comme  
linus.

Huius: Soror in Christo mihi charissima, si dominus Iesus  
largiri dignabitur tibi propositum istud ac robur spiritus  
tus, ne de his dono cœlesti. Erit enim hoc tibi pariter ac libe-  
ris cōmodius. Sin aliò uocabit carnis infirmitas, scito  
quod mors mea te liberat à iure coniugij, sed non liberat  
à fide quam meo tuoq; nomine debes curandis cōmuni-  
bus liberis. Quod ad matrimonij attinet, utere libertate  
quam tibi permisit dominus. Tantum hoc te rogo mo-  
neq; ut uirum tibi deligas ijs moribus, tuq; te illi talem  
prebeas, ut possit uel suapte bonitate ductus, uel tua com-  
moditate prouocatus amare priuignos. Proinde caue ne  
cui uoto te obstringas. Serua te liberā Deo & liberis no-  
stris, quos sic institues ad omnem pietatē, ut caueas, ne se-  
cuipia addicant instituto, donec per etatē & rerū usum  
coſtiterit ad quod uitæ genus sint idonei. Deinde uersus  
aliberos exhortatus est ad studiū pietatis, ad obediendū  
matri, ad mutuam inter ipsos charitatē & concordiam.  
His peroratis, dedit osculū uxori: liberis, facto signo cruci-  
tis, precatus est bonā mentem, et Christi misericordiam.  
Post hæc intuens omnes qui aderāt: Sub crastinā, inquit,  
aurorā dominus, qui diluculo reuixit pro sua misericor-  
dia dignabitur hanc animulā ex huius corpusculi sepul-  
chro, !eq; huius mortalitatis tenebris euocare in lucem  
suam cœlestem. Nolo teneram etatē excubij inanibus  
fatigari. Cæteri quoq; uiciſſim dormiant. Mihi satis est  
unum adesse uigilcm, qui recitet sacrā lectionem. Transa-  
cta nocte sub horam quartā, cunctis præsentibus iussit re-  
citari psalmum totum, quem dominus orans recitauit in  
cruce, Eo finito, iussit exhiberi cereū & crucem: O ce-  
reum accipiens dixit, Dominus illuminatio mea et salus

mea quē timebo? Crucē exosculatus dixit, Dominus pro-  
tector uitæ mæ, à quo trepidabo? Mox manus super per-  
clus in supplicantis gestum cōposuit, & oculis in calum  
erectis dixit, Domine Iesu, accipe sp̄iritū meū. Et proti-  
nus clausit oculos ueluti dormitus, simulq; leui flatus  
emisit sp̄iritū, dixisses illū obdormisse, nō expirasse. M A.  
Nunquā audiui mortē minus operosam. P H. Talis fuer-  
at in omni uita. Ut ergo fuit amicus. Fortasse non aqui-  
dijudico, uter decesserit Christianius: tu qui integres,  
rectius dissipies. M A. Ita faciam, sed per ocium.

## I V V E N I S. E C C H O.

I v. Cupio paucis te cōsulere, si uacat. E C. Vacat. iv. El-  
si uenio tibi gratus iuuensis. E C. Venis. iv. Sed potes ne  
ix, possum. mihi & de futuris dicere uerum Echo? E C. ix. iv. Et  
sia, diuina. Græcè nosti? Quid isthuc noui? E C. Noui. iv. Quali ti-  
bi uidentur Musarū studia? E C. Mīa. i v. Censes igiunt se  
rendos autores, qui conducunt ad bonas literas? E C. Te-  
ras. i v. Quam igitur mentem habent isti, qui haec studia  
linguis traducunt suis. E C. Suis. i v. Sed utinā harū cul-  
tores similiter essent & pietatis studiosi. E C. Os. i v.  
Nunc quorundā improbitas omnes reddit iniujos. E C.  
Icos, fortasse iōws. i v. Et mulier, hominū peccatum confertur in nomē  
ēvors, asinis. eruditio[n]is. E C. ēvors. i v. At qui uulgo uidentur nō impu-  
mi. E C. Fimi. i v. Quid facere censes eos, qui terunt dicta  
tem in sc̄ephistico doctrinæ generis? E C. Nere. iv. Fortis  
sis telas aranearum. E C. Harū. i v. Ac Penelopes telas  
texunt ac retexunt. E C. Texunt. i v v. Cui suades ut me  
dem uitæ instituto? E C. Tuto. i v. Erit auſpicatiū, ſancto-  
rē duxero? E C. Serō. i v. Quid si mihi ueniat uſu, quod  
bis qui incident in uxores parum pudicas, parumq; fru-  
giferati;

geras? E C . Feras. i v . At qui cum talibus morte durior  
 est uita. E C . Vita. i v . Siccine in rebus hum.inis domina  
 nis fortunam? E C . Vnam. i v v . Magis fortasse expedit, ut  
 diquis p̄cōiugio monachi institutū eligat. E C . Ligat.  
 i v . Quid supereſt remedijs, ubi quem astrinxerit iam nor  
 dus insolubilis? E C . Bilis. i v . Attamen miserū est homines  
 uiuere solos. E C . ñ̄as. i v . Cuiusmodi censes horum tem ñ̄as, omnino  
 porum plerosq; monachos? E C . ñ̄as. i v v . Quid igitur ñ̄as, perni  
 istos mouet, qui suspiciunt illos ut semi deos? E C H . ñ̄as. ciem, pestem.  
 ñ̄as, timor.  
 i v . Quid captant pleriq; qui ambiunt sacerdotiū? E C .  
 Ociū. i v . Præterea nihil habet sacerdos? E C . n̄igd̄os. n̄igd̄os,  
 i v . Quid bona rei contigit illis qui sunt episcopi? E C . lucrum.  
 n̄igd̄os. i v . At nulli magis uiuunt in ocio. E C . Scio. i v v . n̄igd̄os,  
 Queres illos admonere poterit, ut intelligent, quantum labores.  
 sustineant onus? E C H . ñ̄as. i v . Ergo res præclaræ est sa ñ̄as, mens.  
 ardorium, si quis se in eo gerendo qualem oportet præ  
 beat? E C . Beat. i v . Quid fructus erit, si me conferam in  
 culam eorū, qui præcellunt monarchica dignitate? E C .  
 Ate. i v . At non paucos uideo qui solent illinc sibi præcla  
 ram felicitatem ariolari. E C . ñ̄as. i v . At interim dum  
 incedunt holosericati, uulgò uidentur homines magnifi  
 ci. E C . Fici. i v . Foris igitur aureos, intus fculnos homi  
 nes dici, si quis inspiceat cominus? E C . Minus. i v . Nihil  
 igitur præclari sunt, quos pro dijs uencramur bysinos.  
 E C . ñ̄as. i v v . Nec militare genus magno estimabis for ñ̄as, nocu  
 tasse. E C . Asse. i v . Magnum quiddam pollicentur qui mentum.  
 e syderibus & futura prædicunt Astrologi. E C H . ñ̄as. ñ̄as uerba.  
 i v . At strenue laborant Grammatici. E C . ñ̄as. i v . Non ñ̄as temere  
 placent, opinor, legulei homines semper famelici. E C H . frustra.  
 i v . Qualis ero, si siam opifex? E C . Fex. i v . Ita ne ñ̄as lupi.

## 470 ΡΟΛΥΔΑΙΤΙΑ.

nihil præterea adferunt artes boni aut mali? E.C.H. Ali,  
I V V. Fueró ne beatus si perseuerauero in bonis literis  
E.C. Eris. I V. Sed quæ res dabit, ut adsit pietas? E.C. Ad-  
tas. I V. Decem iam annos ætate triui in Cicerone. E.C.  
dixi. I V. Vnde tibi subit me asinum dicere? E.C. En. IV.  
Fortassis hoc dicens non sic huic incumbendum, ut alios  
relinquam. E.C. Inquam. I V. Non placet igitur is quise  
per omnem uitam tantum in hoc torqueat, ut fiat Cice-  
ronianus? E.C. dixi. I V. Quid superest natu grandibus,  
quorum ætas ad hæc discenda non est tempestiuæ? E.C.  
Stiua. I V V. Facundior essem opinor, si longius abessem.  
E.C. Essem. I V. Non me delectant sermones disyllabi.  
E.C. Abi. I V. Cœpi prior, video nō posse uitari, quin po-  
sterior desinas. E.C. Sinas. I V. Nam igitur tibi videor fuis-  
instructus ad ea probè gerenda quæ sunt in vita? E.C.H.  
Ita. I V. Proinde si me uoles abire, dico. E.C. Ita.

## ΡΟΛΥΔΑΙΤΙΑ.

## S P V D V S. A P I T I V S.

Dispar conui-  
vnum. s p. Heus heus Apiti. A.P. Non audio. s p. Heus inquam  
Apiti. A.P. Quis hic est tam molestus interpellator? s p.  
Est serie rei quiddam, quod te uolo. A.P. At ego ad rem  
seriam propero. s p. Quò nam? A.P. Ad coenā. s p. Hac  
ipsa de re tecum uolebam agere. A.P. Non uacat nanc  
actoribus operam dare, nc actum agam. s p. Nihil feci  
ris dispendijs, comitabor te quo properas. A.B.I. Age die  
modò tribus uerbis. s p v. Magno studio molior conui-  
uum, in quo nulli displiceam conuiuarum, placeam om-  
nibus. Eius artis quoniam tu principatu tenes, ad te uel-  
lut ad oraculum configio. A.P.I. Responsum accipe, O  
quidem iuxta veterum morem iuxterpon, Nulli ut displi-

Id est, mere-  
xicium.

cess, nullum inuitare memeto. s p. Atqui solenne est epus  
lum, multos excipiam oportet. A P I. Quò plures inuita-  
ris, hoc pluribus displiceas oportet. Quæ fuit unquam tam  
bene uel conscripta, uel acta fabula, ut toti placuerit thea-  
tro? s p. Sed agè Comi delitiū Apiti, subleua me tuo con-  
silio, habebo te posthac numinis loco. A P. Sit igitur hoc  
primum consilium, ne conare quod fieri non potest. s p.  
Quidnam? A P. Ut conuiuator omnibus placeas. Tanta  
est palatorum uarietas. s p. At saltem ut paucioribus di-  
spliceam. A P. Voca paucos. s p v. Non licet. A P. Voca  
pares, & ingenijs congruentes. s p v. Ne id quidem mi-  
hiliberum est. Vitari non potest, quin & multos uocem  
& disimiles, deniq; nec eiusdem lingue, neq; nationis ho-  
mines. A P. Ne tu mihi uerē conuicium narras, non con-  
uicium, in quo facile poscit talis exoriri lusus, qualem He-  
brei narrant accidisse in structura Babel, ut petenti fri-  
gidum aliquis porrigat calidum. s p. Oppitulare te que-  
so, gratum experieris ac memorem. A P. Agè quando ele-  
ctio non est tui arbitrij in re mala dabo bonum cōsillum.  
Haud parui refert ad hilaritatem conuiuij, quo quisque  
locu sedeat. s p. Verissimū. A P. Ea res ut tibi cedat pro-  
spere, fac ut sortibus distribuantur accubitus. s p v. Pub-  
chre mones. A P I. Deinde ne sic paulatim à summo ad  
imum procedant patinae, ut sigma literæ uel serpentis po-  
tius imaginem pingant, aut ultro citróque reciprocent,  
quemadmodū olim in conuiuijs myrtus tradi solet. s p.  
Quid igitur? A P I. Sed ad singulas conuiuarum tetras  
appone palinas ternas, sic ut quarta media promi-  
neat, quemadmodum pueri tribus nucibus imponunt  
quartam: in singulis sit aliud atque aliud cibi genus, quo

quisq; quod libet eligat. s p. Placet. Sed quoties mutabas patinas? a p. Quod partibus constat oratio rhetorica? s p. Quinq; ni fallor. a p. Quot actibus constat fabula? s p. Apud Horatiū legi, Ne sit quinto productior actu. a p. Toties mutabis patinas, ut proœmium sit insulatum, cōclusio uel epilogus ex uarijs belliorū generibus conflatus. s p. Quem probas in patinis ordinē? a p. Eum admodū in oratione, ita nec in conuiuio decet proœmium esse elaboratum. Rursus epilogus uarietate cōmendetur potius quam apparatu. In tribus itaq; medijs seruanda Pyrrhi disciplina, ut in utroq; cornu sit aliquid eximium, in media acie uulgarior apparatus. Hoc pacto fiet, ut nec sordidus uideare, nec fastidiosa copia sis molestus. s p. Satis expedite de cibis, superest ut quomodo bibendum doceas. a p. Nulli omnium cyathum appones, sed pueris dato negotium, ut ubi percontati didicerint, quo quisq; uini genere delebetur, alacriter ad nutum cuique quod uoleat, porrigant. Ea ex re duplex erit commodum. Nam & parcus bibetur & iucundius, non solum ob id, quia subinde recens dabitur potus, uerū etiā quod nemo bibet, nisi sitiens. s p. Optimum profectio consilium. Sed qui fieri poterit, ut hilarescat omnes? a p. Id ut si, partim in te situm est. s p v. Qui nam? a p. Tenes illud, Ante omnia uultus accessere boni. s p. Quorsum iſtud? a p. Ut conuiuas comiter excipias, fronteq; hilari complices, sermonem ad cuiusq; ætatem, affectum, ac mores attemperans. s p. Accedā, ut dicas melius. a p. Nostri līguas? s p. Propemodum omnium. a p. Ut sua queng; līguas subinde appelles, utq; conuiuium fabulis amoenori

bus hilarescat, uarias misce materias de rebus, quadrum  
quisq; libēter meminit, & nullius dolore audiuntur. s p.  
Quas dicas huiusmodi materias? A P I. Sunt peculiares  
ingeniorum differentie, quas ipse melius perspicies, ego  
generatim attingam aliquot. Senes gaudent ea memorie  
re, quæ multorum fugiunt memoria, admiratores tempo-  
rum, in quibus ipsi floruerunt. Matronis dulce est refricar  
i memoriam eius temporis, quum à procis ambirentur.  
Nautæ, quiq; diuersas ac loginquas mundi regiones inui-  
serunt, libenter ea narrant, quæ quia nemo uidit, mirantur  
omnes. Est et anteactorum malorum, iuxta prouerbiū  
iucunda recordatio, si modo eius sint generis, ut cū pro-  
bro coniuncta non sint, ueluti militiae, profectionū, nau-  
fragiorumq; discrimina. Postremò de sua cuiq; arte gra-  
ta est confabulatio, dcq; hisce rebus, quarum usū callet.  
Hæc sunt ferme generalia, peculiares affectus singulatum  
desciribi non queant: sed exempli causa, Est aliquis lau-  
dis appetentior, alius uult haberi doctus, alius gaudet ui-  
deri diues: est hic loquacior, ille pauciloquus, nonnullos  
reperies tetricos, alios contrà blandiores. Sunt qui no-  
lent uideri senes, quum sint: sunt rursus qui uolunt haberi  
grandiores quam sint, affectates hoc esse mirandi, quod  
bellè portant ætatem: sunt foeminae quæ sibi de forma pla-  
cent, sunt aliæ putidulae. His cognitis affectibus, haud dif-  
ficile est miscere sermones unicuique gratos, uitatis his  
quæ mœrorem afferunt. s p. Næ tu per pulchre tenes ar-  
tem coniuicatoriā. A P. Phy. Si tantundem temporis &  
operae mihi consumptū esset in utroq; iure, Medicina ac  
Theologia, quantum impensum est huic arti, iandudum  
& inter iure consultos, medicos ac Theologos doctoris

¶ titulum, & laureā tulisse. s p. Credo. A p. Sed heus  
 tu, ne quid erres, hic cauendū est, ne fabulae sint nimis  
 prolixæ, aut ne exeat in temulentiam. Quemadmodum  
 enim uino nihil iucundius, si modice sumperis: contrari  
 hil molestius, si suprà quam sat est hauseris, ita usum emit  
 in fabulis. s p. Vera prædicas. Sed huic incomodo quod  
 nam ostendis remedium? A p. Vbi senseris suboriri r̄du  
 la est, ebrieta  
 tem non ex ui  
 se ortam.  
 rōp μέθυ, per occasionem interfeca sermonem, & argu  
 mentum diuersum interfere. Frustra opinor te monere,  
 ne cui suus dolor in conuiuio refricetur, utcunq; Plato in  
 dicat in conuiuijs quibusdam uitijs esse medendum, uino  
 discutiente tristitiam, & offensæ memoriam abolente. Ver  
 rum illud te monitū oportuit, ne nimis crebro salutes  
 conuiuas, tametsi probo, ut interdum obambulans, nunc  
 hos, nunc illos comiter appelles: oportet enim conuiuato  
 rem bonum matoriam agere fabulā. Nihil autem incidi  
 lius, quam ibi commemorare, quod cibi genus sit, qua co  
 clum arte, quanti emptū. Idem de uino dictū puta. Quia  
 extenuandum etiam modicè quod apponitur. Alioqui ni  
 mis diligens extenuatio apparatus, idem agit quod offens  
 atio. Satis est bis aut ad summū ter dixisse, Boni consuli  
 te. Si parū laetus est apparatus, animus certè lautiſimus  
 est. Interdum sales aspergendi sunt, sed qui nihil habeant  
 dentis. Profuerit & illud, subinde sua quenq; cōpellare  
 lingua, sed paucis. Dicendum erat initio, quod mihi nū  
 tandem uenit in mentem. s p. Quidnam? A p. Si non pla  
 cet sortito dare locos, cura ut tres ex omnibus eligas na  
 turā festiuos, minimcū mutos, quorum unum collocabis  
 in capite mense, alterum ē regione, tertium in medio, qui  
 silentium ac tristitiam cæterorū discutiant. Quod si per  
 spexeris

spexeris conuiuiū uel silentio tristius esse, uel clamoribus tumultuosum, aut ctiā ad rixas tendere. s p. Hoc crebro fit apud nos: quid tum faciendum? A p. Accipe rem mihi multo usū compertam. s p. Expecto. A p. Inducito duos Minos, siue γενωνος, qui sine uoce ridiculū aliquod argumentū gesticulatione repräsentent. s p. Quis sine uoce? A p. Ut par sit omnium uoluptas, aut nihil loquuntur, aut lingua loquātur omnibus aequè ignota. Gestibus loquentes omnes pariter intelligent. s p. Quod argumētum mihi narras, non satis intelligo. A p. Sunt innumerā, puta uxorem decertantē cum maritō de principatu, aut simile quippiam est media uita. Quò magis erit ridicula saltatio, hoc plus erit omnibus uoluptatis. Hos oportet esse semifatuos, alioqui qui planè fatui sunt, quædā interdū cōfutiunt imprudentes, quæ laedunt. s p. Ita tibi precor semper propitiū Comum, ut mihi dedisti fidele consilium. A p. Addā coronidem, quin potius repetā, quod initio dixeram, ne nimium sis anxius, ut placeas omnibus, nō hīc tantum, sed in omni uita, atq; ita fieri, ut citius placas omnibus: optimum cñim in uita, ne quid nimis.

## DE REBUS AC VOCABVLIS.

BEAVS. BONIFACIVS.

B E. Saluus sit Bonifacius. B O. Etiam atq; etiā saluus sit Beatus. Sed utinam essemus uterq; quod dicimur, tu diues, ego formosus. B E. Itā ne parum tibi uidetur habere nomen magnificum? B O. Mihi quidem minimi momenti, nisi res adsit. B E. At plerique mortales aliter affecti sunt. B O N. Fieri potest ut mortales sint isti, homines esse non credo. B E. Et homines sunt ô bone, nisi putas etiā nūc sub humana specie camelos & asinos obambulare.

B O N.

B O. Hoc citius crediderim quām homines esse, qui pluri  
ris nomen faciant, quām rem. B E. In certis rerum geno  
ribus, fateor pleriq; malunt rem quām nomen, in multis  
contrā. B O. Hoc quid sit, non satis assequor. B E. Atqui  
penes nos ipsos exemplum est. Tu Bonifacius dicens,

*Alterutro no  
mine scilicet  
aut re.*

habes quod diceris: sed si essem alterutro spoliandus, m  
malles habere malam faciem, an pro Bonifacio dici Con  
nelius? B O. Evidē malim uel Thersites dici, quām habe  
re prodigiosam faciē, an bonā habeam, nescio. B E. Item.  
ego si diues essem, & aut res aut nomen eſſet deponen  
dum, malim Irius dici, quām re spoliari. B O. Assentior ne  
ra loquenti. B E. Idem usu ueniet, opinor, in his qui sunt  
prospera ualitudine, aut alijs corporis prediti cōmodis.

B O N. Probabile est. B E. At quām multos uidemus qui  
mallent nomen cruditi pīq; uiri, quām esse docti bougi.

B O. Plurimos istiusmodi noui. B E. At nō apud hos plures  
habet momenti nomē, quām res? B O. Videtur. B E. Lam  
si quis nobis adesset Dialecticus, qui scitē definiret, quid  
sit Rex, quid Episcopus, quid Magistratus, quid Philoso  
phus, fortassis & hic inueniremus, qui mallent nomen  
quām rē. B O. Ita profectō, si rex est, qui legibus & aquī  
tate populi commodum spectat, non suum: si episcopus,  
qui totus inuigilat gregi dominico: & si magistratus qđ,  
qui ex animo consultit Reipub. & si philosophus est, qui  
neglectis fortuna commodis, tantū studet bona menti  
parandæ. B E. Hic uides quantum huius generis exemplū  
plorum possum aggerere. B O. Sanè plurimū. B E. An hos  
omnes negabis esse homines? B O. Vereor ne nos ipsi cū  
tius nomen hominis amittamus. B E. At si homo est ani  
mal rationale, quantum abest hoc à ratione, ut in corpori

ris commodis uerius quām bonis, & in externis, quae for-  
tuna dat simul & eripit quumlibet, rem malimus, quām  
nomē: in ueris animi bonis, nomē pluris faciamus, quām  
rem. B O. Præposterū me hercule iudicium, si quis atten-  
dat. B E. Eadem autem est ratio in cōtrarijs. B O. Expe-  
cto quid dicas. B E. Idem iudicandū de nominibus rerum  
fugiendarum, quod dictum est de uocabulis expetenda-  
rum. B O. Apparet. B E. Magis enim horrendū est esse ty-  
rannum, quām tyranni nomen: & si malus episcopus iu-  
sta sententiam Euangelicā, fur est & latro, non tam hæc  
nomina sunt nobis detestanda, quām ipsa res. B O. Cōue-  
nit sane. B E. Tu de cæteris similiter colligo. B O. Pror-  
sus intelligo. B E. Nónne fatui nomē auersantur omnes?  
B O. Et quidē maximē. B E. Nónne fatuus esset qui au-  
reо piscaretur hamo, qui uitrum anteponeret gemmis,  
qui chariores haberet equos quām uxorem ac liberos?  
B O. Is esset quoquis Corœbo stultior. B E A. An non tales  
sunt qui procurrunt in militiam, spe lucri nō admodum  
magni, corpus & animā exponentes periculo: qui studēt  
congerendis opibus, quum animum habeat omnium bo-  
narum rerum egenū: qui uestes & aedes exornant, quum  
animus neglectus ac squalidus iaceat: qui corporis uale-  
tudinem anxiè tuentur, animā tot capitalibus morbis la-  
borantem negligunt: deniq; qui fugaciſsimis huius uita  
uoluptatibus cruciatus merentur æternos? B O. Ipsa ra-  
tio fateri cogit, plus quām fatuos esse. B E. Atq; his fatuus  
quum plena sint omnia, uix inuenias qui ferre posse fia-  
tui uocabulum, quum adeo nō abhorreat à re. B O. Sic  
est preſectio. B E. Agè, scis quām sint apud omnes inuisa  
vocabula, mendacis ac furis. B O. Sunt inuisissima, nec  
sine

Aureo homo  
pisc. vide Chi-  
liades.

sine causa. B E. Fatcor. Sed quū stuprare coniuges alienas sit furtos sceleratus, tamen adulteri cognomine quidam etiam gloriantur, ad furti conuicium illico strictrū gladium. B O. Ita res habet apud cōplures. B E. Ita quū multi scortis uinoq; perditissimi sint, & sint libenier ac palām, tamen ad ganeonis nomen offenduntur. B O. Hī nimurum rem sibi gloriæ ducunt, quum uocem redditam horreant. B E. Sed uix aliud nomen auribus nostris uidetur intolerabilius quam mendacis. B O N. Noui qui hoc conuiciū cēde sint ulti. B E. Sed utinā pariter abominentur rem. Nunquā accidit tibi, ut qui promiserat mutuum ad certum diem redditū falleret? B O. Frequenter, etiam cūm id deierasset, neq; id scemel, sed iterum atq; iterum. B E. Fortasse nō erant soluendo. B O. Imo erant, sed cōmodius esse ducebant nō reddere creditū. B E. An hoc non est mentiri? B O. Planissime. B E. Auderes iſiusmodi creditorem sic cōpellare, Quur mihi toties mentiris? B O. Non, niſi paratus essem ad pugnā. B E. An non simili modo quotidie uerba dant latomi, fabri, aurifices & uestiarij, pollicentes ad certum diem, nec tamen praestantes, etiā si magni referat tua? B O. Mira impudentia, sed adde his aduocatos pollicentes operā. B E. Potes addere sexcenta nomina, nemo tamen horū latus sit mendacis uocabulum. B O. Hoc genere mendaciorum plena sunt omnia. B E. Itidem furis nō nemo tolerat, quum ā re non perinde omnes abhorrent. B O. Expecto ut di cas clarius. B E. Quid interest inter eum qui rem tuam tollit ē scrinio, & inter eum qui depositū abiurat? B O. Nihil, niſi quod sceleratior est, qui spoliat etiā fidentem. B E. At quam pauci sunt, qui depositum reddunt, aut si reddunt,

reddunt, nō dant integrum. B o. Opinor esse per paucos.  
B E. Nemo tamen istorum ferat furis uocabulum, quum  
rem non horreant. B o. Admodum. B E. Iam mihi repu-  
ta, quid uulgo fiat in tractandis pupillorū bonis in testas  
mentis ac legatis, quantum hæreat digitis tractantium?  
B o. Frequenter totum. B E. Furtum amāt, uocabulum  
detestantur. B o. Maxime. B E. Quid agant qui res fisci  
tractant, qui monetam publicam cudit deteriorē, qui  
nunc aucta, nūc diminuta nummorū estimatione, priua-  
torum rem accidūt, fortasse nobis non admodū liquet, de  
his quæ quotidie experimur, loqui fas est. Qui sumit mu-  
tuum, aut qui conflat æs alienū hoc animo, ut reddat, si  
liceat, nunquā, quantulum abest à fure? B o. Cautior for-  
tasse dici potest: melior, nequaquam. B E. At horū quum  
ingens ubiq; sit numerus, nemo tamen tolerat furis noi-  
men. B o. Animū solus Deus nouit, proinde apud homi-  
nes obserati uocantur, non fures. B E A. Quantuli refert  
quo nomine dicantur apud homines, modo sint fures a  
pud Deum? Certe suus cuiq; notus est animus. Ad hac,  
qui quum debeat multum, quod obtigit pecunia nequi-  
ter prodigit, qui postea quām decoxit in una ciuitate des-  
lusis creditoribus fugit in aliā, hospites querens quibus  
imponat, idq; facit crebrius, nōne satis declarat, quo sit  
animus? B O N. Satis superq;. Sed tamen isti solent fucare  
colore, quod faciunt. B E, Quonam? B O N. Multum mul-  
tiq; debere prædicant sibi cum magnatibus atque adeo  
regibus esse commune, eoq; qui sunt hoc ingenio prædi-  
ti, ferè nobilitatis opinionem affectat. B E. In quē usum?  
B o. Dictu mirum, quantum equiti licere uelint. B E A.  
Quo iure, quibus legibus? B o. Hinc alijs, quām quibus  
pref

prefecti maris uindicant sibi quicquid eiectum est naufragio, etiam si extet dominus: quibus alijs suum esse uolunt, quicquid apud furem aut prædonem deprehendunt. b e . Istiusmodi leges possent ipsi fures cōdere. b o . Et facerent, si queant tueri, et haberent, quod excusat, si bellum indicant prius quam furentur. b e . Quis hoc iuris dedit equiti potius, quam pediti? b o . Militia favor. Sic enim excentur ad bellum, quo promptiores sint ad spoliandum hostem. b e . Sic opinor Pyrrhus exercebat suos ad bellum. b o . Non, sed Lacedemonij. b e . Abicit in malam crucē cum suo exercitio. Sed unde nomen hoc tantæ prærogatiæ? b o . Quibusdam obuenit à maiori bus, alijs mercantur ærc, quidam asciscunt. b e . An licet asciscere cui libet? b o . Licet, si mores respondeant. b e . Qui? b o . Si nihil bonæ rei gerat, si splendide uestiatur, si incedat anulatus, si gnauiter scortetur, si alcama ludat, assidue, si certet chartis, si cōpotationibus ac uoluptatibus ætatem absumat, si nihil loquatur plebeiu, sed arces, Pedem. Vide pugnas ac bella mera crepet, Thrasonica omnia. I si sibi chil. 1. cent. 5. prouerb. 7. permittunt bellum cui uelint indicere, etiā si pedem ubi ponant, non habeant. b e . Equites mihi narras, equales dignos. At qui tales habet non paucos Sicambria.

## C H A R O N .

C H A R O N . G E N I A S . A L A S T O R .  
C H . Quid ita properas gestiens Alastor? AL. Opportu-  
nè tu quidem o Charon. Ad te properabam. C H . Quid  
noue rei? A L . Nuntium fero tibi Proserpinæq; letissimum  
futurum. C H . Effer igitur quod fers, teq; exoneranda. A L .  
Furiæ non minus gnauiter quam feliciter gesserūt suum  
negocium, nullam orbis partem non inficerunt mali  
taris

tartareis, diſidijs, belliſ, latrocinijs, pestilentijſ, adeo ut  
plane iam caluæ emiſſis colubris ſint, & exhaustæ uene-  
nis obambulent, quærētes quicquid uſquam eſt uiperarū  
& aſpidū, quando tam glabrae ſunt, quam ouū, & pileū  
nō habent in capite, neq; quicquā in pectore ſucci effica-  
cis. Proinde tu fac cymbā ac remos appares. Mox enim  
uentura eſt tanta umbrarū multitudo, ut uerear ne non  
ſufficiat omnibus transmittendis. C H. Iſta nos non fuger-  
ant. A L. Vnde reſcieras? C H. Oſſa pertulerat ante bi-  
duū. A L. Ut illa dea nihil eſt uelocius. Sed quid tu igitur  
bi ceſſas relictā cymbā? C H. Ita nimirū res ferebat. Huc  
profectus ſum, ut mihi comparare ualidam aliquam tri-  
remem. Nam mea cymba iam uetustate putris ac ſutilis,  
nō ſuffecerit huic operi, ſi uera ſunt quae narrauit Oſſa.  
Quanquā quid opus erat Oſſa? Reſ ipsa compellit. Nā  
ufragiū feci. A L. Nimirum totus diſtillas, ſuſpicabar  
teredire ē balneo. C H. Imò enataui ē stygia palude. A L.  
Umbraſ ubi reliquiſti? C H. Natant cum ranis. A L. Sed  
quid narrauit Oſſa? C H. Tres orbis monarchas capitali-  
bus odijs in mutuū exitium rucre, nec ullam orbis Chri-  
ſiani partē immunē eſſe à belli furijs. Nam tres illi reli-  
quos omnes pertrahunt in belli conſortiū: omnes eſſe tai-  
libus animis, ut nemo uelit alteri cedere, nec Danū, nec  
Polonum, nec Scotum, nec uero Turcam interim eſſe in  
otio, moliri dira: pestilentiam ubiq; ſauire, apud Hispanos,  
apud Britannos, apud Italos, apud Gallos. Ad hec  
nouam eſſe luem ex opinionum uarietate natam, que  
ſic uitauit omnium animos, ut nulla uſquam ſit ſyncera  
amicitia, ſed frater fratri diſfidat, nec uxori cum marito  
conueniat. Spes eſt hinc quoq; naſcitur a olim magnifica-

H homi-

hominum perniciem, si res à linguis & calamis ad monus peruerencrit. A L. Hæc omnia uerissime narravit Osse. Nam ipse plura uidi his oculis, assiduus comes & adiutor furiarū, quæ nullo tempore magis declararunt se suo dignas nomine. C H. Atqui periculū est, ne quis demon exoriatur, qui subito adhortetur ad pacem, & sunt mortalia animi mutabiles. Nam audio apud superos esse

Polygraphū, Erasmū, qui polygraphum quendam, qui calamo suo non definit ins multa scripsit Etari bellum, & ad pacem cohortari. A L. Ille iam pridē & pacis que telam.

surdis canit. Olim scripsit pacis profligatae querimoniā, nunc eidem extinctae scripsit epitaphiū. Sunt alij contraria, qui non minus iuuent rem nostrā, quam ipse furia. C H. Quinam isti? A L. Sunt animalia quædā pullis & candidis pallijs, cinericis tunicis, uarijs ornata plumis, hec nunquā recedunt ab aulis principum, instillat in aurem amorem belli, hortatur eodē procres ac plebem, in Eugen gelicis illis concionibus clamitant bellum esse iustū, sanctum ac piū. Quoq; magis mireris hominū fortē amīnum, clamitant idem apud utrāq; partem. Apud Gallos concionantur Deum stare pro Gallis, nec uinci posse qui Deum habeat protectorem. Apud Anglos & Hispanos, hoc bellū non à Cæsare geris, sed à Deo, tantum praetextū si uiros fortes, uictoriam esse certā. Quid si quis intercedit, eum nō perire, sed rectā subuolare in cœlum, sicut erat, armatū. C H. Et habetur istis tāta fides? A L. Quid nō potest simulata religio? Accedit huc iuuentus, rerum imperitia, gloriæ sitis, ira, animus ad id quō vocatur natura propensus. His facile imponitur, nec difficile perpetuitur plaistrū suapte sponte propendens ad ruinā. C H. Ego istis animalibus lubens aliquid boni fecero. A L. Ap

para lalatum conuiuiū. Nihil potes gratius. C H . Ex mal  
uis, lupinis & porris. Nam apud nos nō alia est, ut scis  
annonā. A L . Imo ex perdicibus, capis, & phasianis, si  
vis esse gratus cōuiuator. C H . Sed quae res istos mouet,  
ut tantopere promoueant bellū? Aut quid hinc metunt  
cōmodi? A L . Quia plus emolumenti capiunt è morici-  
tibus, quām ex uiuis. Sunt testamenta, parentalia, bulle,  
multaq; alia non aspernanda lucra. Deniq; malunt in ca-  
stris uersari, quām in suis aluearibus. Bellū multos gignit  
episcopos, qui in pacc ne teruncij quidē siebant. C H . Sa-  
piunt. A L . Sed quid opus est trircmi? C H . Nihil, si uelim  
in media palude rursus naufragiū facere. A L . Ob multi-  
tudinē? C H . Scilicet. A L . Atqui umbras uehis, nō corpo-  
ra. Quantulū aut̄ ponderis habēt umbræ? C H . Sint tipu-  
la, tamen tipularum tanta uis esse potest, ut oncrent cym-  
bam. Tum scis & cymbā umbratilem esse. A L . At ego  
memini uidere me, cum esset ingēs turba, nec cymba ca-  
peret omnes, à clavo tuo tria millia umbrarum pendere  
nonnunq; nec tu pondus ullū sentiebas. C H . Fatcor tales  
esse animas que paulatim demigrarūt è corpore phthisi  
aut hectica tenuato. Cæterū que subito reualluntur è  
crasso corpore, multū corporeæ molis secū ferunt. Tales  
autem mittit apoplexia, cynanche, pestilentia, sed præci-  
pue bellū. A L . Non opinor Gallos aut Hispanos adferre  
multū ponderis. C H . Multò minus quām cæteri, quan-  
quam & horū animæ non omnino ueniūt plumeæ. Cæte-  
rū è Britannis è Germanis belle pastis ueniuunt aliquo-  
ties tales, ut nuper periclitatus sim decē duntaxat uehes,  
& nisi iacturā fecisset, perierā unā cum cymba, uecto-  
ribus & naulo. A L . Ingens discrimē. C H . Quid interea  
H      censes

censes fieri, quum accedunt craſi ſatrapæ, Thraſones & Polymachæoplacidæ A L. Ex his qui percunt in iuſto bello, nullos arbitror ad te uenire. Nam aiunt eos recte ſubuolare in cœlū. C H. Quò ſubuolent, neſcio: unū illud ſcio, quoties bellum eſt, tot ad me ueniunt ſauciſ laceri, ut demirer ullum ſuperelle apud ſuperos. Nec ſolum uenient onus & crapula & abdomen, uerum etiam bullis, & ſacerdotijs, alijsq; rebus plurimis. A L. At iſta non deferunt ſecum, ſed nudæ uenient ad te. C H. Verū, ſed que recentes uenient, ſomnia taliū rcrum ſecū adferunt. A L. Itā ne grauāt ſomniæ. C H. Grauant cymbam m̄cā: quid dixi grauant, iam demerſerunt. Poſtremo tot obolos pueras nihil habere ſarcinæ. A L. Equidē arbitror, ſi ferant æreos. C H. Proinde certum eſt mihi proſpicere de nauis quæ ſufficiat oneri. A L. O te felicē. C H. Quid ita? A L. Quia propediē ditesces. C H. Ob multitudinē umbryarū A L. Næ. C H. Si quidē ſuas opes ſecū adferant. Nunc quā in cymba deplorat ſe apud ſuperos reliquissē regna, priſulatus, abbatias, auri talenta innumera, ad me nihil adferunt preter obolum. Itaq; quod iam annis ter mille mihi corrasum eſt, id totum eſt effundendū in unum trireme. A L. Sumptū faciat oportet, qui querit lucrū. C H. Atque mortales, ut audio, felicius negociantur, qui fauente Mercurio ditescunt intra triennium. A L. Sed iſdē decoquunt nonnunquā. Tuum lucrum minus, ſed certius. C H. Neſcio quām certum: ſi quis Deus nunc exoriatur, qui res principum componat, ſors hec tota mihi perierit. A L. Iſta quidē de re iubeo ut me ſponsore in utramq; aurem dormias. Intra decennium totum nihil eſt quod pacem me tuas. Vnus Romanus pontifax ſedulo quidē horſatur ad concor-

concordia, sed laterē lauat. Murmurant & ciuitates te-  
dio malorum, conferunt susurros populi nescio qui, dicti  
tantes iniquum, ut ob priuatas iras aut ambitionē duoruū  
triūmuc res humanae sursum deorsum misceantur, sed  
vincet, mihi credo, quamlibet recta consilia furiæ. Ceterū  
quid opus erat hac gratia petere superos? An apud nos  
non sunt fabri? Certe Vulcanum habemus. C. H. Pulchre,  
si quærām nauim æream. A. L. Minimo accersetur ali-  
quis. C. H. Ita est, sed deficit nos materia. A. L. Quid au-  
dio, nihil illic syluarum? C. H. Etiam nemora quæ fucrant  
in campis Elysij absumpta sunt. A. L. In quem tandem  
uisum? C. H. Exurendis hæreticorum umbris, adeo ut nu-  
per coacti simus e terræ uisceribus carbones effodere.  
A. L. Quid, an istæ umbræ non possunt minore sumptu  
puniri? C. H. Sic uisum est Rhadamantho. A. L. Vbi tri-  
remem mercatus eris, unde remiges parabuntur? C. H.  
Meæ partes sunt tenere clavum, remigant umbræ, si uel  
lint traïscere. A. L. At sunt quæ non didicerunt remum  
agere. C. H. Apud me nullus est eximus, remigant &  
Monarchæ, remigant & Cardinales suam quisque ui-  
cem, non minus quam plebeij tenues, siue didicerint, siue  
non didicerint. A. L. Tu fac dextro Mercurio feliciter  
mercere triremem. Ego non te remorabor amplius. Or-  
coletum adferam nūciū. Sed heus heus Charon. C. H.  
Quid est? A. L. Fac matures redditum, ne te mox obruat  
turba. C. H. Imò iam plus quam ducenta milia offendes  
in ripa præter illas quæ natant in palude. Prope  
rabo tamen quantum licebit. Dic illis  
me mox adfuturum.

486 SYNODVS GRAM  
SYNODVS GRAMMATICORVM  
ALBINVS. BERTVLPHVS. CANTHELVS.  
DIPHYLVS. EVMENIVS. FABULLVS.  
GADITANVS.

A L. Est ne quisquā in hoc numero, qui didicit Anticomaritatem? B E. Cui tandem rei? A L. Qui certū doceat quod conuenerimus grāmatici. B E. Isthuc quidē citra calcus, uel digiti nostri nobis dicere poterūt. Te pono in pollice, me in indice, Canthelū in medio, Diphylum in annulari, Eumeniū in minimo. Nunc ad lēuā transco, illie in pollicen pono Fabullum, in indice Gaditanū. Itaq; nū fabulator, septem sumus. Sed quorsum attinet isthuc scire? A L. Quoniam audio septenarium reddere legitimū cōciliū. B E. Quod conciliū mihi narras? A L. Est res seria que me diu multumq; torcit, neq; me tantum, uerū multos etiā uiros neutiquā indoctos. Eam proponā in medium, ut huius synodi autoritate semel finiatur quaſio. C A. Eximiū quiddā sit oportet, quod tu uel ignores Albini, uel animū tuum perspicaciſimū diu multumq; torcerit. Quare cupimus & ipſi noſſe, quid iſthuc ſit rei. Nam unus omnū nomine rēpondeo. A L. Ergo hic eſtote omnes, aures ſimul adhibentes & animos. Plus uidēt oculi quam oculus. Est ne quisquā uerſtrū, qui nobis explanare poſſit, quid significet hæc uox Anticomarita? B E. Nihil facilius. Sonat enim betæ genus, quā priſci natatilem appellabant, caule contorto nodosoq; mirē fatua, tetri odoris ſi contingas, poſſet cum Anagyri cōtendere. C A. Natatilem narras betā, imo cacatilem bestiam. Quis unquā audiuuit aut legit antechac nomē natatilis betæ? B E. Imo hoc dilucide docet Mammictetus uulgò corrupcio di-

Anticomarita.

aus, quū uero nomine dicatur Mammothreptos, quasi  
 dicas auiae alumnum. A L. Quid isthuc est titulus? B E. Ut  
 intelligas in libro nihil inueniri preter meras delicias,  
 quod mammae, hoc est, auiae soleant indulgentius habere  
 nepotes, quam matres liberos suos. A L. Planè delitior  
 sum opus mihi narras. Nuper enim quū in hunc codicē  
 incidissem, minimum absuit, quin risu dissipicerim. C A.  
 Vbi tu nactus es eum codicē, qui rariissimus inuentus est?  
 B E. Abbas diuini Bauonis, nomine Liuinus, à prādio Bris-  
 gis duxit me in bibliothecā suam peculiarē, quam homo  
 senex cupiens aliquod sui monumentū posteris relinque-  
 re, non mediocri sumptu parabat. Nullus erat liber, qui  
 nō esset manu descriptus, idq; in membranis, nullus qui  
 nō uarijs picturis ornatus, ac foris byssō auroq; tectus.  
 Quin & ipsa codicū spatiofa moles nescio quid maiestati  
 pres se ferebat. A L. Qui nā erāt? B E. Oh præclari om-  
 nes, Catholicon, Brachylogus, Ouidius per allegorias exi-  
 positus, alijq; innumerī, inter quos et lepidissimum Māmo-  
 threptū reperi. Inter cas delicias inueni natatile Betam.  
 A L. Quur uocāt natatile? B E. Referā quod legi, penes  
 autorem fiduci periculū esto. Quoniam, inquit, prouenit in  
 locis humidis putribusq;, nec usquam felicius prouenit,  
 quam in cœno aut sterquilino, honos sit auribus. A L.  
 Itāne grauiter olet? B E. Sic ut nec oletū ullū peius oleat.  
 Est ne istius holericus ullus usus? B E. Imò in delitijs est.  
 A L. Fortasse porcis, aut asinis, aut bubus Cypriss. B E. Bubus Cy-  
prius vide Ch.
 Imò hominibus, et quidē delicatis. Pelinorū gēs est, apud

H 4 Luria.

Laria. B E. Eius computationis hæc lex est, ut liberum  
conuiuatori quicquid uolet apponere: nefas aut sit conui  
uis quicquā rei scere, sed omnia boni cōsulere. A L. Quid  
si apponenter cicutā aut cramben recocē? B E. Quicquid  
apponitur deuorandum ibi est tacitè. Domi tamen licet  
quod ederint reuomere. Nam hic ferè ponunt natatim  
Betam, siue Anticomaritā: nihil enim refert utro nomine  
dixeris, res eadem est. Admiserint aliquid querni cortici,  
et alij plurimū. Ita moretum absoluunt. A L. Quis pen  
suasit legē tam barbarā? B E. Consuetudo, quouis tyran  
potentior. A L. Tragicam Periodum mihi narras, qua  
tam in amoenū habeat exitum. B E. Dixi mēa uice, nullū  
præjudicans, si quis quid habet rectius. C A. At ego com  
peri priscis fuisse piscem, quem uocarunt Anticomaritā.  
B E. Dic autore. C A. Codicē exhibere possum, nomen  
autoris nō possum dicere. Scriptus est Gallicē, sed formu  
lis Hebraicis. B E. Quām speciē habet piscis Anticomar  
ita? C A. Cetera nigris squamis est, solus uenter albus.  
B E. Palliatum quempiā Cynicum opinor nobis ex pīce  
facies. Qui sapor? C A. Nihil insuauius. Quin pestiles est.  
Nascitur in putribus lacunis, interdum et in cloacis, ju  
ers, limosus: solo gustu pituitā gignit grauem, quam uix  
uomitū leues. Frequens est in regione quam Celibithra  
cen appellant. Nam illic in delicijs est, quod gustasse car  
nes detestabilius sit homicidio. A L. Infelix regio cum suo  
Anticomarita. C A. Tantum habeo quod dicam, nemini  
præjudicatum uelim mea sententia. D I. Quid opus est  
huius uocis enarrationē ex Māmothreptis aut Hebreis  
schedis petere, quem ipsa dictionis etymologia præfū  
ret Anticomaritas dici puellas parū feliciter coniugatas,

ut pote maritis uetus. Nec enim nouū est, quod scribæ,  
quo uerterunt in co, quum sint literæ cognatae, c, q, e & k.  
e v. Erat aliquid quod dixit Diphylus, si constaret dicti  
onem esse Latinā. Mihi uidetur esse Græca ē tribus con-  
flata: ex anti, quod est contra, & come quod sonat pagū,  
& ḥapīs̄, quod est muliebriter garrire, hinc per synalœ  
phen, elisa o, dictus est Anticomera, qui rusticana gar-  
rulitate cunctis obstrepit. F A. Sedulò quidem meus dixit  
Eumenius. At mihi uidetur ex tot dictionibus conflata  
vox, quot habet syllabas. Nam ai sonat αῑss. τῑ, τῑλλων  
κυ, νῑδια. μα, μάλα. πι, πυταρ̄. perperam enim scribitur  
per i. τα, τάλας. Ex his conficitur, amens ac miser uellens  
pilos putrium tergorū. A L. Tali opificio cibus congruit  
beta natatilis, de qua modo dixit Bertulphus. B E. Nimi-  
rum anticomarita anticomaritæ. C A. Sedulò quidem di-  
xistis omnes, at mihi uidetur uxor uiro male morigera-  
dici Anticomarita per syncopen anticomarita, quod  
semper aduersetur marito. A L. Si recipimus tales tro-  
pos, facile ex foria fient fora, & cuniculus fiet cuculus.  
B E. Atqui Albinus qui consul est in hoc senatu, nondum  
dixit, quid ipse censem. A L. Ex me quidem quod adferam  
non habeo, haud tamen grauabor in medium adferre,  
quod ab hospite meo nuper didici homine linguacissi-  
mo. Sepius uariabat in loquendo sermonem, quam luscio-  
nia cantionē. Is asseuerabat uocem esse Chaldaicā, ē tri-  
bus compositā. Apud illos enim, ut aiebat, antis sonat per-  
uersum ac cerebrosum: comar, petram: ita, sutoriā. B E.  
Quis unquā petræ tribuit cerebrum? A L. Nihil absurdum,  
si modo mutes genus. G A. Prorsus in hac synodo cuenit,  
quod uulgō dici solet, Quot homines, tot sententiae. Quid  
H 3 igitur

igitur actum est sententiae numerari possunt, diuidi non possunt, ut pars maior vincat minorē. A L. Vincat igitur melior deteriorem. G A. Atqui ad hoc ipsum opus esse

**S**icut cuique pulchrum, ui<sup>m</sup> de proverb. **A** alia synodo. Nam sua cuiq; sponsa uidetur pulcherrima.

**A** L. Isthuc si uerū esset, minus haberemus adulteriorū. Sed habeo cōsilmum expeditū. Fabis sortiamur ex hoc na-

mero cui ius sit, ut ex omnibus suffragijs probet, quod no-  
**I**n te cugetur let. C A. At isthac in te cugetur faba. Num uera dī-  
faba, id est, in  
te malum hoc  
residet. **A** L. Mihi prima & postrema magis arridet. C A. Assu-  
timur omnes, ut unus pro omnibus respondeā. A L. Age-

fit igitur hoc inter ea, de quibus dubitare fas nō est. C A.

**M**axime. A L. Si quis dissentiat, quid erit poene? C A. M*is*culis scribetur hereticus in grāmatica. A L. Adiūcām  
bonis auibus, quod mihi nō negligendum uidetur. Id ex  
medico quodā Syro acceptū amicis cōmunicabo. B E.

**Q**uid isthuc? A L. Si natatilem betam, gallā ē queru, &  
sutorium atramentum in mortario contuderis, deinde  
aspersis copri sex uncijis miscueris in malagma, præse-  
neum esse remedium aduersus caninā scabiem, et porco-  
rum prurigenē. B E. Sed heus Albine, qui nobis omnibus  
de Anticomarita negotiū fac̄tis, in quo tandem autore

legitur isthuc uocabulum? A L. Dicā, sed in aurē, & uni-  
v. B E. Accipiam, sed hac lege, ut ego uiciū unius unū in  
aurē dicam. A L. At repetita henas, tandem fit chilias.

B E. Verum dicas, ubi semel ex henade reddideris dy-  
adem, iam nō est tibi in manu sisterc fluxum dyadis. A L.

**Q**uod pauci norūt, celari potest: quod multi, nequaquam  
trias autē ad multitudinē pertinet. B E. Probe, quires  
simul haberet uxores, multas habere diceretur. Sed qui  
tres haberet pilos in capite, aut dentes in ore, multos ne-

an paucos habere diceretur? A L. Sophista, admove autem. B E. Quid ego audio? Isthuc non minus absurdum est, quam si Græci ciuitatem, cui expugnanda tot classes ducebant, suo nomine non possent nominare, pro Troia dicentes Sutriū. A L. Atqui hic Rabinus est nuper e cœlo delapsus, qui nisi præsens numen succurisset rebus humanis, iamdudum quereremus, ubinam essent homines, ubi pietas, ubi philosophia, ubi literæ. B E. Næ iste inter Morie proceres primas meretur, dignus qui posthac uocetur, Archimorita, cum suis anticomaritis.

ΑΓΑΜΟΣ ΓΑΜΟΣ.

sive CONIVGIVM IMPAR.

PETRONIVS. GABRIEL.

P E. Vnde nobis Gabriel tam tetrica fronte? Num ex anatro Throphonij? G A. Imò à nuptijs. P E. Nunquā uidi uultum minus nuptialem. Nam qui nuptijs interfuerūt, totos postea sex dies solent hilariores amoenioresq; uides, senscē etiā reiuuenescere ad annos decem. Quas igitur tu mihi nuptias narras? Mortis opinor cum Marte. G A. Imò iuuenis generosi cum puelli sedecim annos nata, in qua nihil desyderes sive formam spectes, sive mores, sive genus, sive fortunā. Quid multis ē Ioue marito digna uideri poterat. P E. Hui tam teneram puellam tam uetus lo? G A. Reges non senescunt. P E. Vnde igitur isthec tristitia? Fortasse sponso inuides, qui tibi captatā prædam uictor præripuit. G A. Phy, nihil minus. P E. Num tale quid accidit, qualc memorant de conuiuio Lapitharum? G A. Nequaquam. P E. Quid, an defiat Bacchi liquor? G A. Imò supererat. P E. Non aderant tibicines? G A. Et fidicines, & lyricines, & tubicines, & utricines. P E. T.

Quid igitur? Nō aderat Hymeneus? G A. Frustra totū  
 cibus ciebatur. P E. Nec Charites? G A. Ne musca quidē  
 Charis. Nec pronuba Iuno, nec aurea Venus, Nec Iuppi-  
 ter Gamelius. P E. Nā tu mihi nuptias loqueris prorsus  
 inauspicatas et adīss, seu potius ,āγαμον γάμος. G A. Ma-  
 gis dicas, si uidisses. P E. Non igitur saltatū est? G A. Imō  
 misere claudicatum. P E. Nullū ergo numen prosperius  
 istas hilarabat nuptias? G A. Nullum omnino illuc aderat  
 præter unam Deam, quæ Græcis dicitur Psora. P E. Pu-  
 riginos as opinor nuptias dicis. G A. Imō rubiginos as  
 purulentas. P E. Sed quid est mi Gabriel, quod hec com-  
 memoratio tibi lachrymas etiā excutit? G A. Hæc res Pe-  
 troni uel silici posuit extundere lachrymas. P E. Credo, si  
 silex uidisset. Sed obsecro te, quidnā est hoc tantū malū?  
 Ne cæla, nec meum animū diutius suspendito. G A. Noſſi  
 Lampridiū Eubulum? P E. Quo non aliud in haec urbe  
 uir melior aut beator. G A. Quid ciui filiam Iphigeniā  
 P E. Flore huius atatis nominasti. G A. Sic est. At scis cui  
 nupserit? P E. Sciam, si dixeris. G A. Nupsit Pompilio Ble-  
 no. P E. Ei ne Thrasoni, qui neminem non solet occidere  
 suis glorioſis fabulis? G A. Huic ipſi. P E. At is iam olim  
 celebris est in hac urbe duabus potissimum rebus, men-  
 dacis ac scabie, que nondum suum habet nomen, quam  
 ipsa tam multorū habeat nomina. G A. Superbiſima ſa-  
 bics est, quæ nec lepræ, nec elephantiasi, nec lichenibus,  
 nec podagræ, nec mentagræ cedat, si res ueniat in certa  
 men. P E. Ita prædicant medicorum filij. G A. Quid ego  
 nunc Petroni depingam puellā tibi nō incognitā, quanque  
 plurimum gratia addidit ornatus nativo decori. Mi-  
 troni, dixisses Deam quempiam esse. Nihil illam non der-  
 ebbit

αἴσιον,  
 id est sine  
 Dijs.

ἄγαμον,  
 id est nuptie  
 non nuptie.  
 Φύρ. Scabi-  
 es. Hic Deam  
 fugit scabiei.

cebat. Interim prodijt nobis beatus ille sponsus, truncō  
 nāso, alteram trahens tibiam, sed minus feliciter quām so-  
 lent Suīseri: manibus scabris, halitu graui, oculis langui-  
 dis, capite obuincto, sanies & è naribus, & ex auribus fla-  
 ebant. Alij digitos habent auulatos, ille etiam in femore ge-  
 stat anulos. P E. Quid parentibus accidit, ut talem filiam  
 tali portento cōmitterent? G A. Nescio, nisi quod hodie  
 plerisq; uidetur adempta mēs. P E. Fortasse prædiues est.  
 G A. Est affatim, sed ære alieno. P E. Si puella uenenosu-  
 stulisset ambos auos & auias, quod grauius suppliciū de-  
 illa sumi poterat? G A. Si minxisset in patrios cineres, sa-  
 tis poenarum datura fuerat, tali monstro uel osculū dare  
 coacta. P E. Accedo. G A. Mihi sanè factū hoc crudelius  
 esse uidetur, quām si illam nudam obiecissent ursis, aut  
 leonibus, aut crocodilis. Nam aut feræ percussissent tan-  
 insigni formæ, aut subita mors finisset cruciatū. P E. Ve-  
 ra prædicas. Mihi planè uidetur hoc factū Mezentio di-  
 gnum, qui mortua, ut inquit Maro, iungebat corpora ui-  
 uis, Componens manibusq; manus, atque oribus ora.  
 Quanquā nec Mezentius, ni fallor, tam immanis erat, ut  
 tam amabilem puellā cadaueri iungeret: nec illum cada-  
 uer est, cui non iungi malis, quām tam pudido cadaueri.  
 Siquidē hoc ipsum quod spirat, merum est uenenu: quod  
 loquitur, pestis est: quod contingit, mors est. G A. Iam tu  
 mihi cogita Petroni, quid uoluptatis habitura sint illa  
 suauia, illi cōplexus, illi nocturni lusus, ac blanditiae? P E.  
 Theologos nonnunquā audiui loquentes de impari con-  
 iugio. Isthuc demum optimo iure dici potest impar con-  
 iugium, quasi gemmam inseras plumbo. Sed interim dei-  
 miror teneræ uirginis audaciam. Solēt enim tales pueræ  
 ed lemu

Minxisset in  
Vide Chil.

ad lemuris aut larue conspectū tantum non exanimari.  
An hæc audebit tale cadaver amplecti noctu? G A. Habet  
puella quod excuset, autoritatē parentum, importunitatē  
amicorū, etatis simplicitatē: ego parētum ufania  
satis mirari nō possum. Quis enim filiā habet tam infili  
ci forma, quam collocare uelit homini leproso? P E. Nihil  
lus opinor, si modo uel unciolā habeat sane mentis. Nihil  
si lusca esset eademq; clauda, nec minus deformis, quam  
fuit Thersites Homerius, postremo indotata, recusarem  
istiusmodi generū. G A. At hæc lues est omni lepra tum  
tetrior, tum nocentior. Nam citius serpit, & subinde re  
currit, ac frequenter occidit, quū nonnunquā lepra finat  
hominē ad extrema usq; senectutē uiuere. P E. Fortasse  
latebat parentes sponsi morbus. G A. Imò pulchre none  
rant. P E. Si tam male uolebāt filiæ, quin potius insutam  
euleo proiecerunt in Scaldā. G A. Profecto leuior fuisse  
insania. P E. Quædos cōmendabat illis sponsum: Prece  
lit arte quapiā? G A. Per multis. Strenuus est aleator, pota  
tur inuictus, scortator improbus, nugādi mentiendiq; ar  
tis ex maximis, prædator nō segnis, decoctor eximius, co  
messator perditus. Quid multis? quū scholē non profite  
antur nisi scptem artes liberales, hic habet plus quam de  
cem illiberales. P E. Aliquid tamen fuerit oportet, quod  
illum cōmendarit parentibus. G A. Nihil aliud quam glo  
riosum equitis nomē. P E. Qualis eques, cui per scabiem  
uix in sella sedere licet? Sed fortassis habet luculentas pos  
sessiones. G A. Habuit mediocres, sed ex proteruia, quam  
fecit, nihil supereft, præter unam turriculā, unde excurre  
re solet ad prædā, eamq; tam belliè instructam, ut nolis  
illuc porcos tuos ali. Sed interim nunquā non habet arcis

in ore et feuda, aliaq; magnifica nomina, nusquam non affe-  
git sua insignia. P E . Clypeus quod habet symbolū ē G A .  
Tres elephātos aureos, in spacio phœnicio. P E . Scilicet,  
elephas elephanti congruit. Oportet autem hominē esse  
sanguinarium. G A . Imò uinariū. Nam rubro uino mirū  
in modum delctatur, sic tibi sanguinolentus est. P E . Ad  
hauriendum igitur utilis est illi proboscis. G A . Maxime.  
P E . Itaq; insignia declarant magnū ac stolidum nebulos-  
tēm, uini gurgitem. Neq; enim ille color sanguinis est,  
sed meri: & aureus elephas indicat, quicquid auri na-  
tus est, uino absumi. G A . Sic est. P E . Quid igitur dotis  
hic Thraso conferet ad sponsam? G A . Quid? maximā.  
P E . Qui maximam decoctor? G A . Sine melqui, maxi-  
mā, inquam, pessimāq; scabiem. P E . Emoriar ni malum fi-  
liam me am equo nuptā, quam tali equiti. G A . At ego uel  
monacho nuptam malim. Imò hoc non est homini nubet  
scd hominis cadaueri. Hoc spectaculum si uidisses, dic  
mihi tenuissēs ne lachrymas? P E . Qui potuisse, qui uix  
ista sine lachrymis audio? Adeon' parētes ad omnem na-  
turalis pietatis affectum obsurduisse, ut filiam unicam,  
puellam tali forma, tali indole, tam amabilibus moribus,  
tali monstro in seruitutem traderet, propter mendacem  
clypeum? G A . Atqui facinus hoc quo nihil inuenias nec  
immanius, nec crudelius, nec magis impium, hodie ma-  
gnatum etiam ludus est, quum expeditat eos qui reipub.  
tractandæ nascuntur, esse quam profferrima ualeudine.  
Corporis enim habitus animi uim afficit. Certe hic mori-  
bus quicquid est homini cerbri solet exhaustire. Ita fit ut  
reipub. præsideant, qui nec animo bene ualeant, nec cor-  
pore. P E T . Non solum integræ mentis ac proffera ua-  
letudine

letudine cōuenit esse qui Recip. gubernaculis aſſident, uerum etiam  
 forma dignitateq; corporis praeclētes. Quāq;  
 enim prima principum commendatio ſint ſapientia &  
 integritas, tamen non nihil refert, qua ſpecie corporis ſit,  
 qui ceteris imperat. Nā ſi ſeūus eſt, multū inuidit addit  
 corporis deformitas. Sin probus & pious, Gratior est pul  
 chro ueniens ē corpore uirtus. G A. Reſtē. P E. Nonne  
 deplorant earum infelicitatē, quarum coniuges poſt pen  
 actas niuptias in lepram aut morbum incidunt comitiales  
 G A. Meritō ſane. P E. Quæ igitur demētia eſt, uultrō filia  
 plus quām leproſo tradere? G A. Plus quām demētia eſt.  
 Si ſatrapas paret tollere catulos, queso nō ad generofam  
 fœminam admittet ſcabiosum & ignauum canem? P E.  
 Imò magna cura diſpiceret, ut undiquaq; generofum ad  
 iungeret, ne naſcatur hybridae. G A. Et ſi dux augere uel  
 lit equitatū, num ad eximiam equā admitteret morbiſu  
 aut degenerē? P E. Ne in cōmune quidem ſtabulum reci  
 peret morbidum, ne quā ſerp. at malū ad alios. G A. Nec  
 interim reſerre putant, quem admittant ad filia, & unde  
 naſcantur liberi, non tantū in hæreditatē omnium facul  
 tatum ſuccelluri, uerum etiam Rempub. moderaturi? P E.  
 Ne rusticus quidem quemuis taurum admittit ad iuuen  
 cam, nec quemuis equum iungit equae, nec quemuis por  
 cum ſcrophae, quū taurus gignatur aratro, equus rhede,  
 porcus culinae. G A. Vide quām peruersa ſint hominū iu  
 dicia. Si quis plebeius patriciae puellæ oſculum obtrudit,  
 iniuriam putant bello uindicandā. P E. Acerrimo. G A.  
 Et ipſi uolentes, ſcientes, prudentes, id quo nihil habent  
 charius, dedunt abominando portento, & priuatum im  
 pijs in ſuam gentē, & publicē in ciuitatē. P S. Si ſponſus  
 ſubcluſus

si balaudicat alioquis sanus, quām abhorretur à cōiugio?  
 Hoc tantum malum non imputatur in sponsalibus. G A.  
 Si quis filiam elocavit Franciscano, quanta abominatio,  
 quanta deploratio male collocatæ uirginis? At illa ueste  
 detracta uirum habet membris ualidis. Ista totā etatem  
 transigit cum semiuiuo cadauere. Si qua nubit sacerdo-  
 ti, ludunt in unctum, at hæc peius uncto nupsit. P E. Vix  
 hoc faciunt hostes puellis bello captis, uix piratæ faciunt  
 scelere abductis: & hoc faciunt parentes unicæ filiæ, nec  
 illis datur à magistratu curator. G A. Quomodo medu-  
 cis succurret phrenetico, si ipsum habeat phrenesis? P E.  
 Atqui mirum est à principibus quorū munus est prospiri-  
 tere reipub. duntaxat in his, quæ ad corpus pertinent,  
 quū in hoc genere nihil prius ac potius sit bona ualetudi-  
 ne, hic nullum excogitari remediu. Tanta pestis bonam  
 obis partem occupauit, & illi interim stertunt, quasi ni-  
 bil ad rem pertineat. G A. De principibus Petroni, reli-  
 gioso loquendū est. Sed admouie aurem, insuffrabo tria  
 verba. P E. O miseriā, utinā falsa prædicares. G A. Quot  
 morborū genera nasci putas ex uinis corruptis ac mille  
 modis infectis? P E. Innumera, si qua medicis fides. G A.  
 Num hic uigilat ædiles? P E. Planè uigilant in exigendis  
 uestigialibus. G A. Quæ sciens nubit morbido, fortasse di-  
 gna est suo malo, quod ascivit ipsa sibi, quāquām si prin-  
 cipatum gererem, utrunq; se mouerē ab urbano cōmeri-  
 cio. Ceterū si qua nupsisset huic obnoxio lui, quise sa-  
 nū mentitus esset, si quis mihi summū pontificium delci-  
 get, dirimerem hoc coniugium, etiam si sexcentis tabulis  
 sponsalibus contractū esset. P E. Quo colore? Nam cōiū-  
 gium rite contractū ab homine non potest dirimi. G A.

Quid tibi uidetur rite contractum, quod dolo malo contractum est? Non ualeat cōtractus, si puella decepta seruo nupsit, quem putabat liberum. Hic cui nupsit, seruus est miserrimæ dominæ Psoræ, atq; hoc infelicior est seruitus, quod illa neminem manumittit, ut seruitutis misera aliqua libertatis spes consolari possit. P E . Sane colorē reperisti. G A . Ad hæc, non est coniugium, nisi inter viuos. Hic mortuo nubitur. P E . Repertus est alter color. Sed sine res, opinor scabiosas scabiosis nubere, iuxta uetus illud **Id est simile, apud simile.** **αδαγιū, ὅμοιων πρὸς ὅμοιον.** G A . Si hoc mihi liceret, quod expediret Reipub. sincrem quidē iungi, sed iunctos excrem. P E . Tum tu quidē Phalaridem ageres, nō principem. G A . An tibi Phalaris uidetur medicus, qui secat digitos aliquot, aut inurit corporis partē, ne totum percare? Mihi non uidetur ista crudelitas, sed misericordia. Quod utinā initio nascentis mali fuisse factū. Tum enim paucorum exitio, totius orbis saluti consuli poterat. Et huic facti reperimus exemplum in Gallorū annalibus. P E . At mitius erat illos castrari, ac summoueri. G A . Fœminis porrò quid faceress? P E . Adderē fibulas. G A . Ita quidem prospectum esset, ne ex malis coruis nascatur mala ova, sed fatebor hoc esse mitius, si tu fatearis illud esse tutius. Nam pruriunt & excetti, nec uno modo transflit malum, sed osculo, sed colloquio, sed contactu, sed cōpotatiuncula serpit ad alios. Et uidemus huic malo fatalem quamdam malitiam adiunctā, ut quisquis co tenetur, uel nullo suo cōmodo, gaudeat quam plurimis suam affricare scabiem. Iam submoti possunt fugere, possunt uel noctu, uel ignotis imponere: à mortuis uero nihil est periculi. P E . Tutius fateor, sed haud scio, an cōueniat Christiane manu

suetudini. G A . Dic agè mihi, unde plus periculi, à simpli-  
cibus furibus, an ab istis? P E . Fateor pecuniam multò ui-  
liorem bona ualetudine . G A . Et tamen hos Christiani  
suffigimus in crucem, nec appellatur crudelitas, sed iusti-  
tia, & si rem publicam spectes, pietas est. P E . Verum ibi  
plectitur quid damnum dedit. G A . His scilicet lucrum ad-  
ferunt. Sed demus hoc malū multis nulla sua culpa con-  
tractum, quum tamē paucos reperias, quibus eam lucem  
non conciliarit nequitia . Iureconsulti docent interdum  
innoxios rectè occidi, si id magnopere intersit reipubli-  
ca. Quemadmodum Græci post euersam Troiam occi-  
derunt Astyanactem Hectoris filium, ne per illum bel-  
lum instauraretur. Ne putant impium, post extinctum  
tyrannū, & liberos innoxios trucidari. Quid quòd nun-  
quām non bellamus Christiani, neq; tamen nescimus in  
tellis maximam malorum partem ad eos redire, qui ni-  
hil commeruerint? Idem usū uenit in represalibus, que  
uocant. Qui læsit in tuto est, & spoliatur negotiator, qui  
ne factum quidem audiuit, tantum abest ut in culpa fue-  
rit. Quòd si talibus remedijis utimur in rebus non ita ma-  
gni momenti, quid censes faciendum in re omnium atro-  
cissima? P E . Vincor ueris. G A B . Tum illud mihi per-  
pende, Apud Italos ut primum scintillare cœpit pesti-  
lentia, occluduntur ædes, qui laboranti inseruiunt, sub-  
mouentur à publico. Hoc quidam appellant inhuma-  
nitatem, quum summa sit humanitas. Siquidem hac ui-  
gilantia fit, ut paucis funeribus sopiaatur malū. At quan-  
ta est humanitas tot milium uitæ consuli? Sunt qui pa-  
rum hospitale putant, quòd Itali in rumore pestilen-  
tie tempore uespertino hospitem portis submouent, co-

I 2 guntq;

guntq; sub dio noctem agere: at pietas est, paucorum in  
commodo, maximo reipublicæ bono prospicere. Quidā  
sibi ualde fortes uidentur & officiosi, quod ausint ad  
quemuis pestilentia laborantem accedere, etiam si nihil  
illuc habeant negotij. At dum reuersi domum inficiunt  
uxores, liberos ac totam familiā, quid ea fortitudine sub  
tius, quid officio in officiosius, ut salutes alienū, tibi chā  
risimos in præsens uitæ discrimen adducere? Hic tamen  
quanto minus est periculi à pestilentia, quam ab hac sca  
bie? Rarius afflat propinquos, nec ferē senes attingit, &  
quos attigit, aut citò liberat, aut restituit sanitati, purior  
res etiam quam antea fuerant. Hæc quid aliud quam per  
petua mors est, uel ut uerius dicā, sepultura. Oboluunt  
tur linteis, & unguentis more cadauerū. P E. Verissima  
narras. Saltem idem curæ dandum erat huic tam exitiali  
malo, quod datur leprosis. Aut si hoc quoq; nimium est,  
nemo barbae syluam patiatur sibi demeti, aut sibi quisq;  
tonsorē præstet. C A. Quid si uterq; claudat os? P E. Af  
flant naribus malum. G A. Est & isti malo remediū. P E.  
Quod nam? G A. Ut quod solent Alcumici, addant perso  
nam que per uitreas fenestellas præbeat lumen oculis,  
ori, naribusq; respirationē cornu à persona per axillas  
in tergū porrecto. P E. Belle, si nihil metuendū est à con  
tactu digitorum, linteorū, pectinis, & forpicis. G A. Opti  
mum igitur barbam usq; ad genua demittere. P E. Ita uide  
detur. Deinde fiat edictum ne quis idem sit tonsor et chi  
rurgus. G A. Ad famem relegas tonsores. P E. Minuant  
sumptus & aliquantò pluris radat. G A. Esto. P E. Tum  
feratur lex, ne quis cum alio poculum habeat commune.  
G A. Istam uix recipiat Anglia. P E. Né ue duo misceantur

## I M P O S T V R A.

508

¶ eodem lecto, præter uxorem & maritū. G A. Placet.  
 P E. Ad hec in diuersorijs ne quis hospes indormiat linteis, in quibus aliis indormijt. G A. Quid facies Germanus, qui uix lauant bis in anno? P E. Extimulent lotrices. Præterea tollatur mos quāuis uetustus salutandi osculo. G A. Etiam ne in templis? P E. Tabellæ suam quisq; opponat manū. G A. Quid de colloquio? P E. Vitetur illud Homericum, οὐ γε σχῶν καφαλίν, & uicissim qui auscultat, cōprimat labra. G A. Vix istis legibus sufficerint duodecim tabulae. P E. Sed quid consulas interim infelici pueri? G A. Quid? nisi ut libenter sit misera, quò sit minus misera: & suauio coniugis opponat manum, tum armata cum illo dormiat. P E. Quò nam hinc properas? G A. Reflu in museum. P E. Quid facturus? G A. Pro Epithalasio, quod postulant, scripturus Epitaphium.

## I M P O S T V R A.

L I V I N V S. P H I L I P P V S.

P H. Salve Liuine. L I. Saluebo, si uis ita: sed à me tibi caue. Nam est animus imponere tibi, nisi caues. P H. Non est admodū metuendus hostis, qui periculum denunciat. Sed agè, falle si potes. L I. Ecce, iam fefelli, nec sentis adhuc. Iterum caue. P H. Cum prestigiarum opinor artifice mihi res est. Nihil enim sentio imposturæ. L I. Rursus aduerte mentem tuam ni uelis decipi, sicuti falsus es non semel. P H. Hic sum, incipe. L I. Iam dudum mihi quod iubes, peractum est. P H. Quid actum, aut quid peractum? Nihil sentio doli. L I. Iam toties admonitus saltē adhuc be attēnū animum. P H. Nouum prestigiarum genus. Ludor, ut ait, neq; quicquam artis sentio, quum obseruem & oculos, & manus, & linguā tuā. Sed agè rursum

I 3 sus

## 302 CYCLOPS, SIVE

sus incipe. L I. Iterum atq; iterum incipio atque adebo  
ties facio, neq; tu assequeris laqueos. P H. Quare mihi  
laqueos tendis? L I. Haec tibi inquam lingua dolos parat,  
nec auribus sentis, nec oculis uides. Nunc saltet habe  
attentos oculos & aures. P H. Non possum magis etiam  
si de capite ageretur. Sed falle rursum. L I. Iterum ecce se  
felli, neq; deprehendis artem. P H. Enecas. Quo die  
quodnam est hoc præstigiarū genus? L I. Hactenus sum  
tibi loquutus carmine, atq; adhuc loquor. P H. Nihil mi  
nus sensi quam isthuc. L I. Primum tibi respondi duobus  
trimetris iambicis. Deinde trochaico tetrametro cata  
lecticō. Mox meris creticis sum loquutus. Post haec Pha  
lecio hendeca syllabo. Deinde meris choriambis. Ad  
haec meris anapestis. Rursum tribus Sapphicis. Mox so  
tadico: postremo trochaico tetrametro. P H. Deum in  
mortalem, quiduis suspicabar potius quam istud. Si mixe  
ro, aliquando uicem reponā. L I. Huc si quid potes. P H.  
Ecce bis par pari retuli, nec dolū percipis. L I. Hui tam  
citō? P H. Minatus sum tibi iambico tetrametro catalœfi  
co, mox addidi creticos quinq; L I. Prorsus accidit ut uī  
deo, quod dici solet, Cretensis incidit in Cretensem. P H.  
Sic est, sed illud precor utriq; nostrum, ne nobis unquam  
occurrat impostura nocentior.

## CYCLOPS, sive EVANGELIOPHORVS.

## POLYPHEMVS. CANNIVS.

C A. Quid hic uenatur Polyphemus? P O. Quid uener  
rogas sine canibus & uenabulo? C A. Forte nympha  
aliquam hamadriadem. P O. Pulchre diuinasti. En tibi  
rete uenatoriū. C A. Quid ego uideo? Bacchū in exilio  
leonis.

iconis, Polypheμū cum codice? γαλῆνον προκατόν. P O. Non  
 crocotantum pinxi libellum, sed etiam minio lasurioq;. Id est, felius  
 c A. Non loquor de croco, sed Græcè dixi quiddam. Mili-  
 taris uidetur libellus, nā nodis, laminis & circulis æreis  
 armatus est. P O. Introspice. C A. Video. Sane perquam  
 bellus est, sed nondum ornatis satis. P O. Quid deest? C A.  
 Addere debebas tua insignia. P O. Que? C A. Sileni ca-  
 put è dolio prospiciens. Sed quid tractat è artem potatis  
 cam? P O. Vide ne quā imprudens effutias blasphemiam.  
 C A. Quid igitur, est' ne sacri quippiā? P O. Est, quo nihil  
 sacratius, Euangelium. C A. ιγάνης. Quid Polyphemo  
 cum Euāgeliō? P O. Quin ita rogas, quid Christiano cum  
 Christo? C A. Nescio, nisi quod te talem magis decet hal-  
 bardacha. Nam si quis mihi ista specie ignotus occurre-  
 ret in mari, piratā esse crederem: si in nemore, sicarium.  
 P O. Atqui hoc ipsum nos docet Euāgeliū, ne quem ius-  
 dicemus iuxta faciem. Quemadmodū enim se penumero  
 sub tunica cinericea latet animus tyrannicus, ita nōnun-  
 quam attonsum caput, circumtorta barba, torua super-  
 cilia, truces oculi, uertex plumā uentilans, sagum milita-  
 re, calige intersecte, tegunt Euāgelicum animum. C A.  
 Quid nī non nunquam & sub pelle lupina latet ouis, &  
 si qua fides apologis, sub exuuo iconis latet asinus. P O.  
 Imō ego noui qui ouem gestat in uertice, uulpem in pe-  
 store, cui libens optarim, ut quām habet nigros oculos,  
 tam habeat candidos amicos, tamq; probè inauretur,  
 quām colorem habet inauraturæ congruum. C A N. Si  
 ouem gestat in uertice, qui pileum gestat ouillum, quām  
 tu incedis onustus, quum ouem simul & struthiocame-  
 lum gestes in capite? Tum an non absurdius facit, qui

Id est, felius  
stimentum.

Id est, Hercu-  
les, admiratis  
interieatio.

auem portat in capite, asinum in pectore? P O. Mortuus.  
 C A. Sed belle res habuerit, si quam tu decorasti uariis  
 ornamentiis Euangeliū, tam te uicissim exornet. Ornati  
 coloribus, utinam exornet te bonis moribus. P O. Curabi  
 tur. C A. Ut soles. P O. Sed omis̄is conuijus. Itā ne dam  
 nas eos qui circumferunt codicē Euangelicum? C A. Mū  
 nime gentium. P O. Quid? an tibi uideor minimus gen  
 tium, uel asinino capite te procerior? C A. Non arbitror  
 tanto, si asinus arrigat auriculas. P O. Certe bubalino.  
 C A. Placet collatio, sed ego minimē dixi, non minime.  
 P O. Quid interest inter ouum & ouū? C A. Quid inter  
 est inter medium digitū & infimum? P O. Medium est lon  
 gior. C A. Scitè, quid interest inter asininas auriculas, &  
 lupinas? P O. Lupinæ sunt breuiores. C A. Rem tenes.

Christo  
phorus.  
Euangelio  
phorus.

P O. At ego longa breviaq; palmo & ulna metiri soleo,  
 nō auribus. C A. Agè, qui Christū gestauit, dictus est Christ  
 stophorus: tu qui Euangeliū portas, pro Polyphemo di  
 cendus es Euangeliophorus. P O. An sanctum non putas  
 portare Euangelium? C A. Non, nisi tu fatearis esse san  
 ctissimos asinos. P O. Qui sic? C A. Quia unus sufficit ge  
 standis tribus istiusmodi codicū milibus, nec te credidet  
 rim futurum imparem oneri, si probē sis clitellatus. P O.  
 Nihil absurdi sic asino tribuere sanctimoniam, quia gestau  
 uit Christum. C A. Istim sanctimoniam tibi nō inuideo.  
 Et si uis, donabo tibi reliquias illius asini, cui Christus in  
 sedid, ut exosculeris. P O. Dabis munus gratissimum. Nam  
 asinus ille contactu corporis Christi cōsecratus est. C A.  
 Sane Christū contigerunt & qui illi impegerunt deputat.  
 P O. Sed agè dic serio, nōne piū est circumferre codi  
 cem Euangelicum? C A. Piū, si absit hypocrisis, si uere  
 id

id fiat. p o. Abeat hypocrisis ad monachos , quid militi  
 cum hypocrisi? c A. At primū expedi mihi quid sit hy/ Hypocrisis.  
 pocrisis. p o. Quum aliud præ te fers, quām latcat in ani-  
 mo. c A. Sed quid præfert circunlatus Euangelij codex?  
 Nōnne uitam Euangelicā? p o. Opinor. c A. Ergo ubi  
 uitam non respondet codici, nōnne hypocrisis est? p o. Vi-  
 detur. Sed quid est uerè codicem Euangelicum circunfer-  
 re? c A. Quidā circunferunt manibus, quemadmodum Circunferre  
 Franciscani Francisci regulam, idem possunt & baiuli,  
 Lutetiani, & asini, & cantherij. Sunt qui circunferant  
 ore, nihil crepantes nisi Christum & Euangeliū, hoc est  
 pharisaicum. Quidam circunferunt animo. Proinde ue-  
 re circunfert, qui & manibus, & ore, & corde portat  
 Euangelium. p o. Vbi sunt isti? c A. In templis diaconi,  
 qui portant codicē, pronuntiant populo, & tenent cor-  
 de. p o. Tametsi non omnes sancti sunt, qui animo gestat  
 Euangelium. c A. Ne mihi sophistam agas. Non gestat  
 animo, nisi qui medullitus amat. Nemo penitus amat, ni-  
 si qui moribus exprimit Euangeliū. p o. Ista subtilitates  
 non assequor. c A. At dicā crassiore Minerua. Si lagena  
 uini Belensis gestes humeris, quid aliud est quām onus?  
 p o. Nihil aliud. c A. Si teneas faucibus, ac mox expuas?  
 p o. Haud profuerit, quanquā id quidem non soleo. c A.  
 Sin ut soles, affatim haurias? p o. Nihil diuinius. c A. Cō-  
 calescit omne corpus, rubescit facies, hilarescit frōs. p o.  
 Prorsus. c A. Tale quiddā est Euangelium in animi ue-  
 nas demissum, innouat totum hominis habitum. p o. Vi-  
 deor igitur tibi parū Euangelicē uiuerc? c A. Istam que-  
 stionē nemote dissoluerit rectius. p o. Si bipenni res aga-  
 tur. c A. Si quis in os te uocet mendacē aut ganconem,

quid facias? p o. Quid facias? sentiret pugnos meos. c a.  
Quid si quis tibi impingat colaphum? p o. Amputarem  
illi collum pro colapho. c a. Atqui codex tuus docet, ut  
pro conuicio referas benignum sermonē, & ferientiam  
xillam dextram porrigas & sinistram. p o. Legi, sed ex,  
ciderat. c a. Oras opinor frequenter. p o. Istuc est pha  
risaicum. c a. Pharisicum est prolixè precari, sed fusc  
te. At tuus codex docet semper orandum, sed ex animo.  
p o. Attamen oro nonnunquam. c a. Quando? p o. Qui  
uenit in mentē, semel aut bis in hebdomade. c a. Quia  
tum oras? p o. Precationem Dominicam. c a. Quoties?  
p o. Semel. Nam uerat Euangeliū Battologiam eadem  
iterantem. c a. Potes attentus absolucre prectionē Do  
minicam? p o. Nunquam id tentatum est. An non satis,  
quod uoce pronuncio? c a. Nescio, nisi quod Deus non  
audit nisi cordis uocem. Crebro ieiunas? p o. Nunquam.  
c a. At tuus codex probat prectionem & ieiuniū.  
p o. Probarem & ego, nisi aliud flagitaret uenter. c a.  
At Paulus negat eos seruire i e s u Christo, qui uenit  
seruiunt. Vesceris carnis quouis die? p o. Quum dan  
tur. c a. Atqui ista gladiatoria laterum firmitas uel fo  
no arborumq; corticibus poterat ali. p o. Sed Christus  
dixit nō conquinari hominē his quae intrant in os. c a.  
Ita, si modicē, si præter offendiculum. At Paulus Christi  
discipulus manuult fame mori, quam fratrem infirmū of  
fendere suo cibo, nosq; ad suum hortatur exemplum, ut  
omnibus per omnia placeamus. p o. Paulus est Paulus,  
ego sum ego. c a. At Aegonis est capras pascere. p o.  
Malum esse. c a. Pulchrit tibi precaris, caper citius fieri  
quā in capra. p o. Esse dixi pro edere. c a. Eleganter. Li  
benice

benter succurris pauperibus? p o. Non est quod dcm.  
c a. At eſſet, ſi ſobrie uiueres, ſi gnauiter laborares. p o.  
Dulce eſt otium. c a. Seruas præcepta Dei? p o. Gratue  
eſt. c a. Agis admissorum poenitentiā? p o. Christus pro  
nobis dependit. c a. Vnde igitur declaras te amare Euā  
gelium? p o. Dicam, Franciscanus quidā apud nos non  
definebat eſſuggesto deblaterare in nouum testamentum  
Erasmi, conueni hominem priuatim, leuam in eci capil  
lis, dextra pugilem egi, fugillaii illum magnificē, totāq;  
faciem tuber reddidi. Quid aīs? Nō eſt hoc fauere Euā  
gelio? Deinde absolui illum à commiſſis, hoc ipſo codice  
ter in uerticem impacto, feci q; tria tubera, In nomine pa  
tris, & filij, & ſpiritū ſancti. c a. Satis quidem Euā  
gelice. Iſthuc nimirum eſt Euāgelium Euāgelio deſen  
dere. p o. Occurrit alter eiusdem ſodalitiſ, qui nullum  
neq; modum, neq; finem faciebat debacchandi in Erasi  
num. Accensus Euāgelico zelo, minis hominē adegi, ut  
utroq; genu flexo rogarer ueniam, fatereturq; ſc, que di  
xerat, instigante diabolo dixiſſe: ni feciſſet, iam halbar  
dacha erat in ceruicem uibrata. Vultus erat qualis eſſe  
ſolet Martis irati. Hoc gestū eſt coram aliquot testibus.  
c a. Miror hominem non fuiffe protinus exanimatum.  
Sed ut pergamus, Viuis caſtē? p o. Id fortaffe fiet, ubi  
ſenuero. Sed uis tibi uerum fatear Canni? c a. Non ſum  
ſacerdos, ſi confiteri libet, alium quere. p o. Deo ſole  
confiteri, ſed tibi fateor me nondū eſſe perfectum Euā  
gelicum, ſed unum ē populo. Habemus quatuor Euā  
gelia. Nos Euāgelici quatuor res potiſſimum uen  
mur, ut uentri bene fit, ne quid deſit ijs, que ſub uentre  
ſunt, tum ut fit unde uiuamus, poſtremo ut liccat quod  
lubet

lubet agere. Hæc si suppetant, inter pocula clamamus, io  
triumphe, io pæan, uiuit Euangelium, regnat Christus.  
C A. Ista quidem Epicurea uita est, non Euangelica. P O:  
Haud inferior. Sed scis Christum omnipotentem sc. po:  
test repente uertere nos in alios homines. C A. Potest  
in suis, quod quidem pro cliuius arbitror, quam in bonos  
uiros. P O. Utinam nō essent peiores in mundo suis,  
bus, asinis, & camelis. Multos uideas leonibus truculen-  
tiores, lupis rapaciores, passeribus salaciore, canibus  
mordaciores, uiperis nocentiores. C A. At iam tempus  
est, ut ex animante bruto in hominē incipias uerti. P O.  
Recte mones. Nam horum temporū propheta dicit in-  
stare supremum mundi diem. C A. Tanto magis proper-  
randum. P O. Expecto Christi manū. C A. Vide ut tu ma-  
nui ceream præbeas materiā. Sed unde colligunt in pro-  
pinquo esse mundi finem? P O L. Quonia, inquiunt, idem  
nunc faciunt homines, quod faciebat imminenie diluvio,  
epulantur, potant, comedantur, ducunt, nubunt, scortan-  
tur, emunt, uendunt, foenerant, & foenerantur, edificant  
reges belligerantur, sacerdotes student augendis censi-  
bus, Theologi neclunt syllogismos, monachi per orbem  
cursitant, populus tumultuatur, Erasmus scribit colla-  
quia: deniq; nihil malorū abest, famæ, sitis, latrocinia, bel-  
lum, pestilentia, seditio, rerum bonarū inopia. An nō hac  
arguit adesse finem rerum humanarū? C A. Ex hoc mai-  
lorū aceruo quod tibi est molestissimū? P O. Diuina. C A.  
Quod crumenā tuam obſident araneæ. P O. Dispercam  
niſi rem acu tetigisti. Nunc uenio recens à compotatio-  
ne: aliás sobrius tecum disputabo, si uoles, de Euangelio.  
C A. Quando te uidebo sobrium? P O. Quidam suero. C A.

Quando

Quando eris? P.O. Quum uideris. Interim mi Cannisis  
felix. C.A. Tibi uicissim opto, ut sis, quod diceris. P.O. Ne  
me uincas officio, precor ne Cannium unquā destituat,  
unde cognomen fortitus est.

## ΑΠΡΟΣΔΙΟΝΥΣΑ, siue ABSVRDA.

ANNIUS ET LEVCIVS.

A.N. Audio te interfuisse nuptijs Pancracij, & Albine.  
L.E. Nunquam antehac infelicius nauigauit, quam hoc  
tempore. A.N. Quid aies tantā fuisse hominū frequentiā?  
L.E. Nec unquā mihi uilior fuit uita, quam id temporis.  
A.N. Vide quid faciant opes. Ad meas nuptias pauci con-  
ueniret, idq; tenucs. L.E. Vix fueramus ingressi pelagus,  
ortus est ingens turbo. A.N. Narras Deorū cœtū. Tót ne  
aderant uiri principes, tot matronæ nobiles? L.E. Borcas  
dissecuit uelum, dissecatumq; dissipauit. A.N. Desponsam  
noui. Nihil fungi potest uenustius. L.E. Mox fluctus reuul-  
sit clauū. A.N. Idem uidetur omnibus. Nec sponsus admo-  
dū illi cedit, ut aiunt, formæ gratia. L.E. Quid animi cenu-  
ses nobis illic fuisse? A.N. Sanè rarum nunc est uirgines  
nubere. L.E. Remigandū nobis erat. A.N. Dotem uix cre-  
dibilem narras. L.E. Ecce mox aliud malum. A.N. Quis  
puellam impuberem cōmiserunt tam feroci? L.E. Appa-  
ruit piratarū nauis. A.N. Profecto sic est, in multis nequi-  
tia supplet ætatem. L.E. Ibi nobis geminū fuit bellum, al-  
terum cum mari, alterū cum prædonibus. A.N. Hui tan-  
tum donariorū? Interim pauperibus nemo dat festucam.  
L.E. Quid cederemus? Imò desperatio uitæ addebat ani-  
mos. A.N. Vereor ne sint steriles nuptiæ, si uera prædi-  
cas. L.E. Imò iniecimus harpagones. A.N. Orem nouā,  
ante nuptias grauidas? L.E. Si spectasses cum confliktum,  
fatereris

fatereris me non esse foemina. A N. Ut audio, coniugium  
hoc nō solum ratum est, sed etiam consummatū. L E. Insi-  
luimus in nauim piraticam. A N. At demiror te uocatum  
alienū, me præterito, qui tertio propinquitatis gradu spō-  
sa patrē cōtingo. L E. Ipsos in mare præcipites dedimus.  
A N. Vera prædicas, infeliciū nulli sunt affines. L E.  
Quicquid erat prædæ inter nos partiti sumus. A N. Expo-  
stulabo cū puella primo quoq; tempore. L E. Mox exorta  
est subita tranquillitas, dixisse esse Alcedonia. A N. Si illi-  
res est, mihi est animus. Nihil moror illius benevolentia.  
L E. Ita pro una duas naues in portum deduximus. A N.  
Indignetur qui alit. L E. Quò eā rogass̄ in templū ueli par-  
tē dicaturus diuo Nicolao. A N. Hodie non est liberū mi-  
hi. Nam ipse domi cōiuas expecto, aliās non excusabo.

I P P E Y S A N I P P O S, siue E M E N,  
TITA NOBILITAS.

HARPALVS. NESTORIVS.

H A. Potes me tuo leuare consilio. Senties me hominem  
nō immemorem, nec ingratū. N E. Dabo expeditum, ut  
sis, quod esse uelis. H A. At nobis in manu nō est, ut nas-  
camur nobiles. N E. Si non es, enitere bene factis, ut a te  
initiū capiat nobilitas. H A. Perlongum est. N E. Exigua  
summa tibi uendet Cæsar. H A. Vulgo ridetur, Empiuita  
nobilitas. N E. Quū nihil sit magis ridiculū, quam emen-  
titia nobilitas, quid est, ut tantopere affectes nomen equi-  
tis. H A. Sunt cause, nec leues, quas tibi nō grauabor in-  
dicare, si mihi cōmonstraris rationes, quibus nobilitatis  
opinionē mihi parem apud uulgas. N E. Nō mē absq; re?  
H A. Atqui quū res abest, proximum est opinio. Sed age,  
consule Nestori, ubi causas audieris, fateberis operæpre-  
ciuum.

ciūm. N.E. Quādo ita uis, dicā. Primum fac procul te abi-  
ducas à patria. H.A. Memini. N.E. Ingere te in cōuictum  
iuenum uerè nobiliū. H.A. Intelligo. N.E. Hinc primum  
orientur suspicio, te talem c̄sse, cum qualibus uictitas. H.A.  
Sic est. N.E. Vide ne quid habeas plebeiū. H.A. Quidnā?  
N.E. De cultu loquor. Ne uestis sit lanea, sed aut serica,  
aut si deest qui emas, fustania, deniq; uel canabea potius,  
quam pannea. H.A. Recte. N.E. Vide ne quid sit integrū,  
sed dissecata pileum, thoracē, caligas, calceos, ungues si pos-  
tes, né ue quicquā humile loquaris. Si quis ex Hispania  
ueniat hospes, roga quomodo cōueniat C̄esarī cum pon-  
tifice, quid agat affinis tuus comes à Nassauen, quid c̄ae-  
teri cōgerrones tui. H.A. Fiet. N.E. Sit anulus in dito cū  
gemma signatoria. H.A. Si quidem loculi ferant. N.E. At  
paruo constat anulus æreus inauratus cum gemma facti-  
tia. Sed adde clypeū cum insignibus. H.A. Quænā mihi  
suades diligā? N.E. Duo mulctra si uelis, & cantharum  
ceruifiarū. H.A. Ludis, agē dic serio. N.E. Nunquām fui-  
sti in bello? H.A. Ne uidi quidem. N.E. At interim opinor  
decollasti anseres & capos rusticorū. H.A. Persæpe, &  
quidē fortiter. N.E. Pone machærā argenteam, tria ansei-  
rum capita aurea. H.A. In quo solo? N.E. Quo? n̄i si sanguini-  
nolēto, monumentū fortiter effusi cruoris. H.A. Quid n̄i  
rubet sanguis anserinus aequè atq; humanus. Sed perge  
obsecro. N.E. Hunc igitur clypeum pro foribus omnium  
diuersiorū, in quibus forte uersatus es, affigendū cura-  
to. H.A. Quid addetur galeæ? N.E. Reclē submones. Eam  
facies ore dissecto. H.A. Quā ob rem? N.E. Ut spires, dein  
de ut cōgruat uestitui. In uertice quid c̄minebit? H.A. Ex-  
pecto. N.E. Caput canis demissis auribus. H.A. Vulgatū  
est.

est. N.E. Adde duo cornua: raru hoc est. H.A. Placet. Sed que bestiae sustinebunt clypeum? N.E. Ceruos, canes, dracones, gryphes occuparunt principes, tu ponito duashanpyias. H.A. Optime consulis. N.E. Restat cognomen. Hie illud in primis cauendū, ne plebeio more te patiaris uocari Harpalū Comensem: sed Harpalū à Como: hoc enim nobilium est, illud sordidorum Theologorū. H.A. Sic menini. N.E. Habes ne quicquam, cuius te posses appellare dominū? H.A. Ne haram quidem. N.E. In urbe celebrinatus es? H.A. In obscuro pago. Non enim fas est ei mentiri unde petis medicinam. N.E. Recte est. Sed ei pago nullus est uicinus mons? H.A. Est. N.E. Et habet alicunde rupe? H.A. Habet præruptam. N.E. Ergo sis Harpalus eques ab aurea rupe. H.A. At qui mos est magnatū, ut suum quip symbolum habeat uocale, quemadmodū Maximilianus habebat, Tene mensurā. Philippus, Qui uoleat. Carolus, Ulterius. Item aliis aliud. N.E. Tu ascribito, Omnis iacta sit alea. H.A. Næ tu percomodè dicas. N.E. Iam quo firmitior sit hominū opinio, fingito literas à magnatibus ad te missas, in quibus identidem appelleris eques clarissimus, magnarumq; rerū fiat mentio, de feudis, de arcibis, de multis florenorū milibus, de prefecturis, de matrimonio opulento. Curabis ut huiusmodi literæ tibi uelut elapsæ, aut per obliuionem relicte ueniant ad aliorū manus. H.A. Istud quidē erit mihi cōmodum: Nam & literas noui, & hanc facultatem multo usu paraui, ut cuiusvis manum facile effingam. N.E. Interdum insue uicti, aut relinque in crumenā, ut quibus sarcendi nego ciū dederis, illic reperiant. Illi non filebunt, & tu simul ac rescueris, compones uultum ad iracundiam ac mœstitudinem, quasi dolcat

dolet casus. H A. Et isthuc iam pridē meditatus sum, ut faciem tam facile mutem, quam personā. N E. Ita fiet, ut nec fucus subolcat, & res cum fide spargatur. H A. Curabitur sedulō. N E. Deinde sodales aliquot ascendi sunt, aut etiam famuli, qui tibi cedant loco, & apud omnes milioncherum appellant. Nec est, quod hīc sumptū metuas. Sunt plurimi iuuenes, qui uel gratis cupiant hanc agere fabulam. Adde huc, quod hæc regio scatet iuuenibus eruditulis, qui mira tentant scribendi libidine, ne dicā scabie. Nec desunt famelici quidam typographi, nihil nō audentes, si spes quæstus affulserit. Ex his aliquot suborna, qui in libellis suis te prædicēt patriæ procerem, idq; subinde repetatur literis maiusculis. Hac uia uel in Bohemia celebrabunt procerem patriæ. Et citius enim & latius discurrunt libelli, quam uoces, aut quamlibet loquaces famuli. H A. Nec ista displicet ratio. At famuli sunt aleandi. N E. Sunt, at non ales famulos αχείρος, & ob id αχείρος, αχείρος. Mittantur huc, et illuc, inuicent aliquid. Scis uarias esse talium rerum occasiones. H A. Desine. Tencorem. N E. Supersunt artes. H A. Aueo scire. N E. Ni sis bonus aleator, probus chartarius, scortator improbus, potator strenuus, profusor audax, decoctor & conflatore aeris alieni, deinde scabie ornatus Gallica, uix quisquam te credit equitem. H A. In ipsis quidem iam pridem exercitatus sum. Sed unde sumptus? N E. Manc, isthuc ibam. Est tibi patrimoniu? H A. Perpusillum. N E. Postquam apud multos confirmata fuerit nobilitatis opinio, facile reperies fauatos qui tibi credant, quosdā etiam pudebit negare, quidam metuent. Iam ut ludas credidores, mille sunt artes. H A. Earum quidē ruidis non sum. Sed tandem urgebut,

K ubi

ubi perspexerint nihil esse nisi uerba. N.E. Imo nulla est  
comodior ad regnum uita, quam debere quam plurimis.  
H.A. Qui sic? N.E. Primum creditor obseruat te non alii  
ter quam obligatus magno beneficio, uereturque ne quas  
præbeat ansam amittendæ pecunia. Seruos nemo magis  
habet obnoxios, quam debitor suos credidores, quibus si  
quid aliquando reddas, gratius est, quam si dono dones.  
H.A. Anima duerti. N.E. Illud tamen caueto, ne cum te  
nuibus habeas cōmeritum. Nam hi ob paruulam sumu  
mulam ingentes excitant tragedias. Placabiliores sunt,  
quibus lautior est fortuna, cohabet illos pudor, lacrati  
spes, deterret metus, norunt, quid possint equites. Postre  
mo quū inundauerit æris alieni magnitudo, factis causis  
aliò demigra, atq; inde rursus aliò. Nec est, quod huic  
rei te pudeat. Nulli magis obærati sunt, quam magni  
principes. Si quis rusticus urgeat finge offensum improbi  
tate animū. Interdū tamen aliquid reddito, uerum nec to  
tum, nec omnibus. Illud ubiq; curandū, ne cui suboleat ti  
bi prorsus exhaustos loculos. Semper ostenta. H.A. Quid  
ostentet, qui nō habet? N.E. Si quid amicus apud te depo  
suit, ostenta pro tuo, sed artem dissimula: cura, ut casus ut  
deatur. In hunc usum interdū sumito pecuniam cōmoda  
to, quam mox reddas. Ex loculo nummis æreis distento,  
profer auricos duos ibi scpositos. Cætera ex te ipso coniœti  
to. H.A. Intelligo. At tandem obruar oportet ære alieno.  
N.E. Scis quantum apud nos liceat equitibus. H.A. Nihil  
non, & quidē impune. N.E. Ergo famulos ale nō segnes,  
aut etiā sanguine propinquos, qui alioqui forent alendi.  
Occurret negotiator, quem obuium spolient. Reperient  
aliquid in diuersorijs, aut in ædibus, aut in nauibus ihuc  
stoditum.

stoditum. Tenes? Meminerint non frustra datos homini  
digitos. H A. Siquidē tuto. N E. Cura ut habeas pulchre  
uestitos cum insignibus. Comitte literas ficticias ad sumi-  
mates. Si quid clam sustulerint, nullus audebit illos insu-  
mulare, etiam si quid suspicentur, timebunt equitem do-  
minum: sin ui prædā extorserint, bellum uocabitur. His  
progymnasmatisbus ad bellum præluditur. H A. O felix  
consiliū. N E. Iam illud cquestre dogma semper erit tuer-  
dum, ius, fasq; esse equiti plebeium uiatorē exonerare pe-  
cunia. Quid enim indignius, quām ignobilem negocia-  
rem abundare nummis, quām interim eques non habeat,  
quod impendat scortis & aleæ? Fac semper te adiungas  
magnatibus, uel ingeras potius ne quid pudeat, perfrican-  
da frons est, sed præsertim hospitibus, eoq; præstat in cele-  
bri quoipam loco uitā agere, puta in thermis, frequenti-  
bus diuersorijs. H A. Isthuc ipsum erat in animo. N E. Hic  
se penumero fortuna prædā obiicit. H A. Qui rogo? N E.  
Puta, hic aut ille reliquit crumenam, aut oblitus reliquit  
clauim in sera promptuarij. Cetera tenes. H A. At. N E.  
Quid metuis? de sic culto, de tam magnifice loquente, de  
equite ab aurea rupe, quis audebit suspicari? Et si quis  
forte tam improbus extiterit, quis erit tam audax, ut te  
appellet? Interim suspicio deriuabitur in aliquem hospit-  
um, qui pridie discesserint. Turba būtur famulicia cum  
pandocheo. Tu tranquillus tuam personam agito. Hoc si  
acciderit homini modesto, cordatoq; silebit, ne simul  
cum damno lucrifaciat pudorem, qui rem suā indiligen-  
ter seruauerit. H A. Non absurdē dicis. Nam nosti, opis-  
nor, comitem à uulture albo. N E. Quid ni? H A. Apud  
hunc diuersatus est, ut accepi, Hispanus quidam, spe-

cie cultuq; sanè quàm liberali. Is abstulit florenos sexcentos, nec unquā comes ausus est queri. Tanta erat hominis maiestas. N.E. Habes exemplum. E famulis tuis interdum aliquem emandes, in bellum scilicet. Is spoliatis templis aut monasterijs quibuslibet, redibit onus sua pœna bello parta. H.A. Hoc quidem est tutissimum. N.E. Et si alia ratio conflandæ pecunia. H.A. Narra, obsecro. N.E. In bene nummatos finge causas irarū, præsertim in monachos aut sacerdotes, qui nūc apud omnes fere summa laborant inuidia. Alius irriscit, aut conspuerit clypeum tuum, aliis parū honorifice de te sit loquitur, aliis scriperit aliquid, quod in calumniā dectorqueri ualeat. His

**I**d est, irreconciliabile bellū per feciales tuos ἀσπονδον πόλεων denuncia. Sparge mihi atroces, excidia, exitia, παρωντισμένα: territū strages. nient ad cōponendam litem. Ibi fac magno astimes tuam dignitatem, hoc est, iniquū petas, ut æquum feras. Si postules tria millia, pudebit minus offerre, quàm ducentos aureos. H.A. Alijs minitabor leges. N.E. Istud proprius quidem accedit ad sycophanticā, sed tamen iuuat & hoc in partem. Sed heus Harpale, penē exciderat, quod dictū in primis oportuit, puella quæpiam bene dotata in matrimonij nassam illaqueanda est. Habes apud te philitrum, iuuenis es, candidulus es, lepidus nugator es, rides blandum. Sparge te magnis promissis ascitum in aulam Cæsaris. Amant puelle Satrapis nubere. H.A. Noni quibus hoc bene cesserit. Cæterum quid si fucus tandem erumpat, & insiliant undique creditores? Irridebor personatus eques. Nam id apud istos turpius est, quàm si templū sacrilegio spolies. N.E. Hic oportet meminisse perfidie frontis. Illud in primis, quod nullis unquam temporibus magis

magis licuit audacia pro sapientia uti, quam hodie. Com  
miniscendū est aliquid quod excuses. Deinde nunquam  
decurrunt candidi, qui faucent tue fabulae, nonnulli ciuilio-  
res disimulabunt intellectum fucum. Postremò si nihil  
aliud, profugiendum est aliquò in bellum, in tumultum.

Quemadmodū *κλύσει θάνατον πάντα τὸν θρόνων ναυά*, Id est, proluit  
ita bellū operit omnium scelerū sentinam. Nec enim ha-  
betur hodie bonus belli dux, nisi tali tyrocinio præparar-  
tus accesserit. Hoc erit extremū asylum, si cuncta sefelle-  
rint. Verū omnis mouendus erit tibi lapis, ne huc ue-  
niatur. Vide ne te securitas opprimat, oppidula minuta  
fuge, in quibus ne pedere quidem licet, ni populus sciat:  
in magnis ac frequētibus ciuitatibus plus est licentiae, nisi  
si qua sit Massiliæ similis. Disimulanter expiscare, quid  
quisq; de te loquatur. Vbi senseris huiusmodi uoces in-  
crebescere, Quid agit? quur hic tot annos morature?  
quur non reuicit patriā? quur negligit arces suas? unde  
ducit imagines? unde tantæ profusioni facultates? Hoc  
genus inquā uoces, ubi cœperint magis ac magis glisce-  
re, tum mature tibi de migrando cogitandū est, sed sit su-  
ga leonina, non leporina. Adsimula te uocari in aulam  
Cesaris ad res magnas, breui te adfuturū cum exercitu.  
Non audebunt in absentem hiscere, quibus est quod no-  
lint amittere. Sed in primis tibi censeo cauendum genus  
istud hominū poëticum irritabile, nigrūq;. Illinunt char-  
tis, si quid illos habet male, subitoq; per orbem spargitur  
quicquid illeuerint. H A. Dispcream, ni mihi uehemēter  
placet tuum consilium. Efficiam, ut intelligas te nactum  
docile ingenium: & iuuenem minimè ingratū. Equum  
quem primum te dignū nactus in pascuis fuero, tibi dono

mare  
omnia  
hominā mala.

mittam. N.E. Nūc superest, ut quod pollicitus es, uicissim  
præstes. Quid est, quur tantopere affectes falsam opinio-  
nem nobilitatis? H.A. Nullam aliam ob causam, nisi quod  
his omnia licent impunè. An hoc tibi uidetur leue mo-  
mentum? N.E. Ut pessime cedat, mors una debetur natu-  
re, etiam si uixisses in Carthusia. Et leuius moriuntur in  
rota, quam qui moriuntur calculo, podagra, aut paraly-  
si. Nam militare est, credere nihil hominis superesse post  
mortem, præter cadauer. H.A. Sic opinor.

## ΑΣΤΡΑΓΑΛΙΣΜΟΣ,

sive TALORVM LVSVS.

CAROLVS. QVIRINVS.

Q.V. Disce, inquit Cato, sed à doctis. Cupio itaq; mihi  
houi, te magistro discere, quam ob rem prisci illi religio-  
nis antistites edixerint, ut clerici talaribus tunicis ute-  
tur: hoc est, usq; ad talos demissis. C.A. Duabus opinor  
de causis. Primum uerecundiæ gratia, ne quid nudi pate-  
ret oculis. Nam olim nec hoc caligarū genus fuit reperi-  
tum, quod nunc ab ilibus usq; ad imos pedes corpus te-  
git, neq; subligaribus, aut femoralibus uulgo utebantur.  
Eadem de cauſſa, turpe est fœminis breuioribus uti uesti-  
mentis, quo magis cōſultum sit sexus pudori. Deinde ut  
non solum moribus, uerum etiam habitu differrent à po-  
pulo, in quo ut quisq; est prophaniſimus, ita breuiſimus  
tunicis uti gaudet. Q.V. Non diſimile ueri est quod nar-  
ras. Cæterum ex Aristotele, Plinioq; didici, nulli homi-  
num esse talos, sed tantum quadrupedibus, non tamen  
omnibus, sed bisulcis plerisq; nec rursus his nisi in tibis  
posterioribus. Vnde igitur uestis dici talaris potest, quā  
gestat homo, nisi fuerunt homines olim quadrupedes,

iuxta fabulam Aristophanis: c. A. Imò si credimus Ocdi  
po, & quadrupedes, & tripedes, et bipedes inueniuntur  
homines, nec raro nobis è bello redeunt unipedes, interi-  
dum apodes: sed quod ad tali uocabulum attinet, rectius  
miceris, si legas Horatium, qui fabulis quoq; talos attri-  
buit. Sic enim opinor scribit in poëtica:  
Securus, cadat, an recto stet fabula talo.

Qv. Poëtis licet, ut libet, loqui: apud quos Tmolus ha-  
bet aures, & naues loquuntur, & saltant quercus. c. A.  
Quin & Aristoteles tuus hoc te docere poterat, esse tai-  
los dimidiatos, quos ille uocat ἡμιαρχάντες, quales tra-  
dit esse lyncum generi. Addit leonibus inesse quiddā ui-  
ce tali, sed anfractuosum, quod ille uocat λαβευθώδες,  
Plinius uertit tortuosum. Deniq; ubi cunq; committun-  
tur ossa ossibus ad flexus commoditatem, caua prominen-  
tibus inter se respondent, utrinque lubrica cartilagine  
communitis, ac uelut incrustatis partibus, ne mutuo at-  
tritu sese lœdant, ut idem docet Aristoteles. In his ferè  
est aliquid quod à tali similitudine pariter & usu non di-  
screpant, uelut in ima tibia iuxta calcaneum, ubi totius  
pedis flexus est, prominent quiddam talo simile, quod  
Greci σφυρὸς appellant. Rursus in flexura genu, quod,  
ni fallor, ισχίον appellant, quidam uerticbrum. Simile  
quiddam uidemus in coxendicibus, in humeris: postre-  
mo in commissuris digitorum pedis, ac manus. Quod  
ne tibi mirum uideatur, Greci tradunt ἀργαλάς uo-  
cabulum apud probatos autores tribuit etiam ossibus,  
quibus spina connectitur, præsertim in ceruice. Citant  
etiam hoc carmen:

Ειδε μη αγκὺν αἴγαρχόν ωμού ιάγω.

Quoniam autē Aristoteles tradit priores tibias animati datus ad celeritatem, ὅτι id carere talis, posteriores ad stabilitatem, quod in eam partem uergat pondus corporis, quemadmodū ad roborijs, quæ calcibus ferunt, Flaccus dum significare uult fabulam nō eieclam, sed ad finem usq; peractam, dicit, illam stetisse fixo talo, nec dicit tribuit fabule talū, quām nos libro tribuimus calcem, Ο uolumini umbilicum. Q.v. Næ tu probè grammaticum agis. C.A. At quò magis id credas, Grecliteratores ἀσπάγαλον dici uolunt ἀσπίφω, Ο πα particula priuata, quod minimè flectatur, sed immobilis sit. Quanquam alij malunt ἀσπάγαλον interiecta litera, dictum pro ἀσπάγαλον, quod lubrica uolubilitate stare nesciat. Q.v. Ad istum modum licet plura diuinare. Simplicius erat dicere, nescio. C.A. Non usq; adeo uidebitur absurdum diuinatio, si cogites, quantam habeat caliginem uocum primiū origo, tum in re nullam esse contrarietatem, quod apparet, si proprius inspicias. Volubilis est talus, sed ita uolubilis, ut eam partem cui innectitur, reddat ad standum firmorem, deinde os oīsi cōnectit, ne facile luxari queat. Q.v. Tu uel sophistam agere possis, quantum video, silibeat. G.A. Sed nihil est Tales, quod nos torqueat etymologia uocis. Nam quod hodie Grecl uocant ἀσπάγαλον prisci, quorum est Callimachus, dixerunt, ἀσπιον, cuius hoc refertur hemistichium, Αἴνα δέ ἀσπία αὔρυτον τόπου. Vnde quemadmodum ἀσπάγαλον, ita επί ἀσπίδη dabant talis luderc. Q.v. Quale est igitur illud, quod prius talum uocant? C.A. Est id, quo nuncludunt pueri, olim puerorum erat lusus, quemadmodū nuces. De quo est illud Græcorū, Αὐτὸν ἀσπάγαλον χωλοθής, quum iram

leui de causa susceptam indicant. Rursus Horatius in Odis: Nec regna uini sortiere talis. Item in sermonibus: Te talos Aule, nucesq; &c. Postremo dictum illud Lace demonij, ni fallor, Pueros esse fallendos talis, uiros iure, iurando. Hunc talum negant in ullo animante inueniri, quod sit *uāvvχεν*, hoc est, unguis solida, excepto asino Indico unicorno: aut quod sit *πολυσχιδης*, hoc est, pede in multos digitos ungulás ue fisco, quod genus sunt leo, panthera, canis, simius, homo, & avis, aliaq; permulta. Quae uero *αιχνα* sunt, hoc est, unguis bisulca, pleraq; talum habent, idq; ut rectè dicebas, in posterioribus cruribus. Vni homini dupli de causa tali non sunt, primū quia bipes, dcinde quia quinis digitis fissos habet pedes. Q.v. Ista frequenter audiui. Cæterum peruelim mihi situm ac formam tali describi. Nam istud lusus genus etiam pueris hodie fastiditum est, sed aleam, chartas, aliosq; masculos lusus affectant. c.a. Non mirum, quum affectent & Theologiam. Vcrum etiam si Mathematicus sim aut piator, aut etiam plastes, nō possum tibi melius tali formam exhibere, quam ipso talo, nisi maius, ut tibi describam per literas, ut illi solcent. Q.v. Habes ne talum? c.a. En tibi ouillum è dextro crure. Vides quatuor duntaxat latera, quum in cubo, & alea, seu tessera sint sex, in ambitu quatuor, in summo, & imo duo. Q.v. Sic est. c.a. In talo, quoniam summa pars & ima curuantur, non sunt nisi quatuor latera, quorum unum uides uelut in dorsum intumescere. Q.v. Video. c.a. Quod est è regione, cauum habere. Illud Aristoteles uocat *ωφανες*, id est, pronū, hoc *ιαττον*, id est, supinum. Velut in congressu uxoris & mariti, quum dant operā liberis, mulier supina est, uir pro-

nus: & manus si uola spectet terram, prona est: si inuen-  
tas supina. Quanquam oratores, & poëtae nōn unquam  
his uerbis abutuntur, quod ad hanc rem nihil attinet.  
Q.v. Isthuc quidem eleganter oculis subiecisti. Inter relī  
qua duo latera quid est discriminis? c. a. Alterum modū  
ce cauatum est, ut oīsi cui innectitur congruat: alterum  
propemodū nihil habet concavū, minusq; armatū est cat  
tilaginea tunica, sed tantum neruo & pelle tegitur. Q.v.  
Video. c. a. Pronum latus nihil habet neruorum, sed siw  
pinæ partis concavo adhæret neruus, quemadmodum  
dextri lateris summo, leui imo. Q.v. Pulchre narras, sed  
unde dinoscam dextrum à sinistro? c. a. Recte admones.  
Nam perperā docui, nisi dextri cruris talum intelligas.  
Dicam igitur mclius, simulq; quod uolebas, situm indica-  
bo. Talus est in ipsa suffragine cruris infra coxam. Q.v.  
Complures arbitrantur iuxta pedem esse. c. a. Errant Is  
qui propriè dicitur talus, est in suffraginibus, quas Graci  
nūtās uocant, sed crurum, ut dixi, posteriorum. Inter  
pedem tuum et genu, tibia est. Q.v. Sic opinor. c. a. Post  
genu nūtā. Q.v. Assentior. c. a. Nam qui flexus est ho-  
mini in brachijs, idem est quadrupedibus in cruribus po-  
sterioribus, simiam excipio semihominem. Itaq; quod ge-  
nu est in cruribus, id cubitus est in brachijs. Q.v. An  
enaduerto. c. a. Itaq; flexus flexui respondet. Q.v. illud  
dicis crurum posteriorū & priorum. c. a. Tenes. In ea  
igitur suffragine, que respondet suffragini, que est post  
genu, stat talus erectus, quem stat quadrupes, cuius summa  
& imia pars leniter incurvatur, quia inquam non pro-  
fus eodē modo. Nam superior replicatur in cornua quae-  
dam, quas Aristoteles appellat ογκίαι, Theodorus uer-  
it

tit antennas, iuxta quas se submittit primum latus: im  
tale nihil habet. Q.v. Planè video. c A. Illud ergo latus  
quod spectat tibias priores, Aristoteles uocat supinum:  
quod illi aduersum est, primum. Rursum sunt duo late-  
ra, quorum alterū intus spectat tibiam posteriorem, pri-  
ma taliuam aut dextram, alterum spectat foras. Quod in-  
trorsum spectat, Aristoteles appellat οὐρανόν: quod foras,  
ιοχίαν. Q.v. Prorsus oculis rem video. Iam superest ut no-  
bis indices, quæ fuerit olim talis ludendi ratio. Nam qui  
lusus nostra memoria dicitur in usu fuisse, nihil conuenit  
cum ijs, quæ comperimus apud priscos autores de hoc  
ludendi genere. c A. Ac sane fieri potest, ut quemadmo-  
dum hodie chartis ac tesseris ad uarias ludendi formas  
abutimur, ita non fuerit eadem apud ueteres talis lus-  
tandi ratio. Q.v. Probabile est quod dicis. c A. Theodo-  
rus Gaza, siue, ut alij malunt appellare, Thessalonicensis,  
uertens Aristotelis librum de Historia animalium se-  
cundum, ait tali latus quod foras transuersum spectat, Cæ-  
nem uocari: quod introrsum ad alterū crus, Venerem.  
Ceterum hoc quidem de suo addidit. Nam Aristoteles  
hec tantum ponit. Τὸ μὴ γενεῖσθαι, τὸ δὲ ὑπέρτιον εἶσθαι, οὐδὲ quidem foras,  
τὰ μὴ νῦν εἰν τὸς ἐγράμμενά τοις ἀλλοῖς, τὰ δὲ ιοχίαν εἰντρο supinū:  
νούμενα εἶσθαι, οὐδὲ τὰς οὐραῖς αἴνων. Ceterum quando con-  
stat ab alijs, Veneris iactum appellari, quoties ex qua-  
tuor talis nullus est qui summam faciem habet cum alio  
congruentem, demiror, quid sequutus Theodorus, unum  
latus appellet Venerem. Erasmus noster, quem commu-  
nem habemus amicū huiusmodi obseruationū non ad  
modum curiosus, in prouerbijs aliquot ex autoritate uer-  
terum indicat quædā de ludo talorū; uelut in prouerbio,

id est, Prona  
intro supinū:  
εὶς colla dicta  
esse latera,  
quæ intus uer-  
tunt: que uero  
foras, ischia.  
Deniqz supi-  
ores partes à  
cornib. cære-  
as appellati.

Non Chius, sed Cōus, refert Cōum & Senionem eundem  
esse quem Græci ἔγινεν dicūt. Idem tradit in proverbio,  
Chius ad Cōum, addens Chium eundem esse cum Cane,  
Coi iactum fuisse felicem, Canis infelicem, teste Persio:

**Quid dexter senio ferret,**

Scire erat in uotis, damnoſa canicula quantum

Radcret. Itidem Propertius:

Semper damnoſi subsiluere canes.

Et Ouidius libro de Trist. 2. damnoſos Canes appellat.  
Addit ex Martiale, Senionem uideri per ſe felicem: ceterorum  
infelicem fieri, ſi accedat Canis. Sic enim loquitur:  
Senio nec noſtrum cum Cane quaffat ebur.

Iam Veneris iactum eſſe ut raruſ, ita felicissimum inducat Martialis in Apophoretis:

Quum ſteterit uultu nullus tibi talus eodem,

Munera me dices magna dediſſe tibi.

Tot autem talis ludebatur, quoſ quiſque habet latera.  
Nam teſſeris non plus tribus ludi ſolet. Sed propius ad  
ludendi rationem facit, quoſ ſcribit Suetonius in Octa-  
vio Auguſto, recitans ex illius quadā ad Tiberium epu-  
ſtola hæc: Inter coenam luſimus Ῥeptorinūs & heri Oho-  
die. Talis enim iactatis ut quiſq; Canem aut ſenionē miſe-  
rat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium confe-  
rebat, quoſ tollebat uniuersos qui Venerem iecerat. q.v.  
Docuisti felicissimum eſſe iactum, quum omnes tali qua-  
tuor oſtenderint diuersum latus, queſadmodum in teſſe-  
raruſ ludo fortunatiſſimus eſt, qui dicitur Midas: at non  
dum declarasti hunc iactum dici Venerem. C. A. Illud

Et iactus qui-  
dē ad ſcopū.

expedit tibi Lucianus, italoquens in Cupidinibus: καὶ  
τοῦτο μηδὲν οὐτοῦ, μάλιſtα δέ τοι δίο διὸν αὐτὸν εἰσό-

λέσχη, μηδενὸς ἀγραγάλος πισόντω<sup>τ</sup> οὐ σχύματι προστινύει, τὸ maxime uero  
πιθυμίας τοῦ φραδοῦ νομίζων. Loquitur autem illic de Ve- si quando ip-  
nere. Q.v. Si falsus est Theodorus, duo tantum latera suis sam deā felici  
vocabulis designantur. C A. Fortassis alicuius autorita- ter iactasset  
tem ille secutus est, quæ nos fugit: quod apud autores cō- nullo scilicet  
pertum est, adserimus in medium. Nam sunt qui memine talorū æquali  
runt de numero Stesichorio in talis, quem putant ogdoa figura caden-  
dem esse. Item de Euripideo, qui continebat quadragin- te adorabat,  
ta. Q.v. Restat ut lusus leges prescribas. C A. Non arbit- arbitratus se  
tror pueros iisdem usos legibus, quibus se usum fuisse  
scribit Oclauius. Nec probabile est, hoc ludendi genus  
quod cōmemorat, fuisse publicum. Id si fuisse, satis erat  
dixisse, Inter cœnam lusimus talis. Sed mihi subindicare  
uidetur nouam ludendi conditionē inter illos repertam,  
uelut aptam senibus, minimeq; torquentem animos solis  
cita cogitatione, quemadmodū faciunt hodie complu-  
res lusus, ut leuius sit intendere studijs. Q.v. Profer, obse-  
crote, reliquos talos, ut experiamur. C A. Sed deest no-  
bis turricula uoluendis talis, deinde tabula. Q.v. Suffecerit  
rit hæc mensa ad qualemq; specimen exhibendum. Pro  
turricula suffecerit cyathus aut pileum. C A. Imò com-  
plexus cavarum manū. Iactus saepius ostendit supinam  
partem, quam pronam: Ο pronam saepius quam senio-  
nem, aut canem. Q.v. Videtur. C A. Si inter quatuor talos  
exit erit unus canis, expones nummum: si duo, duos;  
si tres, tres: si quatuor, quatuor. Item quoties ieceris se-  
nionem, toties recipies unum è nummis. Q.v. Quid si se-  
nionem cum cane? C A. Si uis, uterq; nummum addet:  
neuter tollit: cui primum obtigerit Venus, is auferet acer-  
uum. Q.v. Quid si talus ostendat partem supinā aut pro-  
name?

nam? c. a. Is iactus erit irritus, & aut tu iactum repete,  
aut iaciendi ius ad me deuoluctur. q. v. Placet deuolu-  
tio. c. a. Nunc apponc sorte. q. v. Experiamur absp. pe-  
riculo. c. a. Vis tu tantam artem discere gratis? q. v.  
rum impar certamen est inter artificem & rudem. c. a.  
Atqui spes lucri, & damni metus reddet te attentiorem.  
q. v. Quanti certabimus? c. a. Si uis cito ditescere con-  
tum ducatis. q. v. Utinā sint, quos deponam. Tutiū est  
paulatim ditescere. En tibi solidū assēm. c. a. Agē, adde-  
mus pusillum pusillo, quemadmodum monet Hesiodus,  
sic quoq; fiet ingens aceruu. Conuolue ac mitte. Felix  
auspiciū, canem habes, appone nummum, & posthac  
agnosce damnosum latus. Da talos. q. v. Felicius auspi-  
ciū, treis habes canes, appone. c. a. Insidiatur tibi fortu-  
na. Mitte, sed circūolutos o bone. Labor irritus, prouum  
habes & supinum. Succedo, trade talos. q. v. O factum  
**Id est, ne ante**  
**uictoriam en-**  
**comium.** bene, rursum treis uideo canes. c. a. M̄s w̄s q. v. h̄s i p̄o  
u. v. Illestat inquā te fortuna. Sed heus tu, ad hunc qui,  
dem modum edocēs sum. At me, i sententia seculi lusit  
Octavius. q. v. Quo modo? c. a. Qui canē iecerat, appo-  
nebat denarium, ut diximus: qui senionem nihil quidem  
auferebat, sed alter ponebat. q. v. Quid si plures senio-  
nes exissent? c. a. Totidem nummos alter addebat. Bene  
cumulatum aceruum semel tollebat Venus. Et illud ad-  
das licebit. Cui nec senio obtigerit, nec canis, nihil aliud  
quam mittendi uicem perdet. q. v. Non recuso. c. a. Mi-  
hi uidetur & hoc elegantius, si tertio quisq; iactu defor-  
gatur qui talos tenet, & mox alteri tradat uices. q. v. Pla-  
cet, sed quota Venus finiet ludum? c. a. Tertia, si uide-  
tur. Deinceps liberum erit de integro pacisci. Siquidem  
tum

tum raro, tum paucis faveat Venus. Nunc aggrediamur bonis aubus. Q.v. Fiat, sed præstat occludere fores, ne noſtre calinæ regina uideat nos puerorum more ineptientes. c A. Imo ſeniliter potius. Adeo ne loquacem habes famulam? Q.v. Tam futilem, ut si defint homines, quibus narrat quicquid domi geritur, longo sermone gallinis narrat, ac felicibus. c A. Heus puer, claude ostium & obde pellulum, ne quis subitus interueniat ſpectator, quòd licet ad ſatiętatem uſq; ludere.

SENATVLVS, ſive ΤΙΝΑΙΚΟΣΥΝΕΔΡΙΟΝ.

CORNELIA. MARGARETA. PEROTTA.

IVLIA. CATARINA.

c o. Quod felix faustumq; ſit huic ordini, totiq; reipub. ſœminæ, & frequentes hodie conueniſtis & alacres, unde ſpcm optimā concipio futurū, ut Deus propitius cuiq; ea ſuggerat in animum, que ad cōmunem omnium & dignitatcm, & utilitatē pertinent. Scitis opinor, omnes, quantum hinc cōmodis nostris decesserit, quod quū uiri quotidianis cōuentibus ſuum agant negotium, nos cōlotelæq; affidentes cauſam noſtrām deſerimus. Itaq; res huic deuenit, ut nec inter nos ſit ulla reipublicæ disciplina, & uiri nos penè pro delectamentis habeant, uixq; ho minis uocabulo dignentur. Quod ſi quā cœpimus, pergamus, diuinate uos ipſæ, quòd tandem res ſit euafuraz uereor enim uerba ſinistri ominis eloqui. Ut dignitatē noſtrām negligamus, certè incolumitas debet eſſe curæ. At ſapienſiſimus ille rex ſcriptum reliquit, Ibi demum Proverb. 11. eſſe ſalutem, ubi multa consilia. Habent epifcopi ſuas synodos, habent monachorum greges ſua conciliabula, habent

habent milites suxs stationes, habent fures sua conuenti-  
cula: deniq; habet & formicarū genus suos congressus.  
Sole omnium animantium mulieres nunquam coimus.  
M A. Sæpius quām decet. o o. Nondū interloquenditem  
pus est. Sinite me perorare, dabitur singulis dicendilo-  
cus. Néq; nouū est quod facimus, uetus exemplum reho-  
camus. Siquidem ante aunos mille trecentos, ni fallor,  
Heliogabalus Cæsar laudatissimus. p e. Qui laudatissi-  
mus, quem unco tractum in cloacam proiectum esse con-  
stat? o. Rursus interpellor. Si quem hac ratione proba-  
mus aut improbamus, malum dicemus Christū, quod in  
crucem suffixus sit: piū Domitium, quod domisit mor-  
tuus. Atqui nihil obijcitur Heliogabale atrocius, quām  
quod sacrū ignem, qui à uestalibus seruabatur, in terram  
abiecerit, quod dqs domi in larario Mosen habuerit &  
Christum, quem illi contumeliae causa Chrestum uoca-  
bant. Is igitur Heliogabalus instituit, ut quemadmodum  
Imperator cum suis habebat senatū, in quo de rebus co-  
munib; consultaret: ita haberet & mater illius Augu-  
sta senatum suum, in quo de foemine & gentis negotijs tra-  
ctaretur, quem uiri uel iocandi, uel discernendi gratia Se-  
natulum uocabant. Hoc exemplum tot iam seculis inter-  
missum, res ipsa iandudum monet nos instaurare. Nec  
ullim moueat, quod Paulus apostolus uetat mulierem  
loqui in coetu, quā ille uocat ecclesiam: de coetu uirorum  
loquitur, hic coetus est muliebris. Alioqui si semper tacen-  
dum erat foeminis, in quem usum natura dedit nobis &  
linguas nō minus expeditas, quām sunt uirorum, & uoi-  
cem non minus sonorā: quanquā illi sonant raucius. Ac  
propius referunt asinos, quām nos. Verum illud oportet  
nobis

nobis omnibus esse curæ, ut ea grauitate tractemus hoc negotium, ne rursus viri Senatulū appellant: aut fortasse probrosius aliquod nomen excogitent, ut solent in nos libenter esse dicaces. Quanquam si liceat illorum comitia ueris estimare, plus quam muliebria uideri possint. Vide mus monarchas tot iam annis nihil aliud quam belligari: inter Theologos, sacerdotes, episcopos, et populū nihil conuenire: quot homines, tot sententiae, et in his ipsis plus quam muliebris est incōstantia. Nec ciuitati cum ciuitate, nec uicino cum uicino concordia est. Si nobis esent traditæ rerum habentæ, aliquantò, ni fallor, tolerabilius haberent res humanæ. Non est fortasse fœminæ pudoris, tantis proceribus tribuere stultitiam: at fas est, opinor, recitare quod scripsit Solomon prouerbiorū capite decimotertio: Intersuperbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Sed ne uos longiore moreris proœmio, uti singula geratur ordine, decenter et sine tumultu, primo loco tractandum erit, quæ debeat interesse cōcilio, quæ submouende sint. Nam immodica turba, tumultus est uerius, quam concilium: et paucorū confessus habet quiddā tyrannicum. Huc ego censeo nullam recipiendā uirginē, eò quod incident permulta, quæ non decet illas audire. i v. At quo sanguino dignoscas uirgines? An pro uirginibus habebuntur, quæcunq; coronā gestant? c o. Non. At nuptias tantū recipiendas censeo. i v. Et inter nuptias uirgines sunt, quæ maritos habent eunuchos. c o. Sed tribuatur hoc honoris coniugio, ut nuptæ pro mulieribus habeantur. i v. Alioqui si nō excludimus nisi uirgines, erit immensa turba, nec multum decrescat numero. c o. Excludentur et

L plus

plus quam ter nuptæ. i v. Quā ob rem? c o. Quoniam il  
lis uelut emeritis debetur missio. Idem censem de septu  
gesimū annum egressis. Statuendum ne qua nominatio  
de uiro suo loquatur petulantius, in genere fas sit, sed ea  
moderatione, ne quid nimis. c a. Qui minus hic libere  
de uiiris liceat dicere, quum ipsi de nobis nū squā non lo  
quantur: M̄c̄us Titius si quando studet esse coniuia fisi  
uior, narrat quid me cū noctu egerit, quid dixerim, neq;  
rarō multa solet affingere. c o. Si uelimus fateri uerum,  
nostra dignitas pendet à uiiris: eos si traducimus, quid  
aliud quam nos ipsas de honestam⁹: Quanquam autem  
habemus, nō paucas iusta querimonie causas; tamen ex  
pensa rerum omniū summa, nostra potior est, quam illorū  
rum conditio. Illi dum querunt rem, per omnes terras ac  
maria uolitant, non sine capit⁹ discriminē: Illi si bellum  
incidat, excitantur buccina, ferrei stant in acie, dum nos  
domi sedemus tutæ. Si quid committunt aduersus leges,  
grauius in illos animaduertitur, nostro sexui parcitur.  
Deniq; magna ex parte in nobis situm est, ut cōmodos  
habeamus maritos. Restat ut de confessus ordine statua  
tur, ne nobis cueniat, quod frequenter usu uenit regum,  
principum ac pontificum oratoribus, qui in conciliis to  
tos tres menses litigant antē, quam possint cōsidere. Itaq;  
censem primum esse debere nobilium ordinem, & in his  
præcedent quæ quatuor habent nobilitatis partes: proxi  
mæ quæ tres: deinde quæ duas: postremæ quæ unam: po  
strom, quæ dimidiata. Et in singulis ordinibus locu⁹ ex  
antiquitate designabitur. Notæ in suo quoq; ordine ex  
tremum tenebunt locū. Alter confessus erit plebeiarum.  
In hoc primas tenebūt quæ copiosiorem sobolem enīce.

fuit.

Sunt. Inter pares, litem dirimet ætas. Tertius erit earum  
quæ nondum pepererunt. c A. Quò mittis uiduas? c o.  
Commode mones. Istis locus dabitur in medio matrum,  
si modò liberos habent, habuerint uero. Steriles extremum  
obtinebūt locum. i v. Quem locū designas sacerdotum  
ac monachorum uxoribus? c o. De his proximo conses-  
su deliberabimus. i v. Quid de his, quæ corpore faciunt  
questum? c o. Non patiemur hunc senatum admixtu ta-  
lium inquinari. i v. Quid de concubinis? c o. Iijtarum  
non simplex est genus, de quibus per ocium tractabitur.  
Adisciendū est, quomodo fieri debeat senatus consultum,  
punctis nc, an calculis, an suffragijs uocalibus, an porre-  
ctis digitis, an discessione. c A. In calculis dolus est, quē  
admodum & in punctis: si pedibus eatur in sententiam,  
quoniam uestes longas gerimus, nimium mouebimus pul-  
seris: optimum igitur, uti uoce pronunciet unaquaque,  
quod sentit. c o. At difficile est numerare uoces. Dein  
de cauendum ne fiat pro concilio conuicium. c A. Ni-  
hil fiet absque notarijs, ne quid possit excidere. c o. Ita  
quidem consultum est numero. Sed quibus modis exclu-  
des conuicium? c A. Ne qua loquatur nisi rogata, &  
suo ordine. Quæ secus fecerit è senatu mouebitur. Tum  
siqua quid effutierit eorum, quæ hic aguntur, silentio  
plectetur triduano. c o. Hactenus de ratione tractandi.  
Nuc accipite quibus de rebus cōsultandum sit. Primam  
oportet esse curam dignitatis: ea potissimum sita est in  
cultu, cuius rei tantus est negleclus, ut hodie uix agno-  
scas discriminem inter nobilem & plebeiam, inter nuptam  
& virginem aut uiduam, inter matronam & meretrī-  
cem. Adeo sublatus est pudor, ut quiduis usurpent quælis-

532  
bet. Videre est plus quam plebeias ac loci plane sordidii,  
uestiri holosericis, undulatis, florulentis, uirgatis, byssinis,  
aureis, argenteis, pellibus zebellinis, madauricis, qui  
interim maritus domi consuat calceos. Digitos habent  
smaragdis & adamantibus onustos. Nam uniones nunc  
uulgo fastidiuntur, ne quid querar de succinis, & coral  
lis, & crepidis inauratis. Satis erat tenuibus in honore  
sexus cingulis uti sericis, ac fimbrias uestium serico limbo  
decorare: nunc geminum est malum, & res familiaris ex  
tenuatur, & ordo, qui dignitatis est custos, confunditur.

Pilentum ue  
lculi genus  
apud Liuiu,  
quo matronæ  
per urbem ue  
hebantur.

Si pilentis & lecticis eboratis ac bysso tectis ueluntur  
plebeiae, quid relictu est nobilibus ac potentibus? Et si uul  
gus equiti nupta caudâ trahit ulnarum quindecim, quid fa  
ciet ducis aut comitis uxor? Atq; hæc res hoc est intolera  
bilius, quod mira temeritate subinde mutamus cultum.

Pridem è porreclis à uertice cornibus pendebant linteas  
mina. Hoc ornatu fœminæ principes discernebant à  
plebeis. Ille ne quid conueniret, sumpererunt pilea, foris  
ostentantia pelles albas nigris maculis variegatas. Sta  
tim uulgas arripuit. Rursus mutato cultu sumpererunt

flammea nigra bysso. Id fœminarū uulgas non solum au  
sum est imitari, uerū etiam addiderunt fimbrias aureas,

quæ ut Var  
roni placet,  
lintea fuere,  
& cuiuslibet  
fœminæ.

deniq; & gēmas. Olim nobiliū erat à fronte atq; à tempo  
ribus reuulsis pilis in uerticem capillos cogere. Non diu  
licuit, mox qualibet æmulata sunt. Tandem demiserunt cri

næ in fronte, protinus & hoc imitatæ sunt plebeiae. Sole  
nobiles olim habebant laterones & anteambulones, &

ex his unum delicatū, qui surrecture manū porrigeret,  
qui leuā incedentis brachio dextro fulciret. Nec hoc ho

noris concedebatur nisi bene nato. Nunc ut paſſim id fa  
ciunt.

etiam matronae, ita quoslibet ad hoc officij recipiunt, quemadmodum ad gestandā à tergo caudā. Item olim sole nobiles salutabant osculo, ne quemuis ad osculum recipiebant, imò ne dextram quidem porrigebant quibuslibet. Nunc qui corium oleni, irruunt ad osculum fœminæ, quæ scutum habet plene nobilitatis. Ne in coniugis quidem habetur ulla dignitatis ratio. Patriciæ nubunt plebeijs, plebeiæ patricijs, ita nascuntur nobis hybride. Nec ulla tam obscuro loco nata est, quæ metuit adhibere fucos omnes nobilium, quū plebeijs sufficere deberet, aut flos recentis ceruisciæ, aut succus recens ab arbore detracti corticis, aut si quid aliud paruo parabile: purpurissam, cerussam, stibium, reliquosq; colores elegantiores oporebat claris fœminis relinquere. Nam in coniugijs, in publico incessu, quam nullus ordo? Sæpe fit ut negotiatoris uxor designetur utroq; parente nobili cedere. Res igitur ipsa iandudu hortatur, ut hisce de rebus aliquid certe statuamus, atq; hæc inter nos facile poterunt transfigi, quoniam non nisi ad fœmineum pertinent genus. Est autem quod cum uiris agamus, qui nos summovet ab omnī dignitate, ac tantum nō pro lotricibus & cocis habent, ipsi res omnes pro suo gerunt arbitratu. Concedemus igitur illis magistratus publicos, ac bellicæ rei euram. Quis hoc feret, quod in clypeo semper uxorius insignia leuum habent latus, etiam si tribus partibus superet uiri nobilitatem? Deinde par est, ut in elocandis liberis etiā mater habeat ius suffragij. Et fortassis hoc quoq; euincemus, ut uiciissim geramus officia publica, duntaxat quæ intra moenia, & sine armis geri possunt. Hæc est summa rerū de quibus mihi uidetur opere preium consultare. Super

Fucus, color  
ascitus, quo  
fœminæ facie  
magis fane de  
honestant. ¶  
honestant.

bis apud se quæq; deliberet, ut de singulis fiant senatus  
consulta, & si cui uestrū aliud quippiam in mentem uen-  
erit, cras in mediū conserat. Conueniemus enim diebus

Quæ notis singulis, donec synodus absoluimus. Adhibeantur no-  
tis expedientia scribendi ratione in iudi-  
cijs res uel finis literarū tariæ quatuor, quæ notis excipiāt quicquid dicatur. Pra-  
terea questioæ due, quæ loquendi potestate uel faciant,  
uel admant. Sit hic confessus diuinationis loco.

## D I L V C V L V M.

NEPHALIUS. PHILYPNVS.

Olim expedi-  
ta scribendi ra-  
tione in iudi-  
cijs res uel finis  
literarū notis excipie-  
bātur, quales  
etiamnum ali-  
quot extat in NE. Hoc te cōuentum uolbam Philypn, sed negab-  
libello q. Va-  
terij Probi ti-  
tulo circūfer-  
non eram, sed mihi tum eram maxime. NE. Quid istuc  
tur.  
Nephalius, so-  
nus & uigi-  
lans.

Philypnus, somniculo-  
sus, somni cu-  
pidus.

Ennium familiarem inuisere uolenti, ancilla iussu heri  
negasset esse domi, sensit Nasica & discessit. Ceterūbi-  
uicissim Ennius Nasicae domum ingressus, rogari pue-  
rū, num esset intus, Nasica de conclaui clamauit, Non,  
inquit, sum domi. Quumq; Ennius aguita uoce dixi-  
set, Impudens, non te loquentem agnoscō! Imò tu, inquit  
Nasica, impudentior, qui mihi ipsi fidem non habes,  
quum ego crediderim ancillæ tuae. NE. Eras fortassis oc-  
cupator. PH. Imò suauiter ociosus. NE. Rursum eni-  
gmate torques. PH. Dicam igitur explanatē, nec aliud  
dicam sicum quam sicum. NE. Dic. PH. Altum dormies  
bā. NE. Quid aīs? Atqui iam prætiererat octaua, quum  
sol hoc mense surgat ante quartam. PH. Per me quidem  
soli liberum est uel media nocte surgere, modo nihil  
ceat ad satietatem usque dormire. NE. Verum istuc  
utrum casu accidit, an consuetudo est? PH. Consuetudo  
prorsus.

profus. N E. Atqui rei non bona cōsuetudo pēfima est.  
 P H. Imò nullus est somnus suauior, quām post exortum  
 solem. N E. Qua tandem hora soles lectum relinquere?  
 P H. Inter quartam & nonam. N E. Satis amplum spa-  
 tium, uix tot horis comuntur regine. Sed unde uenisti  
 in istam consuetudinem? P H. Quia solemus conuiuia, lu-  
 sus et iocos in multam proferre noctem, id dispendijs ma-  
 tutino somno pensamus. N E. Vix unquam uidi homi-  
 nem te perditius prodigum. P H. Mihi parsimonia uide-  
 tur magis, quām profusio. Interim nec candelas absumo,  
 nec uestes detro. N E. Præpostera sane parsimonia, scri-  
 uare uitrum ut perdas gemmas. Aliter sapuit ille philo-  
 sophus, qui rogatus quid esset preciosissimum, respondit  
 tempus. Porrò quām constet diluculum esse totius diei  
 partem optimam, tu quod in re preciosissima preciosissi-  
 mum est, gaudes perdere. P H. An hoc perit quod datur  
 corpusculo? N E. Imò detrahitur corpusculo, quod tum  
 suauissime afficitur, maximeq; uegetatur, quū tempesti-  
 uo moderatoq; somno reficitur, & matutina uigilia cor-  
 robatur. P H. Sed dulce est dormire. N E. Quid esse po-  
 test dulce nihil sentienti? P H. Hoc ipsum dulce est, nihil  
 sentire molestiae. N E. Atqui isto nomine feliciores sunt  
 qui dormiunt in sepulchris. Nā dormienti nonnunquam  
 insomni molesta sunt. P H. Aliunt eo somno maxime sagi-  
 nari corpus. N E. Ista glirium sagina est, non hominū. Re-  
 stè saginantur animalia que parantur epulis, homini  
 quorsum attinet accersere obesitatē, nisi ut grauiore far-  
 cina onustus incedat? Dic mihi si famulū haberes, utrum  
 obesum malles, an uegetū & ad omnia munia habilem?  
 P H. Atqui non sum famulus. N E. Mihi sat est, quod mini-

Vano ratio-  
nē reddit sagī  
nādi glires in  
re ruficēz.

strum officijs aptum malles, quām bene saginatum. p h.  
Planē mallem. n e. At Plato dixit animū hominis homi  
nem esse, corpus nihil aliud esse, quām domiciliū aut in  
strumentum. Tu certē fateberis, opinor, animū esse prin  
cipalem hominis portionem, corpus animi ministrum.  
p h. Esto, si uis. n e. Quum tibi nolles ministrū abdomī  
ne tardum, sed agilem malles & alacrē, quir animo pa  
ras ministrum ignauum, & obesum? p h. Vincor ueris.  
n e. Iam aliud dispendium accipe, ut animus longē pre  
stat corpori, ita fateris opes animi longē precellere bona  
corporis. p h. probabile dicas. n e. Sed inter animi bona,  
primis tenet sapientia. p h. Fateor. n e. Ad hanc parau  
dam nulla dici pars utilior, quām diluculum, quū Sol no  
uis exoriens uigorem & alacritatem adfert rebus omni  
bus, discutitq; nebulas ē uentriculo exhalari consuetas,  
que mentis domicilium solent obnubilare. p h. Non re  
pugno. n e. Nunc mihi supputa quantum eruditio[n]is tu  
bi parare possis quatuor illis horis quas somno intempe  
stiuo perdis. p h. Profectō multūm. n e. Expertus sum  
in studijs plus effici una hora matutina, quām tribus poi  
meridianis, idq; nullo corporis detrimēto. p h. Audiui.  
n e. Deinde illud reputa, si singulorum dierū iacturam  
in summam conferas, quantus sit futurus cumulus. p h.  
Ingens profectō. n e. Qui gemmas & aurū temere pro  
fundit, prodigus habetur, & tutorem accipit: hec bona  
tanto præciosiora qui perdit, nonne multò turpius prodi  
gitus est? p h. Sic apparet, si rem recta ratione perpenda  
cū Ciceronis mus. n e. Iam illud expende quod scripsit Plato, nihil ei  
ex Platone li bro 1. Offic. se pulchrius, nihil amabilius sapientia, que si corporis  
in principio oculis cerni posset, incredibiles sui amores excitaret.

p h. Atqui

P.H. Atqui illa cerni non potest. N.E. Fateor corporeis oculis. Verum cernitur oculis animi, quæ pars est hominis potior. Et ubi amor est incredibilis, ibi summa uolus pta ad sit oportet, quoties animus cum tali amica cōgreditur. P.H. Verisimile narras. N.E. In nunc ὁ somnū mortis imaginem cum hac uoluptate commuta, si uidetur. P.H. Verū interīm pereunt nocturni lufus. N.E. Bene percunt quæ peiora melioribus, in honesta præclaris, uiliissima preciosissimis permuntantur. Bene perdit plumbum, qui illud uerit in aurū. Noctem natura somno tribuit. Sol exoriens cùm omne animantiū genus, tum præcipue hominem ad uitæ munia reuocat. Qui dormiunt, inquit Paulus, nocte dormiūt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Proinde quid turpius, quam quū omnia animantia cum Sole expurgiscantur, quædam etiam illum nondū apparcentem, sed aduentantem cantu salutent, quum Elephas tus Solem orientem adoret, hominē diu post soli exortum stertere? Quoties aureus ille splendor illustrat cubiculum tuum, nonne uidetur exprobrare dormienti, Stulte quid optimā uitæ tuae partem gaudes perdere? Nō in hoc luceo, ut abditi dormiatis, sed ut rebus honestissimis inuigiletis. Nemo lucernā accendit, ut dormiat, sed ut aliquid operis agat: et ad hanc lucernam omnium pulcherrimā, nihil aliud quam stertis? P.H. Bellè declamas. N.E. Non belle, sed ucre. Agè non dubito, quin frequenter audiueris illud Hesiodum, Sera in fundo parsimonia. P.H. Frequentissime. Nam in dolij medio uinum est optimū. N.E. At qui in uita prima pars, nimirū adolescentia, est optima. P.H. Profectò sic est. N.E. At diluculum hoc est dici, quod adolescentia uite. An non igitur stulte faciunt, qui

Alludit ad  
carmen Ovidij,  
Stulte qđ  
est somnus ge  
lide uisi mor  
tis imago.

i. Thess. 5.

adolescentiam nūgis, matutinas horas somno perdunt?  
P H. Sic apparet. N E. An est ulla possēsio, quæ cum ho-  
minis uita sit conferenda? P H. Ne uniuersa quidem Per-  
sarum GAZA. N E. An non uehemēter odiſſes hominem  
qui tibi uitam posset ac uellet malis artibus ad annos ali-  
quot decurtare? P H. Illi mallem ipſe uitam eripere. N E.  
Verūm peiores ac nocētiores arbitror, qui sibi uolentes  
reddunt uitam breuiorem. P H. Fateor, si qui tales repe-  
riantur. N E. Reperiantur! Imò id faciunt omnes tui simi-  
les. P H. Bona uerba. N E. Optima. Sic tuo cū animo repu-

Plini⁹ in pre-  
fatiōe ad Ve-  
tigianum.

ta, nōnne uidetur rectissimē dixisse Plinius, Vitā esse uigi-  
liam, & hoc pluribus horis hominem uiuere, quō maiori  
rem temporis partem impenderit studijs? Somnus enim  
mors quēdā est. Vnde & ab inferis uenire fungitur, &  
ab Homero mortis germanus dictus est. Itaq; quos som-  
nus occupat, nec inter uiuos, nec inter mortuos censetur,  
sed tamē potius inter mortuos. P H. Ita uidetur omni-  
no. N E. Nunc mihi rationē subducito, quantā uita por-  
tionem sibi reſecat, qui singulis diebus tres aut quatuor  
horas perdūt somno. P H. Video summā immensam. N E.  
Nōnne pro Deo haberet Alcumistā, qui posset decem an-  
nos uitæ summæ adiūcere, & prouectiore etatem ad ado-  
lescentiæ uigorē reuocare? P H. Quid ni habeā? N E. Sed  
hoc tam diuinum beneficium ipſe tibi p̄f̄stare potes. P H.  
Qui sic? N E. Quia mane diei est adolescentia, usq; ad me-  
ridiem feruet iuuentus, mox uirilis ætas, cui succedit pro-  
senecta uespera, uesperam excipit occasus, uelut diei  
mors. Magnū autē uectigal parsimonia est, sed nūquam  
maiis quām hic. An non igitur ingens lucrum sibi ad-  
iuinxit, qui magnā uitæ partem, eamq; optimam perdere  
desijus

desist? P H. Vera prædicas. N E. Proinde uidetur admodum impudens eorū querimonia, qui naturā accusant, quod hominis uitam tam angustis spatijs finierit, quum ipsi ex eo quod datum est, sibi sponte tantum amputent. Satis longa est cuiq; uita, si parcè dispensetur. Nec mediocris prospectus est, si quis suo quæq; tempore gerat. A prandio uix semihomines sumus, quū corpus cibis onus sum aggrauat mentem, nec tutum est spiritus ab officiis stomachi concoctionis officium peragentes ad superiora euocare. A cœna multò minus. At matutinis horis homo totus est homo, dū habile est ad omne ministerium corpus, dum alacer uiget animus, dum omnia mentis organa tranquilla sunt ac serena, dum auræ diuinæ, ut ait ille, particula spirat, ac sapit originem suam, & rapitur ad honesta. P H. Eleganter tu quidem concionaris. N E.

Apud Homerum audit Agamemnon opinor, οὐ χρὴ πᾶν Id est. Nō de νύχιον εἴδεις βολυφόρων αἰσθατα. Quantò turpius est tantam dici partem somno perdere? P H. Verum, sed βολυφόρω. Ego non sum dux exercitus. N E. Si quid aliud tibi cha-

cet per totam nocte dormiri principē uirum seu impetratores.

rius est quam ipse tibi, ne quid te moueat Homeri sententia. Faber ærarius ob uile lucellum surgit ante lucem: & nos amor sapientiæ nō potest expergefacer, ut saltem somnum ad lucrum inæstimabile euocantem audiamus. Medi ci non ferè dant pharmacum nisi diluculo. Illi norūt horas aurcas, ut subueniant corpori, nos eas non nouimus, ut locupletemus ac sanemus animum? Quod si hæc leue pondus habent apud te, audi quid apud Solomonē loquatur illa coelestis sapientia: Qui manè, inquit, uigilauerint ad me, inuenient me. Iam in mysticis psalmis, quanta mai-

Prouerb. 9.

temporis commendatio? Manè propheta extollit & 7.

domini

Psal. 58.

**L**uc. 6. domini misericordiam, manē exauditur uox eius, manē illius deprecatio praeuenit dominū. Et apud Lucā Euangelistam, populus sanitatem ac doctrinā expetens à domino, manē ad illum confluit. Quid suspiras Philypne? P. H. Vix lachrymas teneo, quum subit quantā uite iactaram fecerim. N. E. Superuacancum est ob ea discruciarī, quæ non reuocari, sed tamen posterioribus curis sarcinī possunt. Huc igitur incumbe potius, quam ut preteritorum inani deploratione, futuri quoq; temporis iacturam facias. P. H. Bene mones, sed me iam sui iuris fecit diutina consuetudo. N. E. Phy. Clavis clavo pellitur, consuetudo cōsuetudine uincitur. P. H. At durū est ea relinquere, quibus diu assueveris. N. E. Initio quidē, sed eam molestiam diuersa cōsuetudo primum lenit, mox uertit in summam uoluptatem, ut te breuis molestia nō oporteat penitere. P. H. Vercor ut succedat. N. E. Si septuagenarius essem, nō retraherem te à solitis, nunc uix decimumseptimum, op̄nor, annum egressus es. Quid autem est, quod ista atas non posset uincere, si modò adsit promptus animus? P. H.

Philypnus, Equidem aggrediar, conaborq; ut ex Philypno fiam somni amic⁹: Phylologus. N. E. Id si feceris mihi Philypne, sat scio, post sermonis ama paucos dies & tibi serio gratulaberis, & mihi gratias ages, qui monuerim.

Sobrium con- ΝΗΦΑΛΙΟΝ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.  
tinuum.

ALBERTVS. BARTHOLINV. CAROLVS. DIONYSIVS. AEMYLIVS. FRANCISCVS. GYRARDVS. HIERONYMVS.

IACOBVS. LAURENTIVS.

AL. Vidistine unquam hoc horto quicquam amoenius?  
B. A. Vix opinor in insulis fortunatis esse quicquam iucundius.

eudiūs. c A. Planè mihi uideor uidere paradisum, cuius  
 stodem cultoremq; Deus præficerat Adam. D I. Hic uel  
 Nestor, uel Priamus posset repubesce. F R. Imò uel  
 mortuus reuiuiscere. G Y. Adderem lubēs si quid possem  
 tue hyperbole. H I. Profectò miris modis arridet omnia.  
 I A. Oportet hunc hortū aliqua cōpotatiuncula dedica-  
 re. L A. Rectè monet noster Iacobus. A L. Talibus myste-  
 rijs iam olim initiatus est hīc locus. Vcrum scito nihil hīc  
 esse unde uobis merendam exhibeam, nisi placet à oīos <sup>Id est, absq;</sup>  
 compotatio, lactucas apponā absq; sale, aceto & oleo, ui-  
 niguttula non est, nisi quod gignit hic puteus. Ne panis  
 quidē adest, aut poculum, & ea est anni pars, quae magis  
 pascit oculos, quam uentrē. B A. Sed habes tabulas luso-  
 rias, habes spheras, lusu dicabimus hortum si minus licet  
 conuiuio. A L. Quoniam tam belli homunculi conueni-  
 mus, habeo quiddā quod uel lusum, uel conuiuiū possis  
 dicere, mea sententia multò dignius ad hunc hortū ini-  
 tiandum. c A. Quodnā? A L. Suum quisq; symbolū con-  
 ferat, non deerit lautum, nec minus suave conuiuiū. A E.  
 Quid adferemus, qui uacui huc uenerimus? A L. Vacui,  
 qui tantum opum circumferatis in pectorē? F R. Expecta-  
 mus quid uelis. A L. Proferat in medium quod quisq; per  
 hanc hebdomadā legit elegantiſimū. G Y. Rectè mones,  
 nihil uel huiusmodi conuiuijs, uel te cōuiuatore, uel hoc  
 loco dignius: Te huius consilij ducem sequemur omnes.  
 A L. Nihil recuso, si uobis ita uidetur. Hodie uehemen-  
 ter delectauit animum meum in homine nō Christiano  
 tam Christiana sententia. Phocion enim, quo uix alius  
 apud Athenienses fuit uir sanctior, publicaq; utilitatis  
 studiosior, quū per inuidiā damnatus, esset bibiturus cicu-  
 Patientia  
 Phocionis.  
 Cicuta, publī  
 ca Athenien-  
 sium poena.  
 tam,

tam, rogatus ab amicis, quid uellet etiamnū mandari filij suis, Ne huius, inquit, iniuriæ uelint unquā meminis.  
 sc. B A. Tam insignis patientiæ exemplū uix hodie reperias inter Dominicanos & Franciscanos. Itaq; simile re Aristidis. seram, quādo par non possum. Aristides Phocioni similius erat, moribus incorruptissimis. Adcō ut uulgas illi iusti tribueret cognomen. Ob huius cognominis inuidiam, uir optimē de republica meritus, ostracismo populi iussus est uertere solū. Posteaquam intellexerat populū non alia re offendit, quam iusti cognomento, quum alioqui rem semper expertus esset sibi salutare, paruit aequo animo. In exilio rogatus ab amicis, quid precaretur ingratissimæ ciuitati. Nihil aliud, inquit, nisi tantā rerum prosperitatē, ut illis nunquam in mentem ueniat Aristides. C A. Mirū si Christianos non pudet sui, ad quāuis leuem iniuriam excandescentes, ac vindictā per fas nefasq; molientes. Tota Socratis uita nihil aliud mihi uideatur, quam temperantiae ac tolerantiae exemplum. Sed ne plane sim asymbolos, unum referā, quod mihi præ ceteris arrisit. Eunte publica uia, improbus quispiā colaphū impedit. Quū id tacitus ferret Socrates, amici quidā hortati sunt ad ultionem. At ille, Quid percussori faciā, inquit. Voca, inquiunt, in ius. Ridiculum, inquit: si me asinus calcibus percussisset, num uobis autoribus, asinū in ius trahā? significans improbum scurrā nihilo potiore asino: & infimi animi esse, non posse ferre contumeliā ab homine uerandi, quam ferret ab animali bruto. D I. Pauciora sunt in Romanis Annalibus exempla moderationis, nec ex parte rendere insignia. Neq; enim opinor magnā habere laudem tolerantiae, si quis parcat deuictis, & debet letet superbos.

Non

Non arbitror tamen indignū memoratu, quod Cato se Catonis.  
 nior, quum Lentulus quidam in os illi sputū & oris pur-  
 rulentia iniecisset, nihil aliud responderit, quām, Posthac  
 habeo quod illis respondeam, qui negant tibi esse os. Os  
 autem Latinis habere negātur, quos nihil pudet. Itaq; io-  
 cus est ex ambiguo. A E. Alijs arrident alia, mihi inter  
 Diogenis dicta præclara quidē omnia, nihil magis ad  
 blanditur, quām quod roganti cuidā, quo pacto maxime  
 posset ulcisci inimicū. Si te ipsum, inquit, quām maxime Inimic⁹ quo-  
 probum & honestum uirum præstiteris. Demiror quis modo ulcisci-  
 dus.

Deus illis tales cogitationes miserit in mentē. Videtur au-  
 tem & Aristotelis dictū ualde consentancū Paulino do- Aristoteli qd  
 gmati, qui rogatus à quodā, Quid fructus sua illi philoso profuerit phi-  
 phia attulisset, Ut mea, inquit, sponte ea faciam, quæ ple-  
 riq; legū metu coacti faciūt. Docet enim Paulus, eos quos  
 affluit Christiana charitas, non esse legi obnoxios, eò  
 quod plus præstant suapte sponte, quām lex metu pœnæ  
 possit extorquere. F R. Christus Iudeis obmurmuratibus Matth. 9.  
 quod cū publicanis & peccatoribus haberet etiā mensa Marci 2, &  
 familiaritatē, respondit, nō esse opus medico ihs, qui rectè  
 ualarent, sed qui minus prospera essent ualetudine. Non  
 abhorret hinc quod apud Plutarchū dixit Phocion, qui  
 quū reprehēderetur, quod homini illauduto, improboq;  
 patrocinatus esset in iudicio, non minus festiuiter quām  
 clemēter, Quid ni, inquit, quando nemo probus indiget  
 tali patrocinio? G Y. Et isthuc Christianæ bonitatis exem- Matth. 9.  
 plū est, ad exemplū æterni patris & probis, & improbis quantum licet bene facere, qui solē suum oriri iubet, non  
 solum pijs, sed etiā impijs. Verū admirabilius forsitan  
 erit in rege moderationis exemplū: Cū Demochares De  
 mosthenis

moſthenis nepos, Atheniensum nomine legatione fungere  
Philipp<sup>r</sup> rex. retur apud Philippū Macdonum regem, & impetratis  
qua uolebat, à rege dimitteretur, humaniter interrogau-  
te, si quid præterea uellet, ut teipsum suspendas, inquit  
Demochares. Vox impotens odiū arguebat, & rex erat,  
& benemeritus in quem iaciebatur conuicium, nec tan-  
men incanduit, tantū ad collegas conuersus, Vos, inquit,  
hec renunciate populo Athenensi, quò re cognita iudicet, utrum  
utrum nostrū existimet præstantiorē, me qui hæc pa-  
tienter audierim, an istum qui hæc dixit. Vbi nunc sunt  
orbis monarchæ, qui se dijs pares putant, & ob uerbum  
inter pocula dictū atrocia bella concitant? H I. Magnos  
impetus habet gloriae sitis, multosq; transuersos agit hic  
affectus. Ex eorum numero quidā Socratem interroga-  
bat, qua uia posset sibi cōpendio honestissimam cōpara-  
re famam: Si talem, inquit, præstiteris teipsum, qualis ha-  
beri uis. I A. Profecto non uideo quid dici possit uel bre-  
uius, uel absolutius. Fama non est affectanda, sed ea uirtu-  
tem ultro comitatur, quemadmodū improbitatem infamia. Vos admiramini uiros, mihi puella Lacena placuit,  
quaē quū in auctione uenderetur, licitator quidā adiū il-  
lam, Quid, inquiens, num proba futura es, si te mercatus  
fuerō? Etiā, inquit illa, si tu non fueris mercatus: indicas  
se se non in cuiusquam gratiam probitatem seruare, sed  
suopte ingenio uirtutē ipsius gratia sectari, quod uirtus  
ipsa sui precium est. L A. Masculam sane uocem edidit  
puella. Ceterum insigne mihi uidetur exemplū aduersus  
fortunā quamlibet blandientem constantiæ, quod quam  
Philippo Macedonū regi tres eximiæ felicitates eodem  
die nuntiarentur, quod in Olympijs uicisset, quod dux  
exercitus

excitus Parmenion prælio superasset Dardanos, quod  
uxor Olympias ipsi filium esset enixa, sublatis in cœlū mar-  
nibus precatus est, ut Deus tantam prosperitatem pate-  
retur leui quopiam in fortunio expiari. A L. Hodie nulla  
est tanta prospexitas, cuius inuidia metuat quisquam, sed  
perinde iactant, si quid successerit, quasi uel mortua, uel  
sorda esset Nemesis. Hæc merenda si uobis placet, hic  
hortulus eam uobis quoties uolueritis exhibebit, quem  
hoc colloquio non minus iucundo quam frugifero dicati-  
sis. B A. Profectò nec Apilius potuisse discū suauorem  
apponere. Quare nos expectabis frequenter, modò boni  
cōsulas, quod nunc attulimus, non quæ digna erant tuis  
auribus, sed quæ nō præmeditatis uenerunt in mentem.  
Meditati lautiora proferemus. A L. Hoc eritis gratiores.

## ARS NOTORIA.

DESIDERIVS. ERASMIUS.

D E. Quomodo succedūt tua studia Erasmi? E R. Musis,  
ut apparet, parum fauentibus, sed felicius succederent, si  
quiddā abs te queam impetrare. D E. Nihil non impetra-  
bis, modò sit in rem tuā. Dic tantū quid rei sit. E R. Non  
dubito, quin nihil sit artium reconditarū quod te fugiat.  
D E. Utinā uera prædices. E R. Audio artem esse quan-  
dam notoriā, quæ hoc præstet, ut homo minimo negotio  
perdiscat omnes disciplinas liberales. D E. Quid audio?  
Vidisti codicē? E R. Vidi, sed uidi tantum quod non esset  
doctoris copia. D E. Quid continebat liber? E R. Varias  
animantiū formas, draconum, leonum, leopardorum, uas-  
riosq; círculos, & in his descriptas uoces partim Græ-  
cas, partim Latinas, partim Hebraicas, aliasq; barbarica-  
rum linguarū. D E. Intra quot dies pollicebatur titulus

Ars notoria,  
qua rē aliquæ  
cognoscimus,  
sic opinor uo-  
cat artem me-  
moratiuam.

M discū

disciplinarū cogitationē? E R. Intra quatuordecim dñi  
Magnifica sanè pollicitatio, sed nosti ne quenquam per  
istam artem notoriā euāisse doctum? E R. Nequaquam.  
D E. Nec quisquā alius uidit unquam aut usus est,  
nisi postea quām uiderimus aliquem per alcumificam  
euāisse diuitem. E R. Evidēt optarim artem esse uer-  
am. D E. Fortasse quod pīgeat literas tantis sudoribus  
emere. E R. Scilicet. D E. Atqui sic uisum est superis.  
Opes istas uulgares, aurū, gemmas, argentū, palatia, re-  
gnū nonnunquā, largiuntur ignauis et immerentibus:  
Sed que uerae sunt opes, ac propriē nostrae sunt, uoluerūt  
parari laboribus. Nec oportet nobis uideri molestum la-  
borem, quo res tanta paratur, quū cernamus plurimos  
homines, per horrenda discrimina, per non estimandos  
sudores eluctari ad res & temporarias, & plane uiles, si  
ad eruditōnē conferantur, nec tamen semper assequuntur,  
quod ambiunt. Et habent studiorū labores multū  
admixtū mellis, si paululum in ea processeris. Iam in te-  
bona ex parte situm est, ut magnā tædiorum partē ampu-  
tes. E R. Quo nā pacto? D E. Primum, ut animū inducas  
amare studia. Deinde, ut ea mireris. E R. Quibus rationi-  
bus hoc fiet? D E. Contemplare quām multos ditarint,  
quām multos ad summā dignitatē autoritatēq; proue-  
xerint literæ. Similq; tecū cōsidera quantū intersit inter  
hominem & pecudē. E R. Probē moncs. D E. Deinde ci-  
cures ingenii tuum oportet, ut possit secū cōsistere, atq;  
bis delectari, quæ utilitatē adferunt potius, quām uolu-  
ptatē. Nam quæ per se sunt honesta, etiam si initio non  
hil habent molestiæ, tamen assuetudine dulcescūta fiet,  
ut & minus fatigē pīceptorem, & ipse facilius percū-  
pis,

pias, iuxta dictū Isocraticū, aureis literis in frontispicio  
codicis tui pingendum, Εαν ἦς φιλομαθὴς τοι πολυμαθῆς. Id est, Si fue-  
ris cupidus di-  
E R. Satis adest celeritatis in percipiēdo, sed mox effluit,  
quod perceptū est. D E. Itaq; pertusum mihi narras doi-  
lum. E R. Haud multūm aberras à scopo. Sed quid reme-  
dis? D E. Obturāda est rima, ne perfluat. E R. Quibus re-  
bus? D E. Non musco, neq; gypso, sed diligētia. Qui uoces  
ediscit nō intellecta sententia, mox obliuiscitur: nam ueri-  
ba, ut inquit Homerius, *πόσταντα* sunt, facileq; auolāt, nisi Id est, alata.  
sententiarū pondere librentur. Prima igitur cura sit, ut  
rem penitus intelligas, dein subinde tecū uerbes ac repe-  
tas: O in hoc cicurandus est, ut dictū est, animus, ut quo-  
ties opus est, cogitationi posset insister. Nā si cui mens  
est adeò sylvestris, ut in hoc cicurari nō poscit, haudqua-  
quā est idonea literis. E R. Isthuc quām sit difficile, plus  
satis intelligo. D E. Quisquis enim habet animū adeò uo-  
lubilē, ut nulli cogitationi posset immorari, nec diu potest  
audire loquentem, nec infigere memoriae quod didicit.  
Plumbo potest aliquid imprimi, quod maneat in loco:  
aqua aut argento uiuo, quoniā assidue fluitat nihil potest  
imprimi. Quod si poscis in hoc ingenū tuum mansueta-  
cere, quū assidue uerberis inter eruditos, quorū confabu-  
lationes quotidie tā multa proferūt digna cognitu, mini-  
mo labore disces quā plurima. E R. Profectō sic est. D E.  
Nā prater sermones conuiuiorū, prater quotidiana col-  
loquia, statim à prandio audis octo lepidissima dicta, ex  
probatisimis autoribus selecta, totidē à cœna. Iam mihi  
supputa quantā hæc summā conficiāt in singulos mēses  
O annos. E R. Magnificā, si possim meminisse. D E. Ad  
hec quū nihil audias nisi bene Latinè loquētes, qd obstat,

quo minus intra paucos menses ediscas Latine, quū illiterati pueri Gallicam aut Hispanicam linguam discant exi-  
guo temporis spatio? E R. Sequare tuum consilium, expe-  
riarq; num possit hoc ingenium Musarum iugo mansue-  
scere. D E. Ego aliam artem notoriam non noui, quam  
curam, amorem, & assiduitatem.

## C O N C I O , sive M E D A R D U S .

H I L A R I V S , E T L E V I N V S .

H I. Deum immortalē , cuiusmodi portenta gignit aliq; terra ? Vsq; adeò nihil pudere uiros Seraphicos ? Existimant, opinor, sese apud fungos, non apud homines loqui. L E. Quid secum murmurat Hilarius ? Cōponit opinor uericulos. H I. Quām libens illi blateroni os impurū ob-  
turassem oletu. L E. Compellabo hominē. Quid agis Hi-  
lari, parum hilaris? H I. Optimè temet offers Leuine, in  
quem hanc pectoris & gritudinē euomam. L E. In peluum  
euomas malim, quām in me. Sed quid est mali et unde no-  
bis prodiss? H I. E cōcione sacra. L E. Quid homini poët. e-  
cum sacrī concionibus? H I. A sacrī non abhorreo, sed  
in hāc incidi ita sacrā, ut Vergilius auri famem appella-  
uit sacrā. Ac tales rabulæ sunt in causa, ut rari sit audiam  
ecclesiastas. L E. Vbi habita est cōcio? H I. In summo tem-  
plo. L E. A prandio? Id temporis ferē dormitāt homines.  
H I. Utinā illi locutuleio dormissent omnes, uix digno qui  
cōcionetur apud anseres. L E. Obstreperū est animal an-  
ser. Ferunt tamen patriarchā Franciscum aliquādo con-  
cionatū apud sorores auiculas, à quibus magno silentio  
sit auditus. Sed agē, ctiā ne sabbato fit concio? H I. Fit in  
honorem diuī Virginis matris. Nam dic dominico Chri-  
stus prædicatur. Decet aut ut priores teneat mater. L E.

Quod

Quod erat thema? H I. Enarrabat canticū Virginis. L E.

Argumentū uulgatissimū. H I. Nimirū aptissimum eccl<sup>esiastæ</sup>. Nam suspicor illum hoc unū thema didicisse: quemadmodū aiunt inueniri sacerdotes, qui nullā litur<sup>giam</sup> callent, nisi pro defunctis unicā. L E. Dicatur igitur illi cōcionator de Magnificat, aut si mauis, Magnificatius. Sed cuiusmodi tandem avis erat, aut quibus ornata plumis? H I. Vulturi nō dissimilis. L E. Quia tandem ex corde? H I. Frāiscana. L E. Quid audio? ex tam sancto sodalitio? Fortassis ex illorū degenerē genere qui dicuntur Gaudentes, colore fusco, calceis integris, cingulo candenite, nec horrent, cōtremisco referens, nudis digitis contrebare pecuniā. H I. Imò ē grege selectissimo istorū qui gaudent Observantes nominari, colore cinericio, cingulis cænabeis, calceis fencestratis, quiq; citius occiderent hominem, quam nuda cute pecuniā attingerent. L E. Nihil mirum est, in rosarijs nasci cynorodū. Sed quis talē histrio? Cynorodium, rosa canina nem induxit in hoc prosceniu? H I. Isthuc magis etiā dioceres, si uidisses personā Tragicam. Corpore erat uasto, buccis rubentibus, uentre prominēte, latcribus gladiatorijs, dixisses athletā esse, et quantum ego diuinare queo, biberat in prandio plus, quam unum uini sextariū. L E.

Vnde tanta uini copia nō tractanti pecuniā? H I. Ex au-

la regis Ferdinandi singulo quoq; die dabantur illi sexta-

rij quatuor. L E. O male collocatū benignitatē. Fortassis erat doctus. H I. Præter effrontē improbitatē et linguam effrenem nihil habebat. L E. Quae res igitur sic imposuit

Ferdinando, ut bouē adduceret ad ceroma? H I. Ut numerodicā, pietas et regia bonitas. Comendatus erat, ille demittebat caput in dextrū humerū. L E. Sic Christus pen-

Liturgiā mi-  
nisteriū, sive  
munus publ-  
cum.

Cynorodium,  
rosa canina  
foede olens.

Bouē adduce-  
ret, hoc est, ad  
id quod iniū-  
lis est.

Ceroma ung-  
uentū dicitur,  
quo olim un-  
gebantur ces-  
tae.

det in cruce . Sed erat concio frequens ? H I . Qui potuit  
esse infrequens Augustæ, in templo celeberrimo, et in tot  
monarcharū conuentu, quos Carolus Cæsar ex uniuersa  
Germania, ex Italia, ex Hispanijs, ex Anglia cō contraxer-  
rat. Quin & eruditi cōplures aderant in ipsa concione,  
præsertim ex aula regū. L E . Demiror si porcus ille quic  
quam adferre pouit dignū tali auditorio . H I . At multa  
ſe digna protulit. L E . Quæ tandem obsecro? Sed priuile-  
queso ut mihi nomē hominis edas. H I . Nō expedit. L E .  
Quamobrem Hilari? H I . Non libet talibus gratum face-  
re. L E . Au, gratificatur qui traducit ? H I . Illis prosum  
mo beneficio est, quo cūq; modo innotescere. L E . Saltem  
mihi nomen edito tacituro. H I . Merdardū uocant. L E .  
Merdardū illum probè noui. Nimirum is ipse est, qui nu-  
per in conuiuio Erasmum nostrū appellauit diabolum.  
H I . Rem tenes. Sed quod in conuiuio dixit, tametsi non  
omnino dixit impunc, qui ciuiliores erant imputabant te-  
mulentiæ, et uino censembaū inscribendū. L E . Sed quid ex-  
cusationis attulit obiurgatus ? H I . Negauit sc̄ dixisse ex  
animo. L E . Qui potuit ex animo, cui nihil erat mentis  
aut animi? H I . Sed mihi ac doctis omnibus uisum est in-  
tolerable, quod publicitus, quod eo in loco, quod apud ta-  
les auditores, deniq; quod in tam celebri monarcharum  
cōuentu Merdardus suas merdosas purulētias effuderit.  
L E . Aueo sc̄ circ quid dixerit . H I . Multa stolidissime dei-  
bacchatus est in Erasmū nostrum, quorum hæc erat sum-  
ma: His, inquit, temporibus extitit quidā nouus doctor  
Erasmus, lapsa est lingua, asinus uolebā dicere : simulq;  
populo interpretatus est, quid Germanicè sonaret asin-  
nus. L E . Rem mirè faceta narras. H I . Ita ne faciat? Inno-  
fatuam

fatuam potius. L E . An non tibi facetū uidetur, talem asinum quenquā omnino uocare asinū, ncedum Erasmus vnum illud scio, si Erasmus ipse præsens fuisset, non potuisset à risu temperare. H I . Profecto non minus refert asinum animi stupore, quam colore uestis. L E . Neq; arbitror in tota Arcadia esse ullum asinum usq; adeo asinum, quin hic dignior sit, qui fœno pascatur, quam ille. H I . Prorsus inuersus est Apuleius: ille sub asinina specie tegebat hominē, hic sub hominis specie tegit asinū. L E . At tales asinos hodie mulso & placentis saginamus, ut mirum nō sit si mordeant quemlibet, & calcibus feriat. H I . Is, inquit, doctor asinus audet corrigere Magnificat, quum id canticū sit à spiritu sancto proditū per os sacratissimæ Virginis. L E . Agnosco ταροντιανὸν φίλον. H I . id est, Prouer Atq; his uerbis exaggerabat, quasi summa esset admissa bium non del blasphemia. L E . Mihi nūc cor metu palpitat. Quid erat vulgatum. criminis? H I . Aiebat Erasmū pro eo quod ecclesia canit, Quia respexit dominus humilitatē ancillæ suæ, uertisse, quia respexit uilitatē ancillæ suæ, eaq; vox odiosius sonat Germanicè, quam Latinè. L E . Quis autem nō fateatur esse blasphemiam execrabilem, si quis sacratissimam Christi matrem etiam angelica dignitate celsiorem appellest uisum ancillam? H I . Agè, quid si quis appellest apostolos seruos inutiles? L E . Parare blasphemō fasciculos. H I . Quid si quis eximium illum Paulum appellest indignum apostoli nomine? L E . Clamarem, ad ignem. H I . Atqui sic apostolos suos loqui docuit ille doctor unus irrefutabilis Christus: Cūm omnia feceritis, quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus. Ethuius præcepti non immemor Paulus de se prædicat: Minimus sum omnium. Cor. i. 17.

apostolorum, atq; adeò indignus apostoli titulo. L E . Verum ubi de se talia prædicant homines pij, modestia uirtus est, qua nulla Deo gratior: si quis aliis idem predicit de illis, præsertim in diuoru consonitum relatis, gravis sit blasphemia. H I . Pulchrè nodum secuisti. Proinde si Erasmus adorandā illam Virginem dixisset uilem ancillam domini, nemo non fatcretur, esse dictū impie. Ceterum quoniam ipsa ad istum modū de se loquitur, & in ilius cædit gloriā, & nobis salutare modestiae exemplum exhibetur, ut quoniā quicquid sumus, munificentia Dei sumus, quo quisq; maior est, hoc se gerat submisus. L E . Hactenus quidem inter nos conuenit. Verum isti quam corrigere dicunt, sentiunt corrumpere, siue falsare. Illud itaq; uidendum, an uilitatis uerbū Græca uoci, quam Lucas posuit, respondeat. H I . Istam ipsam ob causam à coniunctione mox ad codicem cucurrimus. L E . Expecto uenatum. H I . Verba que Lucas afflatu spiritus sanctissimis digitis suis exarauit, sic habent: ὅτι οὐδὲν αὐτὸν εἶπεν οὐδέποτε. Ed sic reddidit noster Erasmus: Quia respexit ad humilitatem ancillæ sue. Tantum addidit prepositionem, quā Lucas nō omisit, nec eam respuit Romani sermonis elegantiā, nec ad sensum est otiosa. Sic enim loquitur Terentius in Phormione: Respice ad me. In Annotationibus tamen admonet, Lucā potius dixisse, aspice ad me, quam respice ad me. L E . Interest igitur aliquid inter respicere & aspicere? H I . Non ita multum, sed tamen non nihil. Respicit, qui flexo collo aspicit quæ tergo sunt. Aspicit, qui simpliciter intuetur: uelut apud Terentium Phædria aspicit Thaidē domo prodeuntem, Totus, inquiens, Parmeno tremo horreoq; postquam  
aspici

aspexi hanc. At huius frater Chærea sic loquitur, Cūm  
huc respicio ad uirginē. Nam ad senem sc̄sc flexerat, eo  
absoluto reflexit corpus ad uirginē. Interdū tamen usuri-  
pant respicere pro eo quod est rationem seu curam ha-  
bere, siue rei cui sp̄ia imminentis, siue pr̄sentis. Ita Saty-  
ricus, respicere extremæ iuj̄it sp̄atia ultima uitæ. Mors  
enim uelut à tergo imminēs sequitur, ad quā reflectimus  
oculos, quoties eam animo reputamus. Et Terentius, Re-  
spice seneclutem tuam. Proinde qui alibi intentus nō ha-  
bet curam liberorū, dicitur illos non respicere, Rursus  
qui discus̄is alijs curis, cogitationē huc uertit, eleganter  
respicere dicitur. At Deus unico intuitu contuetur uni-  
uersa, presentia, pr̄eterita, & futura, & tamē in scriptis  
ra nobiscū humano more loquitur. Auersari dicitur eos,  
quos reprobat: respicere, quos aliquandiu ueluti negle-  
ctos dignatur suo fauore. Verum hoc magis expressisset  
Lucas, si dixisset, απέβλεψεν, nunc legimus επέβλεψεν. Sed  
utrum legas, minimum refert ad sensum. L. E. At uidetur  
otiosa pr̄positio repetita. H. I. Certè sic & Latiniloquuntur,  
acceſſit ad me, appulit animum ad scribendū. Hic mihi  
pr̄positio non uidetur otiosa. Nam respicere potest,  
qui in tergum fleſtit oculos casu quopiā, in nullam rem  
certam intendēs intuitū: at quum audis, respexit ad me,  
exprimitur peculiaris fauor uolentis huic aut illi succur-  
rere. Item aspicimus interdum casu obvia, quorum no-  
bis nulla cura est, imò quæ uidere nolumus. At quisquis  
ad aliquem aspicit, peculiariter attētus est ad id quod in-  
tetur. Ad hæc, multa simul aspicimus, sed non ad mul-  
ta. Spiritus itaq; sanctus uolens nobis exprimere singula  
rem erga sanctissimā uirgunculam fauorem, sic per illius

os loquutus est: Quia respexit ad humilitatem ancille suæ. Auertit oculos ab elatis suoq; iudicio magnis, & obtutū suum flexit ad eā, que in oculis suis erat infima. Nec enim dubium est, quin multi fuerint docti, potetes, diuites, nobiles, qui sperabant Messiam ex ipsoru surpe proditurum, sed illos aspernatus Deus, clementissimi suuoris oculos flexit ad uirginem, fama obscurā, opibus tenuem, fabro nuptā, ne sobole quidem ulla diuitem. L E. Non dū audio quicquā de uilitate. H I. Ea uox sycophantiae fuit nō Erasmi. L E. At in annotatione forsitan memini uilitatis. H I. Nequaquam. In uocem ταπερωτην tantum hoc modestissimè notat. Ut intelligas, inquit, paruitatem, non animi uirtutē, sitq; sensus: Etsi sim infima ancilla, tamen non est auersatus me dominus. L E. Hec si uera sunt ac pietatis plena, quid est quod obrudant onagri? H I. Latine uocis ignorantia patrit hos tumultus. Humilitas apud ueteres emendatius loquētes nō declarat uirtutem animi, quæ pugnat cum arrogantia, diciturq; modestia, sed conditionis abiectiorem sortem: quo sensu ignobiles, tenues, idiotas & contemptos humiles dicimus, quasi humili repentes. Quemadmodū igitur magnatibus loquētes dicimus, Rogo ut tua celsitudo nobis hac in re faueat: ita qui de se loquentes sua uolunt eleuare, dicere solent. Queso ut humilitatem nostrā tua humanitate subleues. Nam pronominum primogenitorū emphasis interdum habet nescio quid arrogās. Quod genus est illud, Ego dico, ego perficiam. Bifariam itaq; puella modestissima simul & suam sortē extenuauit, & numinis in se munificientiam extulit, non contenta scipsam ancillā dicere, sed addidit, humilem ancillā, & infime sortis. Quemadmodum

dum iuxta proverbum, scrivus præscrivo est, ita & inter  
ancillas alia est alia præstantior, nimirum pro dignitate  
functionis. Honestior enim compratrix, quam lotrix. L E.  
At miror Merdardum non agnouisse sermonis formam,  
quum ipse frequenter audierim Franciscanos ita loquen-  
tes, Mea paritas agit tibi gratias pro lauta refæctione.  
H I. Quidā non multūm aberrarent, si dicerent, mea pra-  
uitas. Ceterūm quoniam Græca uox ταπενοφρωσίαν quid  
dā amplius exprimere uidetur, quam Latina, modestia,  
Christianī maluerunt humilitatem dicere, quam mode-  
stiam: hoc est, maluerunt significantius loqui, quam ele-  
gati. Modestus enim is dicitur, qui modicē de se sentit,  
nihil sibi præter meritum arrogans. At ταπενοφρωσία  
laus nō cōpetit nisi in eum, qui minus sibi arrogat, quam  
habet. L E. At periculum est ne dum modestiā amplecti-  
mur, incidamus in uanitatē. H I. Qui sic? L E. Nam si ue-  
rum dixit Paulus, nō sum dignus uocari Apostolus, & si  
ucrese dixit Maria ancillā humilem: hoc est, insimæ for-  
tis, periclitantur de mendacio, qui utrūq; tam magnifi-  
cis efferunt laudibus. H I. Nihil hic ô bone periculi: quū  
nos laudibus uechimus pios aut pias, prædicamus in illis  
Dei benificantiam: quum ipsi se met abisciunt, respiciunt  
uires ac merita sua, si desit fauor numinis. Nec statim  
mendaciū est, si quis sibi nō uindicat que habet: si loqui-  
tur ex animo, fortassis error dici potest, mendacium dici  
non potest. At hunc errorem in nobis amat Deus. L E.  
At Paulus qui se negat esse dignum Apostoli titulo, alibi  
magnificē de se prædicat, commemorans sua facinora:  
Plus inquit, omnibus laboravi, & qui uidebantur esse  
aliquid, nihil mihi contulerunt, quum sanctissima Virgo  
talc

<sup>1.</sup>Corint. 25.  
Galat. 2.

tales nihil dixisse legatur. H. i. Sed ista facinora Paulus appellat suas infirmitates, quibus illustrata est Dei potentia, eamq; cōmemorationem uocat insipientiā, ad quam sit adactus pseudapostolorū improbitate, ob quos fuit illi necesse sibi uindicare autoritatem apostolicā, non quod ipse delectaretur humana gloria, sed quod expediret Euā gelio, cuius dispensatio fuerat illi credita. In Virgine matre non fuit eadem ratio: non enim illi commissum erat munus prædicandi Euangelij. Tum & sexum, & virginem deniq; Iesu matrē decebat summus pudor summaq; modestia. Nunc uenio ad huius erroris fontem. Qui Latinè nesciunt, putant humilitatem nihil aliud declarare, quam insignem modestiam, quum interdū referatur ad locum aut conditionē, non ad animi uirtutem: interdum sic referatur ad animum, ut uitium sonet. L. E. Etiā ne in sacris literis? H. i. Maxime. En tibi locū apud Paulum ad Coloss. cap. 2. Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione Angelorum. Nec hic est ἐν ταπεινοῖς, quia uox est in cantico Virginis, sed ἐν ταπεινοφρεγών. Locus habet non nihil obscuritatis fateor, sed mihi uidetur genitus sensus, quem accuratius docti adferunt, Ne sit tam humili, tamq; abiceto animo, ut quum semel dedicaveritis uos ipsos Christo salutis unico auctori, patiamini uobis persuaderi, ab Angelis sperandā esse salutem, quos quidam sibi fingunt apparuisse. Sitis ex celso animo, ut etiam si uerè Angelus quispiam è celo ueniens, predicit uobis aliud Euangeliū, quām quod Christus tradidit, sit uobis execrabilis, uelut Angelus impius et Christi aduersarius. Multò minus cōuenit uos esse tam demissis animis, ut istorum fictis apparitionib; patiamini uos abduci

ducī à Christo. Ab uno Christo sperare salutem, religio est: ab Angelis aut diuis idem expectare, supersticio est. Paulus igitur uult, humilis abiectiq; animi esse, ab illo sublimi Christo ad cōmentitias Angelorū apparitiones desciscere: demissi ingenij est, quorumlibet suasu circumagi. Vides hic ταπενοφροσύνω in uitium usurpatam esse. L.E. Quid ni uidcam? H. I. Rursus in eodem cap. Secundum præcepta & doctrinas hominū, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate. Hic iterum ταπενοφροσύνω uitium sonat. L.E. Palam est. H. I. Atqui 1. Pet. 5. usurpatur prouirtute que contraria est superbiæ, τὸν ταπενοφροσύνω ἵγνουσσαδε, pro quo nos legimus, humilitatē insinuatæ. Rursum ad Phi. 2. τὴν ταπενοφροσύνην ἀληθές οὐ γέμειν πρέχοντας ἐκυρώμ. id est, per animi modestiam unusquisq; alium se præstantiorem existinet. L.E. Docuisti ταπενοφροσύνω usurpari in utranc; partem, quū apud Latinos modestia non usurpetur nisi in laudem. Verum potes ne docere τηνέντωρ accipi pro modestia? H. I. Nihil absurdum, si quis ad istum modum usurpet. Nam & animo tribuere submissionem aut demissionem pro modestia nihil uctat. Cæterum an in diuinis literis ita positum reperiatur nescio. L.E. Vide num apud diuum Iacobum ita sit usurpatum, Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, diuīs autem in humilitate sua. H. I. Isto quidem loco est, in ταπενοφροσύνω, non ταπενοφροσύνη. Quod si contendas hic humilitatem accipimus pro modestia, consequens est, ut exaltationem accipiamus pro superbia, ac protinus gemina existet absurditas. Nam ut modestus non est, qui de sua modestia gloriatur ac iactital fese: ita bis arrogans est, qui de sua superbia gloriatur.

gloriatur. L E . Quid igitur sibi uult Apostolus? H I . Com-  
mendat æqualitatem inter Christianos . Pauper dicitur  
humilis ob fortunam abiectionem: diues dicitur sublimis,  
utiq; iuxta mundum, ob fortunæ splendorem . Hic diues  
se demittit ad sortem pauperum , & pauper erigitur ad  
æqualitatem diuitum . Vterq; habet quod gloriatur: ab-  
ter gaudet suis opibus subleuari pauperum inopiam: ab-  
ter glorificat Christum, qui eam mentem inspirarit diui-  
tibus. L E . Sed interim diues ille modestiæ laudem habet.  
H I . Fortasse, sed non ideo protinus ταπερωτις significat  
modestiam . Sunt enim qui uenantes laudem ab homini-  
bus multa pauperibus erogant . Quin potius uterq; mo-  
destus est, si modo adsit sincera pietas, diues dum non  
grauatur ob Christum æquari pauperi: pauper, dum ob  
honorem sibi habitum nō insolescit, sed Christo gratias  
agens in illo gloriatur . Illud extra controuersiam est, τα  
περωτις in diuinis libris frequentissimè usurpari pro de-  
missione siue deiectione, quæ sit per afflictionem, aut con-  
ditionis infirmitatem . Ita Paulus Philipp. 3. Reformabit  
corpus humilitatis nostræ, ταπερωτως . Item Psal. 9. Vi-  
de humilitatem de inimicis meis, ταπερωτις . Rursum  
118. Hæc me cōsolata est in humilitate mea, εν ταπερωτι,  
numirum in afflictione . Huius generis loca sunt complu-  
ra, quæ longum sit hic referre . Quemadmodum igitur  
μηλαφειναις ταπερωτι dici posset ὁ ταπερωτόφερων, qui moder-  
sto sit animo minimq; elato: ita nihil prodigijs fuerit, si  
quis ταπερωτι dicat ταπερωτοφερούων: nos de scripture  
usu loquimur . Cæterum qui contendunt in cantico Mai-  
rie ταπερωτι sonare modestiam animi, quin eadem ope-  
ra sic interpretantur quod legimus Genes. 29. Vedit do-  
minus

minus humilitatem meam, ταῦτων. Lia non iactat suam modestiam, sed quod ob deformitatem minus esset cordi marito, humilitatem appellat. Eundem ad modum Deuteromij 26. Et respexit humilitatem & laborem atq; angustiam. An non hic ταῦτων appellat afflictionem? L E. Vnde igitur istis in mentem incidit, ut humilitate in catico interpretentur animi modestiam? H I. Nihil aliud uideo cause, nisi quod multi Theologi neglexerint & linguarum peritiam, & Latini sermonis studium una cum priscis ecclesiæ doctoribus, qui sine hisce præsidijs ad plenum intelligi non queant: præterea quod difficillimum sit refellere, si quid penitus insederit animo. Porro uideas quosdam tantum scholasticis placitis tribuere, ut malint ad ea detorquere scripturam, quam ad scripturæ regulæ opiniones humanas corrigeare. L E. At isthuc absurdius est, quam quod narrant de regula Lesbia. H I. Beda monachus non admodum gravis autor, quoties ab alienis recedit uestigij, ex occasione dictæ humilitatis meminit de superbia. At Theophilus scriptor Græcus, qui sua ferè ex probatissimis Græciæ scriptoribus hausit, negat hic ταῦτων accipi posse pro uirtute. L E. Ad istud probandum quid opus est autoritate, quum ipse sensus communis respuat eam interpretationem? H I. Recite dixisti. Nam cum modestia sit quodammodo colophon, ac tutatrix omnium uirtutum: immodestia est, si quis eam de se prædicet. Fatemur quidem in sanctissima Virgine uirtutem hanc fuisse summam & incomparabilem, Christum semper excipio, sed hoc ipso ob modestiam laudabilior est, quod eam ipsa non laudat, sed agnoscens sue conditionis

tionis humilitatem, mysterij magnitudinem ascribit misericordiae diuinæ. Maria, inquit, per modestiam meruit fieri mater Dei. Donec mus hoc aliqua ex parte uerū esse, uerū quæ tandem modestiæ species est, puerum hoc de se predicare? L E . Quin & ipse cantici tenor declarat libram de sua indignitate loqui, eoq; sic orditur: Magnificat anima mea dominum. At qui dicit, merui fieri mater Dei per modestiam, se magnificat, non dominum . Mox subiicitur: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes . Ecce significat rem subitam & inexpectatam. Non expectat autem summū honorem, qui se nullo honore dignū iudicat. Nec felicitas dicitur, si contingat quod meritis debebatur. Flaccus enim negat se hoc nomine felicem appellandū, quod à Me coenare in amicoru meū merū adoptatus esset. H I . Quamobrem? L E . Quia iudicio fuit ascitus, non gratuito favore. Me coenare illi tribuit, quod eius uirtutibus deberi iudicarat. Eodem pertinet, quod sequitur: Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctū nomen eius. Non dixit, fecit mihi magna, quia me dignā iudicauit, sed quia potens est, et facit quecumque uult, & ex indignis facit suo favore dignos, & ideo sanctum nomen eius: sanctum dixit gloriosum. Quantū autem nostris meritis arrogamus, tantum detrahimus diuinī nominis glorie. Nam iuxta Paulum, illius potētia per nostram imbecillitatem perficitur. Mox in eo uersu, De posuit potentes de sede, & exaltauit humiles, non est ratiōne, sed ratiōne, hoc est, contemptos, iuxta mundū ut opponatur potentibus. Hūc uersiculum iuxta propheetiæ elocutionis morem declarat sequens: Esurientes impuluit bonis, & diuites dimisit inanes. Quos modò dixerat

rat humiles, hic appellat esurientes, hoc est, tenues: quos  
modo potentes, hic diuites uocat. Proximo uersu fit men-  
tio misericordiae sese per omnes orbis nationes profun-  
dentis. In extremo uersu prædicat fidē dei in promissis.  
Sicut loquitus est, Eccl. Toto cantico prædicatur gloria,  
hoc est, potentia, bonitas, & ueritas dei: nulla est merito,  
rum mentio. LEB. Sed ut potentiam ac diuitias comitatur  
superbia, ita paupertas docet modestiā. HI. Nō equidem  
infior istud interdū accidere, sed uideas plerūq; pau-  
peres arrogantisimos: si negas, obijciā Merdardos mul-  
tos. Verū demus esse quod non est perpetuum, nō iam  
agitur qualis fuerit sacratissima Iesu mater, sed qualia de-  
se prædicari in hoc cantico. LEB. Demiror istorū peruvicā  
tiam, qui toties moniti, frequenter etiam irrisi, non resipi-  
scant. HI. Quoties moniti sunt, declamationem esse ficti  
thematis tractationē, ad exercendā dictionis facultatem  
adhiberi solitā: & tamen istis declamatio nihil aliud est,  
quām sacra concio. Quoties in clamatū est illis, coelibem  
esse, quisquis uxorem nō habeat, etiam si sexcentas alat  
concubinas: & tamē coelibatus istis nihil aliud est quām  
continentia & castitas. Idem usiuuenit de humilitate,  
alijsq; similibus quām plurimis. LEB. Vnde stupor tā per-  
tinax: HI. De Merdardis respondeo. Non dederūt à pue-  
ro operam literis, nec est illis præceptorū aut libroru co-  
pia, & si quidistiusmodi facultatis obtigit, malunt abdo-  
mini impendere. Sacrosanctam illam uestem existimant  
abunde sufficere, & ad pietatis, & ad eruditionis opu-  
lionem. Postremò putant nonnullam esse religionis par-  
tem, sic cum suo Francisco ne Latine quidē loqui sciant.  
LEB. Profectò plurimos noui qui ista ex parte bellè refe-

## 562 C O N C I O , S I V E

rant instituti sui principem, qui caperonē dixit pro gale-  
ro, opinor & uestimentibus pro uestibus. At Franciscus  
constanter recusauit presbiteri honorem, quod idem opi-  
nor fecit Benedictus & Dominicus. Num isti cū suis uc-  
stimētibus nō abhorrēt à galero Cardinalitio. H I. Quid  
ais? Imo ne à corona quidem triplici. Et humiles illi pau-  
peris Francisci filij porrigunt calceos suos summis orbis  
monarchis osculandos. L E. Iam si fuisset facta uilitatis  
mentio, quid erat piaculi? H I. Nihil si uilem intelligas,  
qui paruo aestimatur apud homines, aut qui sibi uidetur  
cōtemptibilis. Sed quid opus excusare, quod dictū nō est?  
L E. Nō puduit Merdardū ad istum mentiri modū idq;  
in phano iam celebri, in frequentissima monarcharū sy-  
nodo, coram tot eruditis uiris, quorū pleriq; Erasmicas  
lucubrations euoluerant? H I. Puduit ais? Imo sibi uisus  
est scurra rem palmariā ac triumpho dignā facere. Hoc  
est quartum Merdardorū uotum, longè tribus illis rela-  
gioius, nihil omnino pudere. L E. Istius profecto pleriq;  
sunt obseruantissimi. H I. Nec erat simplex mendacium.  
Primum Mariæ canticum, ut est à Lucas scriptū, manet  
intactum. Qui uero corrigere dicitur, qui nihil mutat?  
Deinde uox humilitatis immutata non est, nec illa usi-  
quam uilitatis mentio. Postremo non corrigit canticum,  
qui bona fide reddit, quod scripsit Lucas, sed explicat.  
L E. Video triplex mendacium effronte scurra dignum.  
H I. Mane. Non dū audisti, quod est omnium impudentissi-  
mum. L E. Etiam' ne amplius? H I. Vociferabatur docto-  
rem illū asinum fuisse principem, autore, & antesigna-  
nū uniuersi tumultus, quo nunc cōcutitur orbis Christia-  
nus. L E. Quid ais? H I. Huic imputandū quod tot seculis  
discit?

discinditur ecclesia, quod sacerdotes spoliatur decimis,  
quod contemnuntur episcopi, quod sacrosanctae pontifi-  
cis maiestati paßim oppeditur, quod agricolæ uetus gi-  
gantum exemplū instaurarunt. L E. Ita publicitus ē H I.  
Magnis clamoribus. L E. Atqui longè secus existimant,  
qui Erasmi libros attentius introspiciunt. Horū plurimi  
falentur se ex illius lucubrationibus hausisse uerae pietat-  
tis semina. Totum hoc incendiū per monachos ortum,  
per eosdē hucusq; incanduit, quod nō aliter nunc quoq;  
conantur extinguere, quam si oleum, quod aiunt, addant  
camino. H I. Vides ὡς νάνισον θυρίου δέσποινη γατίδη. L E. Id est, quam  
Rem acu tetigisti. Illi nimirū expedit in populo Christia-  
no superstitionis esse quam plurimū, pietatis quam mini-  
mum. Sed quid concio, ferebat ne Cumanū asinum, tam  
insolenter rudentem ē suggesto? H I. Quidā mirabantur  
quid accidisset homini. Qui stomachi erāt impatientio-  
ris surgebant, atq; ē templo abibant, submurmurantes,  
uenimus huc audituri laudes diue Virginis, et hic temu-  
lentus nobis euomit meras sycophātias. In his erant etiā  
non paucæ mulieres. L E. Atqui solet hoc genus mirè de-  
ditum esse isti sodalitio. H I. Vera prædicta, sed cœperunt  
et foeminæ sapere. Eruditi quotquot aderant, pleriq; rin-  
gi, nonnulli etiam subsibilare. L E. Non curat asinus sibi-  
la, oportuit talem rabulam putribus ouis aut ruderibus ē  
suggesto deturbare. H I. Non deerant qui hoc illo dignū  
existimarent: sed cohiebat illos loci reuarentia. L E.  
Sed loci religio non debet his opitulari, qui locum sceler-  
re prophanarunt: ueluti qui in templi septis occidunt  
hominem, non æquum est ut illic habeant asylum: iti-  
dem qui in sacrīs cōcionibus et loci religione, et populi

peſſima bestia  
est uenter.

patientia stolidè abutitur, huic nō oportet esse præsidio, quod ipse sua temeritate prophanauit. Laudatus est à prisca illuc, qui cum non habuit pro consule, cui ipse non esset senator: nec par est, ut populus cum habeat procœlestiastas, cui ipse non est concio. h i. Metuunt fulmen epi-

scorum, si quis instigāte diabolo, &c. nosti legem. l.e.  
Si quis suadē te. Canon est in Decretis, quo excōmu men. h i. Metuunt & illi. l.e. Quos? h i. Illos ipsos rai-  
nicātur qui in monachos & fæcere dotes ma-  
læ sunt. l.e. Quam ob rem? h i. Ob hoc ipsum, quod rabu-

minas, & isti metuunt unum mendicum? h i. Sed ob istu-  
huc ipsum magis formidandi, quod mendicisunt: quod  
cripiatur non habent, quo lèdant habent. Abi tu sodes  
ad uestparum aut crabronum nidum aliquem, & unam  
quamlibet ex illis digito continge, ea res si tibi bene suc-  
cesserit, redito ad me, & episcopos ignuos appellato,  
qui refugiānt unum mendicum irritare. Romanum pon-  
tificem nōnne potētissimi Christianæ ditionis monarchæ  
reuerentur, fortassis & metuūt? l.e. Nec mirū, est enim  
Christi uicarius. h i. At Alexander sextus, uir nec stultus,  
nec indocilis, fertur ita loqui solitus, se malle è summis  
monarchis aliquot offendere, quam unum quemlibet fra-  
terculum ex ordine mendicantium. l.e. Omitte pontifi-  
ces. Quam istius sceleris rumor ad aures principū, qui  
tum Augusta erant, dimanasset, non est sumptum de ho-  
mine supplicium? h i. Indigne tulerunt omnes, sed preci-  
pue rex Ferdinandus, et huius soror Maria, foeminarum  
huius seculi decus, Bernardus cardinalis Tridentinus,  
Balthasar episcopus Constantiensis: obiurgatus est graui-  
ter ecclesiastes, sed à nullo acrius, quam à Ioanne Fabro

ep. scopo

episcopo Viennensi. L E. Quid obiurgatio? asinus non sentit nisi fustem. H I. Præsertim si in uentre ingeras. Sed quid illi stolido fecissent principes, longe grauioribus cuius occupati? L E. Certè submouissent à concionandi mui nere & suam illi benignitatem subtraxissent. H I. At artifex ille pus suum in ipsam consilij dissolutionem distulerat, quem iam alioqui foret abeundum. L E. Isto quidem pacto dicuntur abire cacodæmones ingenti sextore relieto. H I. Itaq; dimissus est à rege Ferdinando, sed bene passus. Nam obiurgatio ne tantillum quidem detraxit hominis obesitati. L E. Franciscus dicitur concionatus sororibus auibus, iste dignus uidetur qui concionetur fratris bus asinis ac suibus. Sed quò se contulit? H I. Quò, nisi ad suos gregales, à quibus exceptus est ouatione ob rem strenue feliciterq; gestam, & inter pocula pro, lo triumphe, cantatū est, Te Deum laudamus. L E. Dignissimus est iste Merdardus, qui funē in collo gestet potius, quam in lumbis. Sed quid imprecemur isti solido gregi, qui tales souet pecudes? H I. Vix inuenias quod illis impreceris malum grauius, quam ipsi accersunt sibi. Siquidem his rationibus maxime traducunt scse, & in bonorum omnium coniiciunt odium, efficacius quam quisquam possit hostis. Sed non est Christianæ mentis cuiquam imprecati male, illud potius optandum, ut clementissimus rerum formator et reformator, qui ex Nabugodonosor homine fecit bouem, & rursus ex boue fecit hominem, quiq; a sine Balami dedit hominis linguam, omnes Medardi si miles ueritat in melius, detq; illis & mentem, & linguam uiris Euangelicis dignam.

Dan. 4.

Numeri 22.

N ; PHIL.

## PHILODOXVS.

PHILODOXVS. SYMBVLVS.

Philodoxus, PH. Felix aūspiciū interpretor occursum tuum Symbu  
ambitiosus, le. s y. Utinam sit aliquid Philodoxe, in quo tibi queam  
gloriae cupi- esse felix. PH. Quid aūspicatus, quām si quis Deus oī  
dus. currat hominiē s y. Evidem nihil iſthoc existimare au  
σύμβολος  
consiliarius. spicatus, etiam si sexcentae uolitent noctua. Sed quēm mi

Homo homi- hi narras Ucū? PH. Te inquā Symbule. s y. Mē ne? PH.  
ni Deus, uide Te plane. s y. Ego Deos cacātes nunquām feci pili. PH.  
Chiliades.

Si non fallit prouerbiū, Deum esse quisquis iuuat mortu  
lem, tu mihi Deus esse potes. s y. De fide prouerbiū uide  
rint alij, ego certe perquām lubens amico profuero, si  
queā. PH. Non est quod metuas Symbule, haud peto mu  
tuū, sacra res est consiliū, eo tanūm me iuuā. s y. Atqui  
iſthuc ipsum est petere mutuū, quandoquidē hoc officiū  
genus inter amicos ultro citroq; cōmēare debet, quem  
admodū & cætera omnia. Sed quid est rei in quo meum  
desideras consiliū? PH. Piget obscuritatis, cuperem esse  
celebris, cōmonstra uiam. s y. En tibi compendiariam:  
Imitare Erostratū, qui incendit templū Diane, aut huic  
similimum Zoilum, qui lacerauit Homerū, aut aliud aliū

Id est, celebra  
tus perpetuo. quod facinus memorabile designa, & doid, με eris cum  
Cercopes au- Cercopibus ac Neronibus. PH. Famā ex scelere parent  
te, fratres sue alij, ego nomē ambio rumoris honesti. s y. Talem igitur  
re improbita- te & malitia te p̄esta, qualis optas p̄edicari. PH. At multis egregia  
celeberrimi, lege prouerb. uirtute p̄reditis non contingit nominis celebritas. s y.  
Ne in me lam  
pigium. Istud an uerū sit nescio, attamen si id cueniat, quod aīs,  
ipsa uirtus abunde magnū sui p̄emiū est. PH. Vera p̄e  
dicas, planeq; philosophice. Veruntamen, ut sunt res hu  
manæ, mihi uidetur gloria p̄cipuum quoddam orna  
mentum

mentū esse uirtutis, quæ non aliter gaudet agnoscī, quām  
solamat lucere, uel ob hoc ipsum, ut & profit quām plus  
rimis, & quām plurimos ad sui pellicat emulationē. Po-  
stremò non video quā possessionem speciosiorem paren-  
tes liberis suis relinquere possint, quām honesti nōminis  
immortalem memoriam. s v. Ut video, gloriā exptis uire-  
tute partam. p h. Scilicet. s v. Proinde tibi propone lite-  
ris omnium celebratos, Aristidē, Phocionem, Socratem,  
Epaminundā, Scipionem Aphricanum, Catones, Senio-  
rem & Uticensem, M. Brutū, & horum similes, qui belli  
domiq; de rep. quām optimè mercari studuerunt. Hic est  
enim feraciissimus gloriæ campus. p h. Verum inter istos  
celebres, Aristides ostracismo iussus est solū uertere, Pho-  
cion & Socrates biberunt cicutā, Epaminundas capitū  
est postulatus, quemadmodū & Scipio: Cato senior qua-  
dragies reus causam dixit, Uticensis sibi mortem consci-  
uit, itidem Brutus. Ego gloriam optarem nulla inuidia  
contaminatā. s v. At isthuc ne Herculi quidem filio con-  
cessit Iupiter. Nam post tot monstra uirtute domita, cum  
exectra fuit extreum certamen, idq; multò omniū per-  
tinacissimū. p h. Ego Herculis suos gloriosos labores nun-  
quām inuidebo. Eos demum felices duco, quibus obtigit  
honestum nomen nulla inuidia contaminatū. s v. Vis,  
ut video, suauiter uiuere, eō metuis inuidiam, nec id iniu-  
ria, κάνιτον γέγονον. p h. Sic est. s v. Ergo οὐδὲ βίω-  
σας. p h. At isthuc est mortuum esse, non uiuere. s v. In-  
telligo quid affectes. In sole clarissimo uersari gaudes  
absq; umbra. p h. Isthuc quidem fieri non potest. s v. At  
nihil magis fieri potest, ut gloriam consequaris nulla  
contaminata inuidia. Recte facta ultro sequitur gloria,

Exectra hy-  
dra appellata  
est, quod uno  
capite absci-  
so plura ex-  
crescerent.

Id est, pessimū  
enim est ani-  
mal.

Id est, laten-  
ter uiuo.

gloriam comitatur inuidia. p. H. Atqui posse gloriā absq; inuidia contingere docet nos senex ille comicus. Ita ut p; cillime sine inuidia laudē inuenias. Et amicos pares. s. v. Si ista laude contentus es, quā tulit Pamphilus adolescentis obsequijs, et morum cōmoditate, poteris eodem loco petere rationes a sequēdi quod expetis, unde diceris sententiā. In omni re memento, ne quid nimis, sed tamen mediocriter omnia, esto facilis in perferendis aliorū moribus, ad leuiora uitia conniuens, ne sis præfractus, tueq; sententiae nimium tenax, sed aliorū studijs temet accommoda: nulli lēdas os, sed comē te præbeas omnibus. p. H. Adolescentie fauent plerique, nec magni negotijs sit tum istā parare laudem: ego magnificū quoddā nominis decus optarim, quod per uniuersum orbē resonet, quodq; cum ætate semper fiat illustrius, atq; à funere tandem clariss elucescat. s. v. Evidē laudo generosam istam indolem tuā Philodoxe. Ceterū si cupis gloriā uirtute patram, præcipua uirtus est, negligere gloriam: et summa laus est, non ambire laudem, quæ magis sequitur fugientem. Videndum est igitur, ne quò impensis ista ambis,

*Id est, affecti  
bus carens.*

hoc frustrere magis. p. H. Non sum Stoicus et ab eo tan-  
gor humanis affectibus. s. v. Si te profiteris hominē, nec ea recusas quæ sunt humanæ sortis, quur ea uenari, quæ nec Deo cōtingunt? Nostri enim Theocriticum illud non minus uerè quam scite dictū, louem nec pluuiū, nec serenum placere omnibus. p. H. Non est fortassis ignis absq; fumo, sunt tamen æuera. Si non potest obtineri, quin aliquai liuoris nubecula obscuretur hominis gloria, arbitror tamen esse rationes, quibus fiat, ut quam minimum inuidiæ sit admixtū. s. v. Eas igitur tibi uis cōmonstravi

*Id est, citra  
mūm.*

P.H. Percupio. s y. Modicē uirtutē exere, & minus gra-  
uaberis inuidia. P.H. At gloria nisi sit insignis, nō est glo-  
ria. s y. Ecce tibi certissimā uiam. Designa p̄eclarū ali-  
quod facinus, & morere, & citra inuidiam celebraberis  
cum Codris, Menoeceis, Iphigenijs, Curtijs ac Decijs,

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.

P.H. Evidem, ut ingenuē quod res est fatear, cupio libe-  
ris ac nepotibus meis honesti nominis hereditatē relin-  
quere, uerū huius rei fructū uiuus apud uiuos aliquan-  
diu decerpere cupiā. s y. Agè, non te suspendā amplius.  
Certissima ad illustre nomen est uia bene mereri, quū pri-  
uatum de singulis, tum publicitus de uniuersis. Id partim  
fit officijs, partim benignitatē. benignitas sic temperan-  
da est, ne cogaris ab alijs rapere, quod alijs suppedites.  
Nā ex huiusmodi largitionibus plus odij nascitur apud  
probos, quam fauoris apud improbos. Porrò ab impro-  
bis laudari, infamia uerius est, quam gloria. Ad hæc, beni-  
gnitatis fons largiendo exhaustur, porrò beneficentia,  
quæ constat officijs, fundum non habet, imò quo largius  
hinc haerit, hoc scatet uberior. At hic multæ res sunt  
quæ & inuidiam mitigant, & famæ celebritatem illu-  
strant, quas nemo sibi præstare ualeat, sed contingunt grā-  
tuito fauore numinis.

Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus.

At formam corporis sibi nemo largitur. Adfert secum di-  
gnitatis plurimum generis claritudo. Ad hæc quoq; for-  
tunæ munus est. Idem sentiendū de diuitijs, que recte fa-  
ctis partæ ab auis atq; at auis ad nos deuenierūt. Ne hoc  
quidem quisquam sibi præstat. Huius generis sunt & in-  
genij dexteritas, ac dicendi gratia, lepos & comitas non

*Meneceus.*  
nobilis ado-  
lescens, The-  
banus, qui  
pro patriæ sa-  
lutis se ipsum  
morti obie-  
cit, apud Phi-  
lost. in imagi-  
nibus.

ascita, sed ingenita. Postremo decorū quoddā arcanum atq; etiam felicitas, cuius effectū in multis uidemus quoti die, causam reddere nemo potest. At non frequenter conspicimus eadem geri dici ue à diuersis, & magnā inire gratiam qui peius geſſit, dixit ue, quū is qui melius rem egerit, pro gratia referat odium. Hoc prisci qui dā ad genios referebant. Dicebant enim in ea re quenq; fortunatum esse, ad quam natus esset: contrā parum succedere, quod quis inuita Minerua iratoq; genio tētaret. P.H. Hic igitur nullus est cōſilio locus: s y. Vix ullus. Attamē qui sagaces sunt, deprchendunt in pueris aut adolescentibus notas quasdā, quibus coniecturā facere liccat, ad que dia, quod ue uitæ genitus, quas ue actiones sint idonei. Idē indicat in nobis arcanus quidā animi sensus, quo à quibusdā abhorremus nulla euidentē causa, ad quedā item miro impetu rapimur. Hinc est quod alius feliciter trāctat rem militarem, alius dexter est in negotijs politicis, alium dicas ad studia natū. Quanquā & in his mira uarietas, nimirūm tanta, quanta est functionum diuerſtas. Aliū natura genuit imperio, aliū uoluit esse forte militem: cui plurimum indulſit, ei cōceſſit, ut iuxta Homerū, pariter & bonus sit lancearius, & egregius dux. Itidem in rcbus ciuilibus, alius ualeat in consilio, alius in agendis causis excellit, alius obcundis legationibus & gaudet, & feliciter rem gerit. De studiorū uarietate quid attinet dicere? Sunt qui sic rapiantur ad institutū monasticū, nec ad quoduis, sed uel ad hoc uel illud, ut uitam sibi putent acerbā, niſi quod optant, aſsequātur. Sunt ē diuerso qui mirum in modū abhorrent, ut mori ducat potius, quam fieri monachum, nec id odio faciūt aut certa ratione, sed

arcano

arcano quodā naturæ sensu. p h. Ista quidem in cōpluri-  
bus ita ut narras, & cōperi nonnunquā, & frequenter  
admiratus sum. s v. In his igitur bonis quæ nobis gratui-  
tò largitur naturæ benignitas multò minus orietur inui-  
die, si fastus absit & ostentatio. Amabilior enim est for-  
ma, aut nobilitas, aut opulentia, aut facūdia in his quise-  
his bonis præcellere quasi nesciūt. Comitas aut & moder-  
itia nihil imminuunt hæc cōmoda, sed ut gratiā addunt,  
ita depellunt inuidiā. Hæc autem comitas et morū suaui-  
tas oportet in omnibus uitæ actionibus sit perpetua, nisi  
prorsus repugnat Minerua. Nā frustra, ut opinor, tenta-  
ret Xenocrates, quod successit Socrati ac Diogeni: fru-  
stra moliretur Cato Censorius, quod Læliū fecit gratio-  
sum. Attamē Demea ille Terentianus subitò mutatus, sa-  
tis declarauit quantū ad conciliandum benevolentiā ha-  
beat momēti, studijs & affectibus omniū obsequundare.  
Verūm quoties à recto receditur, iā & à uera gloria ad  
temporariū hominum fauorē degeneratur. Ceterū ea  
demū gloria perpetua est, quæ honesti radicibus nititur  
à iudicio rationis profecta. Nā affectus tēporarios habet  
impetus, qui simulatq; relanguerint, odiſſe cōpimus  
quod antè uehemēter arrisit, ac proinde plausus uerititū  
in sibilū, laus in uituperiū. Ceterū ut ingenii prorsus  
inuerti nō potest, ita potest aliqua ex parte corrigi. p h.  
Expecto quid dicas. s v. Qui natura blandior est, is ca-  
uere potest, ne dū apud omnes gratiosus esse studet, desle-  
ctat ab honesto, né ue dum sese quibuslibet accommodat  
Polypum imitatus, sibi parum constet. p h. Tales noui  
permultos lubricæ fidei & erubescendæ uanitatis. s v.  
Rursus qui se ucriore sunt ingenio, dare operam oponi  
tet,

Xenocrates  
Chalcedoni  
philosophus  
durus ac tetri-  
cus, & quise-  
moribus ho-  
minū accōmo-  
dare nō pote-  
rat, ob id à  
Platone iuss  
Gratijs sacrifi-  
care.

tet, ut sic affectent comitatem, ne quod agunt, videatur simulatum, aut subinde ad naturam suā recurrent, prolat de geminū dedecus sibi cōparatur, & quod interdum rigidius agant, et quod sint inconstantes. Tantā enim uim habet constantia, ut qui uitiosam natiū sunt naturam, tamē ob hoc ipsum leuius ferantur, quod nusquā sunt sui dissimiles. Fucus autem simulatq; suboluit, etiam in benefactis gignit odiū: porrò quod simulatum est, perpetuo latere non potest, aliquando crumpat oportet: quod ubi factum fuerit, semel cuanescit omnis ille magnificus gloriæ fumus, atq; etiā in fabulam uertitur. p h. Illud igitur, ut video, mones, à natura minimum, ab honesto minimè recedendū esse. s v. Tencs. Ad hæc scis, quicquid subito inclarescit, obnoxium esse inuidiae. Inde uox odiosa ~~vixit~~ id est, repente apud Græcos, apud Romanos nouorū hominum cognomen, apud utrosq; terræ filiorum, & ē cœlo delapsorum. Ceterum fama quæ paulatim nascitur, et augescit, quemadmodum minimum habet inuidiae, ita maxime durabilis est, ut indicat hoc ille poëtarū acutissimus Horatius, Crescit occulto uelut arbor ævo, Fama Marcelli. Proinde si ueram, si perpetuam, si liuori quam minimum expositam gloriam expetis, ausculta Socrati, qui dixit, quibusdam usi uenire, ut dum nimium properant initio, serius perueniant ad finem. p h. Sed hominū uita breuis est. s v. Ergo ad benefacta properandum, non ad gloriam, quæ sua sponte consequitur. Non enim id consulis, opinor, quibus rationibus longævius fieri possis. Nam isthuc Parca rum munus est, quæ fila ducunt & amputat, quum ipsis est uisum. p h. Vtinā isthuc quoq; possis. s v. Nunquam ḥ Philodoxe diuītam fuerunt benigni, ut uni darent om̄ia.

nia. Quod annis detrahunt, nominis splendore pensant.  
Quibusdam, sed paucissimis, tam indulgenter fauent, ut  
siui, sibiq; quodā modo superstites, posteritate sua fruan-  
tur. Sed rari sunt, Quos æquus amauit Iupiter. Hoc for-  
taſſis aliqui dijs geniti potuere, uerū ista felicitas non  
eadit in hanc consultationem. P H. Sæpe mecum admira-  
ri soleo, seu fortunæ seu naturæ inuidentiam, quæ nihil  
omnino commodi largitur mortalibus, quod non aliquo  
temperet in cōmodo. s v. Quid igitur superest amice, nū-  
ſi ut homines nati, sortem humanam æquo feramus ani-  
mo? Iam & illud haud mediocriter conducit ad lenien-  
dam inuidiā, si penitus cures hahere perspecta nationū,  
ordinum & singulorū hominum ingenia, nimirum ad  
corum exemplū, qui bestijs cicurādis alendisq; dant ope-  
ram. Siquidem horū præcipuū est studium, animaduer-  
tere quibus rebus quodq; animal uel efferetur, uel deli-  
niatur. Non iam loquor tantum de discrimine quod est  
inter auem & quadrupedē, inter serpentem & pīcēm,  
aut quod est inter aquilam et uulturē, inter clephantum  
& equum, inter delphinum & phocā, inter uiperam &  
aspidem, sed de innumera uarietate, quæ est in singulis  
animantium generibus. P H. Expacto quo sis euasurus.  
s v. Omnes canes sub una specie continentur, sed hæc spe-  
cies quam in innumerā formas distrahitur, ut dicas illos  
genere distingui, non specie. Iam prorsus in eadē specie  
quam uarij sunt canum mores & ingenia? P H. Immens  
ſauarietas. s v. Quod de canibus dictum est, de singulis  
animantium generibus dictum puta, sed in nullo magis  
eluct discriminē quam in equis. P H. Vera prædicas, sed  
quorsum hæc? s v. Quicquid in animantium generibus  
uel

uel in formis, uel in singulis animantibus uarietatis est,  
hoc omne puta esse in homine. Illic reperies lupos ua-  
rios, canes inenarrabili uarietate, elephantos, camelos,  
asinos, leones, oues, uiperas, simios, dracones, aquilas, uul-  
tures, hirundines, hirudines, & quid non? P H. Quid tue-  
s y. Nullum autem est animal tam effrenum, quin arte tra-  
Etatum aliquam de se prebeat utilitatem, aut certe nō le-  
dat. P H. Nondum perspicio quid ag. s y. Est nonnihil  
discriminis inter Hispanū, Italum, Germanū, Gallum &  
Anglum. P H. Est planè. s y. Ad hæc, est singulis in uno  
quoq; genere peculiare quoddam ingenium. P H. Fateor.  
s y. Hanc uarietatem si sagaciter habueris animaduen-  
sam, & singuloru[m] moribus te accommodes, perfacile con-  
sequeris, ut aut omnes habeas amicos, aut certè nullos  
inimicos. P H. Si Polypum me fieri iubes, ubi rectum &  
honestū? s y. Est in rebus cōmuni bus aliquod obsequiu[m],  
quod nullo pacto uitiat honestum: quod genus, apud Ita-  
los osculo salutat uiri uiros. In Germania sificias idem,  
absurdum uideatur, sed pro osculo dextram porrigunt.  
Rursum in Anglia uiri salutant mulieres etiam in templo  
obuias: idem si fiat in Italia, flagitium habeatur. Item in  
Anglia porrigere poculum tuum interuenienti in coniu-  
nio ciuitatis est, in Gallia contumelia est. In his & alijs  
huiusmodi, citra recti iacturam licet omnibus obsequiu[n]-  
dare. P H. At per difficile sit omnium gentium mores, ac  
singulorum hominum ingenia nosse. s y. Verum o Philo-  
doxe, si gloriam insignem queris, eamq[ue] uirtute par-  
tam, necesse est ut uirtutem quoq[ue] pretestes nō vulgarem.  
Scis autem uirtutem circa difficultia uersari, quemadmo-  
dum ante Peripateticū illum docuit Hesiodus: proinde

Si mel cupis, apes feras oportet. P H . Scio & memini, sed  
mitiganda inuidia & ratione querimus. s v . Proin da ope-  
ram, ut in bello dux esse malis quam miles, & in bello  
quod gerendum cum inuisis hostibus potius, quam cum  
ciuibus, aut socijs. In republica ea potissimum munia ca-  
pesse, quae popularia sunt & gratiosa. Velut, defendere  
popularius est, quam accusare: honorare, quam punire.  
Quod si qua incident, sicut incidere necesse est, natura  
molesta, tamen ea quoq; si uitari non possunt, cōmoditas  
sunt lenienda. P H . Quo pacto? s v . Sedes iudex aut  
arbiter, altera pars nonnihil offendenda est, sed ea rem  
equitate geras, ut si fieri possit, etiam uictus gratias agat.  
P H . Qui sic? s v . Puta, Intenditur actio furti aut sacrile-  
gij, muta, si potes, actionis formulā, & fac ut sit actio rei  
uindicandæ. Hic protinus ita reum subleuas, ut nihil tau-  
men decedat actori. Porrò actionem omnem sic modera-  
re, ut citra actoris dispendiū reo uidearis equis. Postre-  
mò damnati pœnam nonnihil mitiga. Absit interim aut  
uultus toruitas, aut uerborum acerbitas, aut morositas,  
qua res faciunt, ut quidā peiorem ferant gratiā pro dato  
beneficio, quam alijs pro negato. Interdum monendus est  
amicus, sed si nulla spes emendationis, silere præstat. Si  
res grauior est, & spes est profectus, magni refert qualis  
sit admonitio. Nā sapenumero fit, ut qui sinistre aut in-  
tempetiue admonet, & morbum exasperet, & ex ami-  
co reddat inimicum. Hæc dexteritas magis etiam habet  
locum, si agas cum principe. Nam horū affectibus non  
nunquam incidit, ut sit resistendum. Quod si fit comiter  
ac dextrè, paulò post qui obstitere, plus ferunt gratiae,  
quam qui obsequundarunt. Quod enim cupiditati pla-

cet,

cet, temporarium est: quod recta ratione geritur, perpe-  
tuò probatur. Longè uero maxima pars inuidiae nasci-  
tur ex intemperatia lingue. Quantū odij nonnunquam  
unica uox temere excidens concitat nonnullis. Quām  
multis dictum aut iocus intempostiuus fuit exitio. Landa-  
bis igitur, sed dignos, idq; parcē: sed uituperabis pa-  
cius, si tamen omnino quispiā uituperandus est, proinde  
uitanda loquacitas. Difficillimum enim sit, simul & mul-  
ta et opportunè dicere. P H. Assentior istis omnibus. Sed  
mibi uidetur præcipua ad parandam nominis celebri-  
tē uia, scribere libros. s v. Vera prædicas; nisi quod ob-  
stat scribentium turba. At si ista placet ratio, cura ut ex-  
acte scribas potius, quām multa. Cum primis autē argu-  
mentū delige neq; protritū, neq; cum multis cōmunc, ad  
huc, minime inuidiosum: in id quicquid insigne complan-  
rium annorū lectione contractū est, cōferas: tractatione  
uero talc reddes, ut uoluptatē habeat cum utilitate con-  
iunctā. P H. Prudenter tu quidē Symbule, meoq; animo  
ficeris satis, si unum illud adieceris, quibus rebus effici  
posſit, ut maturius etiā contingat gloria. Multos enim ui-  
deo, qui uix sub obitum inclarescunt, nonnullos à rogo,  
quod aiunt, demū innotescere. s v. Hic quod consulā ni-  
hil habeo melius, quām quod tibicen suasit tibicini. Fac  
ut his te ipsum probes, qui gloria iam uicerūt inuidiam,  
in horum amicitiā temet insinua, quorū honorifica de-  
te prædicatio facile populare studiū tibi conciliabit. P H.  
At si quando exoriatur inuidia, quid ostendis remedij?  
s v. Fac quod solent hi qui picē coquunt: si flamma effulse-  
rit, infundūt aquā, ac tum magis efferatur ac stridet in-  
cendum, ni id facias cōstanter ac sēpius. P H. Quid istud  
enigma?

enigmatis est: s y. Inuidiam oborientē beneficijs obrue  
potius, quām uindicta. Nihil egit Hercules reseclis Hy-  
dræ Lerneæ capitibus, igni Græco deuicit exitiabile mō-  
strum. P H. Sed quem uocas ignem Græcū? s y. Qui ar-  
det etiā in medijs aquis. Eum adhibet, qui lacebitus iniu-  
ria malorum, non cessat tamen de omnibus bene mereri.  
P H. Quid ego audio? beneficentia igitur nunc aqua est,  
nūc ignis? s y. Quid uctat? quādo Christus in allegorijs  
nunc sol est, nūc ignis, nunc lapis. Dixi sedulò. Siquid me-  
lius eris nactus, sequitor, mecumq; repudtato consilium.

## OPVLENTIA SORDIDA.

IACOBVS. GILBERTVS.

I A. Vnde nobis tam exuccus, quasi cum cicadis interea  
vore sis pastus? mihi nihil aliud, quām syphar hominis  
esse uideris. G I. Apud inferos umbræ malua & porro sa-  
turantur: at ego decem uixi menses, ubi ne id quidē con-  
tigit. I A. Vbi nam, te quæso, num abreptus in nauem ga-  
leatam? G I. Nequaquā, sed Synodij. I A. In urbe tam opu-  
lenta, bulimia periclitatus es? G I. Maxime. I A. Quid in  
causa? An decrat pecunia? G I. Nec pecunia, nec amici.  
I A. Quid igitur erat malis? G I. Mihi res erat cum hospi-  
te Antronio. I A. Cum illo opulēto? G I. Sed sordidissimo.  
I A. Monstri simile narras. G I. Minimè, sed sic fiunt diui-  
tes, qui è summa emergūt inopia. I A. Quid ita libuit tot  
menses apud tales hospitem cōmorari? G I. Erat quod  
alligaret, & sic tunc erat animus. I A. Sed dic obsecro,  
quo tandem uiuit ille apparatus? G I. Dicam, quandoqui-  
dem actorum laborum solet esse iucunda cōmemoratio.  
I A. Mihi certe futura est. G I. Illud spævōbū accessit in/ Id est, cœlitus.  
commodi, quum illic agerem, totos tres menses spirabat

*σύφαρ, pellis  
sicca siue te-  
nue illud ser-  
pētis exuumū,  
de quo prou.  
Leberide nu-  
dior Chili. 1.  
cēt. 1. pue. 26.*

O Boreas,

Boreas, nisi quod ille nescio quo pacto nunquam perseuerat ultra diem octauum. I A. Quomodo igitur spirabat totos tres menses? G 1. Sub eum diem uelut ex consueto mutabat stationem, sed post horas octo migrabat in locum priorem. I A. Ibi tenui corpusculo opus erat focolculento. G 1. Satis erat ignis, si suppetisset lignorum copia. Verum ne quid hic faceret impendij noster Antronius, ex rusculis insularibus cuellebat arborum radices ab alijs neglectas, idq; ferè noctu. Ex his nondū bene siccis struebatur ignis non absq; fumo, sed sine flamma, non qui callefaceret, sed qui præstaret, ne uerè dici posset ibi nullum esse ignem. Unicus autē ignis durabat totum diem, adeo temperatū erat incendium. I A. Illic hibernare durum erat. G 1. Imò multò durius aestuare. I A. Qui sic? G 1. Quoniam ea domus tantum habebat pulicū ac cimicum, ut nec interdiu quietum esse, nec noctu somnū capere licet. I A. Diuitias miserias. G 1. Præscriptum in hoc pecoris genere. I A. Oportet illic ignauas esse foeminas. G 1. Latitant, nec inter uiros uersantur. Ita fit ut illic foeminae nihil aliud sint quam foeminae, & uiris desint ea ministeria, quae solēt ab eo sexu suppeditari. I A. Sed Antronium interim non pigebat tractationis? G 1. Illi in huiusmodi sordibus educato præter lucrum nihil erat dulce. Vbiuis potius habitabat, quam domi, nulla in re non negotiabatur. Mercurialis, tur. Scis autē eam urbem esse præ ceteris Mercuriadem. Vbi mercato Pictor ille nobilis deplorandū existimauit, si dics abiisset itū, magna & plurima nego sine linea: Antronius longè magis deplorabat, si dies tia tractatur. præteriisset absq; lucro. Quod si quando euenisset, domi querebat Mercuriū. I A. Quid faciebat? G 1. Habebat in ædibus cisternam ex ciuius ciuitatis more, illic hauriebat aliquot

aliquot aquæ situlas, & infundebat in uasa uinaria. Hic erat certum lucrum. I A. Fortasse uinū erat æquo uehe- mētius. G I. Imò plus erat, quām uappa. Nunquām enim emebat uinum nisi corruptū, quō minoris emeret: ex eo ne quid periret, subinde feces annorū dcce miscebat, uoluens ac reuoluens omnia, quō mustū wideretur: neq; enim ille passus fuisset ullam fecis micam perire. I A. At si qua fides medicis, tale uinū gignit uescicæ calculos. G I. Non errant medici: nam in ea domo nullus erat annus tam felix, quin unus atq; alter calculo periret, nec horre- bat ille funestā domum. I A. Non? G I. Etiam à mortuis colligebat uectigal. Nec aspernabatur quāvis exiguum lucellum. I A. Dicis furtum. G I. Lucrū uocat negotiato res. I A. Quid interea bibebat Antronius? G I. Idē ferme nectar. I A. Non sensit malū? G I. Durus erat, qui uelsernum esse posset, & talibus, ut dixi, delicijs fuerat à teneris educatus. Hoc lucro nihil existimabat certius. I A. Quid ita? G I. Si supputes uxorem, filios, filiā, generum, operas, & famulas, alebat domi ferè corpora triginta tria. Iam quo uinum erat dilutius, hòc & parcus bibebat, & serius exhauciebatur. Hic mihi subducito in sin- gulos dics addita aquæ situla, quām non pœnitendā sum mam conficiat in annum. I A. Os fordes. G I. Atqui non minus compendij redibat ex pane. I A. Quo pacto? G I. Emebat triticum uitiatū, quod aliis noluisse emere. Hic præsens statim lucrū, quia minoris emebat. Cæterū ui- tio medicabatur arte. I A. Qua tandem? G I. Est argille genus frumento non dissimile, quo uidemus & equos de- lectari, dum & parictes arrodūt, & ex lacunis ea argilla turbidis bibunt libentius. Eius terræ tertiam partem ad-

O 2 miscebat.

miscebat. i A. Est isthuc medicari? G I. Certe tritici uiliū minus sentiebatur. An hoc quoq; lucrū putas aspernandum. Addc iam aliud stratagema: domi panem subigebat, nec id crebrius, etiam æstate, quām bis in mense. i A. Isthuc est lapides apponere, non panes. G I. Aut si quid lapide durius. Sed huic quoq; malo erat paratum remedium. i A. Quodnā? G I. Fragmenta panis immersa cya this uino macerabant. i A. Similes habebant labra lactu cas. Sed ferebāt talem tractationem operæ? G I. Primum narrabo primatum eius familiæ apparatum, quō facilius diuines, quomodo tractentur operæ. i A. Audire cupio. G I. De ientādo nulla erat illic mentio, prandiu fere disferebatur in horam à meridie primā. i A. Quamobrem? G I. Expectabatur Antronius paterfamilias. Cœnabatur interdū ad horam decimā. i A. At tu solebas esse inedia impatientior. G I. Eoq; subinde clamabā ad Antronij generum Orthogonū, agebamus enim in eodem cōclavi: Heus Orthogone, non cœnatur hodie apud Synodos? Cōmodè respondit, breui ad futurū Antronium. Qum nihil uiderem apparati, & latraret stomachus, Heus, inquam, Orthogone, erit hodie percundum fame? Excusat horam, aut aliud simile. Qum non ferrem stomachi latratum, rursus interpellebam occupatum. Quid futurum est, inquā, erit nc moriendū fame? Vbi iam Orthogonus consumpsisset omnem tergiuersationem, abiit ad famulos, iusitq; adornari mensam. Tandem quum nec rediret Antronius, nec quicquā appararetur, Orthogonus uictus conuicijs meis, descendebat ad uxorem & sororum ac liberos, clamitans ut apparent coenam. i A. Nunc saltem expecto coenam. G I. Ne propera. Prodibat tandem

tandem famulus claudus, et praefectus negotio, non admodum disimilis Vulcano, internit mensam linteo. Ea prima coene spes. Tandem post longam uociferationem, afferuntur phiale uitreæ, cum aqua sane limpida. i. A. Altera coene spes. G. I. Ne propera inquā. Rursum post atroces clamores adfertur phiala illius nectaris feculenti plena. i. A. O factū bene. G. I. Sed sine pane. Nihil adhuc periculi, necno famelicus bibat lubens tale uinū. Clamatum est iterum usq; ad rauim. Tum demū apponitur panis ille, quē uix ursus dentibus frangeret. i. A. Certè iam uitæ consultum est. G. I. Sub multā noctem tandem uenit Antonius, hoc ferè proœmio inauspicatissimo, ut diceret, si bi dolere stomachum. i. A. Quid hic mali auspicij? G. I. Quia tūc nihil erat quod ederetur. Quid enim expectes hospitic male affecto? i. A. Dolebat re uera? G. I. Adeò ut solus deuoratus fuerit tres capos, si quis dedisset gratias. i. A. Expecto conuiuum. G. I. Primum ipsi apponebatur patina cum farina fabacea, quod obsonij genus illic uulgò uenditur tenuibus. Aiebat se hoc uti remedio adversus omne morbi genus. i. A. Quot eratis cōuiuas? G. I. Interdū octo aut nouem, inter quos erat Verpius ille doctus, quem arbitror tibi non ignotū, & filius familiæ natu maior. i. A. Quid illis apponebatur? G. I. An non satis est frugi hominibus quod Melchisedec obtulit Abrahæ Genes. 14.  
quinq; regum uictori? i. A. Nihil igitur obsonij? G. I. Erat nonnihil. i. A. Quodnā? G. I. Memini nos fuisse in mensa conuiuas numero nouem, quum in patina non numerari rem nisi septem foliola lactucæ aceto innatāta, sed absq; oleo. i. A. Solus igitur ille deuorabat suas fab. ss? G. I. Vix semiobolo emerat, nec tamen uetabat, si quis proxime

assidens uellet gustare, sed incivile uidebatur, languido  
suum cripere cibū. 1 A. Secabātur folia, quemadmodum  
de cumino meminit prouerbium? G 1. Non, sed lactucis  
à primoribus absumptis, reliqui panē immergebant acce-  
to. 1 A. Quid autem post septem folia? G 1. Quid? nisi ca-  
scus conuiuiorum clausula. 1 A. Hiccine erat apparatus  
perpetuus? G 1. Propemodū, nisi quod interdum, si eo die  
Mercurium fuisset expertus propitiū, erat paulo profu-  
sior. 1 A. Quid tum? G 1. Iubebat emi tres uvas recentes  
uno ērco nummulo. Ea res exhilarabat totam familiam.  
1 A. Quid nī? G 1. Id eo duntaxat tēporc, quo summa est  
uuarū ibi uilitas. 1 A. Proin extra autumnū nihil profun-  
debat. G 1. Profundebat. Sunt illic nauiculatores, qui con-  
charum minutū genus hauriunt, potissimū ē latrinis: hi  
clamore certo significāt quid habeant uenale. Ab his in-  
terdum iubebat emi dimidio nummuli, quem illi baga-  
thinū appellant. Tum uero dixisses, in ea familia esse nu-  
ptias. Nam igni erat opus, licet celerrime percoquantur.  
Atq; hæc quidē post caseum loco bellariorum. 1 A. Bella  
mehercle bellaria. Sed nihil unquam apponebatur car-  
nium aut piscium? G 1. Tandē uictis meis clamoribus coe-  
pit esse splendidior. Quoties autē uideri uolebat Lucub-  
lus, hi ferme erant missus. 1 A. Isthuc uero lubens audie-  
ro. G 1. Primo loco dabatur iuscūlū, quod illi nescio quā  
ob causam appellant ministrā. 1 A. Lautum opinor. G 1.  
His conditū aromatibus. Admouctur igni cacabus aqua  
plenus, in eam coniunctur aliquot fragmenta casei bu-  
balini, qui iam olim in saxum induruit. Nam ad desfrin-  
gendum aliquid, bona securi opus est. Cūm ea fragmēta  
tepore aquæ solui cōperint, inficiunt eam, ne posset mei-  
ra dici

ra dici aqua. Hoc iuscuso præparant stomachū. 1 A. Sui  
bus dignum. G 1. Dein apponitur paululum carnium de  
uentre ueteris uaccæ, sed elixū ante dies quindecim. 1 A.  
Fœtet igitur. G 1. Maxime, sed adhibetur remedium. 1 A.  
Quodnā? G 1. Dicam, sed uereor ne imitaturo. 1 A. Scili  
cet. G 1. Miscent ouum aquæ calefactæ, eo iure perfundūt  
carnem, ita magis falluntur oculi, quàm nares. Nam fœ  
tor crumpit per omnia. Si dies requirit e sum piscium, in  
terdum apponuntur auratæ tres, nec ha magna, quum  
cōuiux sint septē aut octo. 1 A. Præterea nihil? G 1. Nihil  
nisi caseus ille saxis. 1 A. Nouū mihi narras Lucullum.  
Sed qui potuit tam exilis apparatus tot sufficere conui  
uis, præsertim nullo refectis ientaculo? G 1. Imò ne sis in  
sciens, ex eius conuiuij reliquijs alebatur, socrus, nurus,  
filius natu minor, famula et aliquot paruuli. 1 A. Tu qui  
dem admirationē meam auxisti, non ademisti. G 1. Isthuc  
tibi uix possum describere, nisi prius ordinem conuiuij  
depinxero. 1 A. Pingi igitur. G 1. Antronius obtinebat pri  
mum locum, nisi quod ego illi sedebā dexter, uelut extra  
ordinarius: è regione Antronij Orthogonus, Orthro  
gono absidebat Verpius, Verpio Strategus natione Græ  
cus, Antroniō sinister absidebat filius natu maior. Si quis  
accēsisset conuiua, ei locus dabatur pro dignitate. Pri  
mū de iure minimum erat uel periculi uel discriminis,  
nisi quod in procerum discis natabant fragmenta bubali  
ni casei. Ceterū ex phialis uini aquæq; ferme quatuor  
uallū quoddā fiebat, ut nemo posset attingere quod erat  
appositum, præter tres, ante quos stabat patina, nisi quis  
sustinuisse esset impudentissimus, et transilire septa. Nec  
tamen ea patina diu manebat, sed mox tollebatur, ut

aliquid superesset familiæ. i. a. Quid igitur edebant reli  
qui: g. i. Suo more deliciabantur. i. a. Qui. g. i. Panem il  
lum argillaccū macerabant uino fecis uetusissime. i. a.  
Tale conuiuū oportuit esse perbreue. g. i. Frequenter  
hora prolixus. i. a. Qui potuit? g. i. Sublatis ut dixi mox,  
que non carebant periculo, ponebatur caseus, unde nul  
lum erat periculū, ne quisquā ullo cultello escario quo  
quā abraderet. Manebat illa preclara sex, et suus cuius,  
que panis. Atq; inter hæc bellaria tutò miscebatur fabu  
lae. Interim prandebat fœminarū senatus. i. a. Quid inter  
rim operæ? g. i. Nihil habebant nobiscū cōmune, suis ho  
ris sibi prandebant ac coenabāt. Sed hi cibo capiendo uix  
semihoram impende bant toto die. i. a. Verū apparatus  
cuiusmodi? g. i. Istuc tuum est diuinare. i. a. At Germanis  
uix sufficit hora ientaculū, tantundem in merenda,  
sesqui hora in prandium, duæ hora in coenā, ac nisi affai  
tim expleantur elegati uino, bonis carnis ac pisibus,  
deserunt patronū, et fugiunt in bellū. g. i. Suus cuiq; gen  
ti mos est. Itali minimum impendunt gula, pecuniam ma  
lunt, quām uoluptatē, et sobrij sunt natura quoq; nō so  
lum instituto. i. a. Nunc profecto non miror te nobis re  
disse tam exilē, sed omnino uiuū redisse demiror, presen  
tim cūm antea capis, perdicibus, turturibus et phasianis  
assuefesses. g. i. Plane perierā, nisi repertum fuisset reme  
dium. i. a. Male res agitur, ubi tot remedij est opus. g. i.  
Efficerā ut mihi iam languescenti in singula conuiuia  
daretur quarta pars pulli elixi. i. a. Nūc incipies uiuere.  
g. i. Non admodum. Embatur pullus exiguus, ne mul  
tum impenderet, cuiusmodi sex nō sufficeret uni boni  
stomachi Polono in ientaculū. Nec empto dabant cibū,

ne quid esset impendij, itaq; macie enecti ac semiuiui co-  
quebatur ala aut poples, iecur dabatur Orthogoni filio  
infanti. Ius aut semel atq; iterū cibebant mulieres subin-  
de noua infusa aqua. Itaq; poples ad me ueniebat pumis  
ce siccior, & quo quis putri ligno insipidor. Ius nihil erat  
nisi mera aqua. 1 A. Et tamen audio illic auium genus  
& copiosissimū esse, & elegans, et uile. G 1. Est prorsus,  
sed illis charior est pecunia. 1 A. Satis dedisti pœnarum,  
etiam si Romanū pontificem occidisses, aut si minxisses  
ad sepulchrū diui Petri. G 1. Sed audi reliquū fabulae. Scis  
esse in quaq; hebdomada quinq; dies, quibus uescimur  
carnibus. 1 A. Nimirū. G 1. Duos itaq; pullos duntaxat  
emebant. Die Iouis se fingeabant oblitas emere, ne uel to-  
tum pullum eo die apponeret, uel aliquid superesset. 1 A.  
Næ iste Antronius superat etiā Euclionem Plautinum.  
Sed piscarijs diebus quo remedio consulebas uitæ? G 1.  
Amico cui dā dederam negotium, ut mihi meo ære in sin-  
gulos dies emeret oua tria, duo in prandium, unum in cœ-  
nam. Sed hic quoq; foeminae pro recentibus carè emptis  
supponebant semiputria, ut mecum præclarè crederem  
actum, si ex tribus unum esset quod edi posset. Tandē &  
utrem uini purioris mea pecunia emerā, cæterū mulie-  
res effracta scra intra paucos dies exorbuerūt, nō admo-  
dum irato Antronio. 1 A. Itā nc nullus erat illic, quē tui  
miseresceret? G 1. Miseresceret? Imò uidebar illis gluto  
quispiā, & helluo, qui tantū ciborā unus deuorarem.  
Itaq; subinde me admonebat Orthogonus, haberē eius  
regionis rationem, meaq; consulerem in columitati, &  
aliquot nostrates cōmemorabat, quibus illic edacitas cō-  
ciliasset aut mortem, aut morbum grauiſſimū. Quum is

me uideret delitijs quibusdā, quas illic ex nucleis pineis,  
aut peponum, melonūq; uendant pharmacopole, fulci  
re corpusculum, & assiduis laboribus, & inedia, & iam  
etīa morbo fractum, subornat medicum mihi amicū &  
familiarem, ut persuadeat uictus moderationē. Egit hoc  
mecum diligenter. Moxq; sensi subornatū, nec respondi  
tamen. Quum idem accuratius mecum ageret, nec admo  
nendifaceret finem, Dic, inquā, mihi uir egregie, serio iſb  
hec loqueris, an ioco? Serio, inquit. Quid igitur suades  
ut faciam? A cōenis in totū abstine, & uino adde, ut mini  
mum, aquæ dimidium. Risi præclarū consilium. Si me cu  
pis extinctū, huic corpusculo, & raro, & exili, & spiriti  
bus subtilissimis, uel semel à cōena abstinere mors effici  
toties ipsa re cōpertum habeo, ut nō libeat iterum expi  
riri. Quid autem futurū censes, si sic pransus à cōenā tem  
perem? Et tali uino iubes addi aquam? Quasi non presta  
ret puram aquā bibere quam fœculentam. Nec dubito,  
quin hæc te loqui iuferit Orthogonus. Subrisit medici  
cus, ac mitigauit consilium. Non hæc loquor, inquit, Gil  
berte doctissime, quod in totū arceam te à cōenis, licebit  
gustare ouum, & semel bibere: sic enim ipse uiuo. In cō  
nam coquitur ouū, inde capio uitelli dimidiū, reliquum  
do filio, mox hausto semicyatho uini, studeo in multā no  
etem. I. A. Num iſhæc uera prædicabat medicus? C. I. Ye  
riſima. Nam ipse forte per viam ambulans, redibā à fa  
cro, & comes admonuerat illic habitare medicū, libuit  
uidere regnum illius. Erat aut̄ dies dominicus. Pulsauis  
res, apertæ sunt, ascendi, offendō medicū cum filio, & ca  
dem famulo prandentem. Apparatus erat duo oua, præ  
terea nihil. I. A. Oportuit esse exāgues homines. C. I. Im  
ambō

ambo erant pulchrè habito corpore, colore uiuido ac ru  
bido, oculis latis. i A. Vix credibile est. G I. At ego cōperi  
tissima narro. Nec ille solus ad istum uiuit modum, sed  
complures alij, & imaginibus clari, & re lauta. Polyphagia,  
gia & polyposia, crede mihi, consuetudinis res est, nō na  
turæ. Si quis paulatim assuescat, tandem cō proficiet, ut  
idem faciat quod Milo, qui bouem eodē die totū absu  
psit. i A. Deum immortalē, si tam paruo uictu licet tueri  
ualetudinem, quantū impendiorum perit Germanis, An  
glis, Danis, & Polonis? G I. Plurimū haud dubiè, & qui  
dem nō sine graui, tum ualetudinis, tū ingenij detrimen  
to. i A. Sed quid obstabat, quo minus tibi sufficeret ille ui  
ctus? G I. Quia diuersis assuerā, et serum iam erat muta  
re consuetudinem: quanquā me nō tam offendebat cibo  
rum exiguitas, quam corruptio. Duo oua poterāt suffice  
re, si fuissent recens nata: uini cyathus erat satis, nisi pro  
uino daretur sex uapida: dimidiū panis aliisset, nisi pro  
panc daretur argilla. i A. Adeō ne sordidum esse Antro  
niū in tantis opibus? G I. Arbitror censem illius nō fuisse  
intra octoginta ducatorū millia. Nec ullus erat annus,  
quo non accederet lucrū mille ducatorū, ut dicā parcissi  
me. i A. Sed iuuenes illi quibus hæc parabantur, num ea  
dem utebātur parsimonia? G I. Ut ebantur, sed domi dun  
taxat, foris liguriebant, scortabantur, ludebant alcami:  
quumq; pater in gratiā honestissimorum coniuuarū gra  
uaretur teruntiū impendere, iuuenes interdū una nocte  
sexaginta ducatos perdebant alea. i A. Sic perire solent,  
que sordibus corraduntur. Verū è tantis periculis inco  
lumis quò nunc te confers? G I. Ad uetusissimū Gallorū  
contuberniū, sarturus quod illic dispendij faciū est.

Polyphagia,  
edacitas est,  
& uorādi que  
dā cupiditas.  
Polyposia, bi  
bacitas.

E X E Q V I A E  
E X E Q V I A E . S E R A P H I C A E .  
T H E O T I M V S , E T P H I L E C O V S .

Theatimus, p. h. Vnde nobis Theotimus noua religionis facie? t. h.  
qui deū uene- ratur & colit. Qui sic? p. h. Quia seuera frons, oculi in terrā defixi, ca-  
Philecous, put in lævum humerū nonnihil inflexū, sphærule pre-  
audiendi cupi- toriae in manibus. t. h. Si nosse cupis amice, quæ ad te ni-  
dus, famæ in-  
vestigauer. hil attinent, è spectaculo uenio. p. h. An spectasti funam-  
bulum, aut præstigiarū artificem, aut aliud huic simile?  
t. h. Fortasse non ita huic dissimile. p. h. Equidem nun-  
quā antehac uidi quenquā istiusmodi uultu redeuntem  
è spectaculo. t. h. Sed eiusmodi fuit spectaculi genus, ut si  
tu interfüsses, fortassis me incederes aliquantò tristior.  
p. h. Quin tu ergo memoras, quid te tam fecerit religio-  
sum? t. h. Redeo ab exequijs Seraphicis. p. h. Quid ego  
audio? Ita ne moriuntur et angeli? t. h. Non, sed horum  
fodales. Cæterū ne te diutius suspensum habeam, nos  
opinor hic apud Pelusios Eusebium hominem clarū et  
eruditum? p. h. Illum ne ex principe priuatū, è priuato  
exulē, è exule tantum non mendicū, penè addiderā syco-  
phantam? t. h. Recte diuinasti quem dicā. p. h. Sed quid  
illi accidit? t. h. Hodie sepultus est, à pompa funebri rei-  
deo. p. h. Admodū tristē fuisse oportet, quæ te nobis tam  
tristem remisit. t. h. Vereor ut sine lachrymis quæ tibi  
quod uidi describere. p. h. At ego uereor ut sine risu pos-  
sim audire. Sed narra obsecro. t. h. Scis Eusebiū iam pru-  
dē fuisse misera ualitudine. p. h. Scio ante annos aliquot  
euirato corpusculo. t. h. In huiusmodi morbis qui lentē  
cōficiunt hominē, medici certis presagijs solent mortis  
diem prædicere. p. h. Maximē. t. h. Hi monuerunt homi-  
nem, quicquid medicorum ars prestare posset, id omne  
summa

summa cura præstitū esse. Deum quidem potentiorē omni medicorū ope, sed quod humana cōiectura deprehendi quiret, nō superesse triduum uitæ. P H. Quid tum posseā? T H. Ibi cōtinuò p̄eclarus Eusebius defecto corpore sculo totum sanctissimi Francisci amictū induit, raditur, accipit cucullam cinericā, uestem eiusdē coloris, funem nodosum, fenestratos calceos. P H. Moriturus? T H. Sic est. Quin & profitetur uoce iam moribunda, se Christo militaturū iuxta Francisci regulā, si, quod medici desperabant, daret Deus. Ad hanc professionē adhibitis sunt testes, uiri sanctimonia celebres. In ea ueste moritur uiri egregius ad tempus à medicis p̄dictū. Veniunt ex eo solidatio cōplures, qui funebrem pompam celebrant. P H. Utinam adfuisse isti spectaculo. T H. Illachrymasses, si speciasses qua charitate Seraphici sodales cadauer abluerint, amictū illum sacrosanctū adaptarint, manus in crucis imaginem cōposuerint, pedes nudarint, & nudatos exosculati sint, faciem unguento etiā exhilararint, iuxta p̄ceptū Euangelicum. P H. Prodigiosa humilitas, Seraphicos uiros agere pollinctores ac uestillones. T H. Post hæc pheretro cōposuerunt, & iuxta Pauli doctrinā, Alter alterius onera portate, proprijs humeris fratres fratrem baiularūt per uiam publicā ad monasterium. Ibi solennibus nēnijs scelerierunt. Quū uenerabilis illa pompa per uiam incederet, uidi cōplures inuitis oculis effundere lachrymas, quum talem uirum, quem prius uiderat purpura byssōq; uestitum, nunc conspicerent in amictu Franciscano, func canabeo cinctum, tam religiosa specie toto corpore cōpositum. Nam & mortui caput erat deflexum in humerum, & manus, ut dixi, decussatum composita,

Decussatum,  
id est, in for-  
matum crucis,  
¶ vulgo An-  
dreæ uocant.

positæ. Cetera item omnia mirificam quandam religio-  
nem præ se ferebant. Quin ipsa turba Seraphica ceruci-  
bus inflexis, oculis in terram defixis, & nænijs adeo lugu-  
bribus, ut arbitr er ipsos manes nō canere lugubrius, mul-  
tis excutiebat lachrymas & singultus. p. h. Sed habe-  
bat nc quinq; Francisci uulnera? t. h. Id non ausim affir-  
mare certò. Apparebant in manibus ac pedibus uestigia  
quedam subliuida, ac uestis in sinistro latere fenestellam  
habebat. Verum non ausus sum oculos acrius intendere,  
quod affirmant in huiusmodi rebus curiositatem multis  
fuisse exitio. p. h. Sed nullós ne illic sensisti ridentes? t. h.  
Sensi, uerum eos suspicor hereticos esse, quorum hodie  
plenus est mundus. p. h. Ut simpliciter tecum fabuler mi-  
Theotime, uix ipse ualussem à risu temperare, si isti spe-  
ctaculo adfuissem. t. h. Faxit Deus, ne tu sis istius fer-  
menti contagio corruptius. p. h. Nihil hinc periculi est  
optime Theotime, ego à puero religiose beatum Franci-  
scum, iuxta mundum nec doctum, nec sapientem, sed pro-  
funda mundanorum affectuum mortificatione Deo cha-  
risimum, semper animo sum ueneratus, cumq; hoc omi-  
nes, qui illius ingressi uestigij ex animo student mundo  
mortui, Christo uiuere. Nam uestem nihil moror: sed lia-

**Matt. 7.** bens ex te didicero, quid festis cōferat mortuo. t. h. M. tri-  
garitas nō esse porcis obijcendas, nec sanctum dandum  
canibus, scis ab ipso domino præceptum esse. Proinde si  
ridendi causa percontaris, nihil ex me audies: si simpli-  
ci discendi studio, libens impartiam, quod ab illis didici.  
p. h. Profiteor discipulum & attentum, & docilem, &  
beneuolum. t. h. Principiō scis quosdam usque adeo am-  
bitiosos, ut non sat habeat superbe, & insolenter uixisse,  
nisi

nisi  $\sigma$  ambitiose sepeliantur mortui. Non sentiunt exanesmes, sed tamen uiuentes imaginatione quadam futurae pompe uoluptatem aliquā ac fructum præcipiunt. Hoc quicquid est, affectus abdicare, non negabis opinor alii quam pietatis partem. P. H. Fateor, si fastus exequiarum non ualeat alia ratione deuitari. Sed mihi uidetur modeſtius, si princeps exanimis inuoluatur linteo uili, ac per plebeios uessillones in uulgari coemiterio inter plebeias cadauera sepeliatur. Nam qui sic efferrūtur, quemadmodum elatus est Eusebius, mutasse factum uidetur uerius, quam uitasse. T. H. Deo gratū est quicquid bono fit animo. Illius autem est iudicare cor hominis. Verūm quod dixi leue est, sunt alia grauiora. P. H. Quae? T. H. Profiten-  
tur ante mortem Francisci regulam. P. H. Videlicet ut eam seruent in campis Elisijs. T. H. Non, sed hic, si reuale-  
scant. Et fit aliquoties, ut medicorū sententij damnati,  
simul ut sacrosanctam uestem induerint, ope Dei recuiui-  
scat. P. H. Idem saepenumero usu uenit in his, qui uestem  
eam non induunt. T. H. Oportet simpliciter ambulare  
in via fidei, si nihil esset eximij fructus in hac re, non am-  
birent, praesertim apud Italos genere  $\sigma$  literis nobiles  
plurimi, ut in amictu sacro sancto sepeliantur. Ac ne re-  
pudies ignotorum hominum exempla, sic sepultus est il-  
le, cui tu merito plurimū tribuis, Rodolphus Agricola,  
sic nuper Christophorus Longolius. P. H. Mea nihil re-  
fert quid delirent homines, quum agunt animam, ex te  
doceri cupio, quid magni boni conferat, hominem metus  
mortis attonitum, ac certae uitæ desperatione perturbas-  
tum, profiteri aut uestiri. Quid quod uota sunt irrita, nē  
si fiant animo sano sobrioq; matura deliberatione, sub-  
lato

lato metu, dolo, aut ut horum nihil sit, professio talis non obligat, nisi post annum probationis, quo gestare iubentur tunicam cum caperone: sic enim loquitur vir ille Seraphicus. Itaque si reuiuiscant, dupli nomine non tenetur, neque enim uotum est, quod ab attonito fit metu mortis ac spe uitae, neque professio obligat ante caperonem gestatum. TH. Ut cuncti habet obligatio, illi certe putantur obligari, & illa totius voluntatis additio non potest Deo non esse gratissima. Si quidem hoc est in causa, ut bona opera monachorum, etiam si demus cetera paria, gratiora sunt Deo quam aliorum, quod ex optima radice proficiuntur. PH. Non excutiam hinc quanti momenti sit, hominem totum se Deo addicere, quem iam sui iuris non est: ego arbitror unumquenque Christianum se totum addicere Deo in baptismo, quem renuntiat omnibus pompis & uoluntatibus satanae, datque nomen imperatori Christo, post haec illi per omnem uitam militaurus. Et Paulus agens de his qui Christo conmoriuntur, ut iam sibi non uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, non loquitur propriete de monachis, sed de universis Christianis. TH. Opportune meministi baptismi, sed olim tingebantur, aut aspergebantur agentes animam, quibus tamen dabatur spes eterna uita. PH. Quid episcopi promiserint, non ita magni refert: quid Deus prestatre dignetur, nobis incertum est. Si certum fuisset tales aspergine aquule repente fieri ciues coeli, que maior poterat aperiri fenestra, ut homines mundo dediti studio per omnem uitam seruirent impijs cupiditatibus, ac tum demum adhiberent aspersiunculam, quam iam amplius peccandi facultas non esset. Quod si tali baptismo similis est ista professio, praclare consultum est impie uiuen-

uiuentibus, ne pereant, hoc est, satanæ uiuant, Christo mai-  
riatur. TH. Imò si fas est aliquid ex Seraphicis mysterijs  
prodere, efficacior est illorum professio, quam baptismi.  
PH. Quid audio? TH. In baptismo tantum proluuntur  
crimina, restat anima pura, sed nuda: hic qui profitetur,  
statim datur totius ordinis egregijs meritis, nimirum  
in situ corporis sanctissimæ sodalitatis. PH. Ita ne qui per  
baptismū inseritur corpori Christi, nihil accipit nec a ca-  
pite, nec à corpore? TH. Nihil à Seraphica massa, nisi be-  
neficentia aut fauore promereatur. PH. Quis angelus  
hoc iustis reuelauit? TH. Nō angelus ô bone, sed ipse Christus  
ore proprio hoc aliaq; permulta beato Frācisco præ-  
sens præsenti patefecit. PH. Objecro te per amicitiā no-  
strā atq; obtestor, ne me graueris iustis impartiri sermoni-  
bus. TH. Sunt recōditissima mysteria, nec fas est ea pro-  
phanis cōmunicare. PH. Qui profanis amice, qui nulli  
unquam ordini melius uoluerim, quam Seraphico? TH.  
Sed interdū uellicas eos odiosius. PH. Hoc ipsum Theoto-  
time amoris argumentū est: quum eum ordinē nulli gra-  
uius lèdant, quam qui sub illius umbra turpiter uiuunt:  
quisquis optimè uult ordini, necesse est, ut illius corrupto-  
ribus maximè succenseat. TH. At ueror ne Franciscum  
iratum habeā, si quid arcanorū effutiero. PH. Quid ma-  
li mei uis ab innocentissimo uiro? TH. Quid id? Ne me ex-  
oculet, aut ne mihi mentē adimat, quomodo multos tra-  
etasse dicitur, qui reclamarūt illius quinq; uiinerum ue-  
stigijs. PH. Ita ne diui peiores sunt in cœlo, quam fuerint  
in terris? Audio Franciscum adeò fusse miti ingenio, ut  
quum pueri per uiam incedenti caseū, lac, rudera & la-  
pides immitterent in rusticā cucullam à tergo pen-

P dentem,

dentem, nihil offenderetur, sed hilaris incederet, & gaudens. Et nunc factus est iracundus ac uindex. Alio die quum à socio audisset fur, sacrilegus, homicida, incestus, ebriosus, & quicquid criminū in scelerosissimū quemuis congeri potest, confractus egit gratias, confessus illum nihil esse mentitū. Miranti socio quur ita loqueretur: Hoc, inquit, omnia, & his sceleratiora patrā, nisi me numeris fauor seruasset. Vnde igitur nunc factus est uindex: T H. Sic est, diui in cœlo regnātes lædi nolunt. Quid Cornelio mitius? Quid Antonio mansuetius? Quid Ioanne Baptista patientius dum uiuerent? At nūc quām horrendos morbos immittit, nisi legitimè colantur: P H. Cūtus crediderim illos adimere morbos, quām immittere. Sed quod mihi dixeris, nec prophano cōmiseris, & tacituro credideris. T H. Agè tua fretus fide dicam, quod quidem ad hanc rem attinet. Obsecro te Franciscē, ut te tuisq; sodalibus propitijs sit mihi fas audita loqui. Scis Paulō fuisse sapientiā reconditam, quam non palam, sed occulte loquebatur inter perfectos. Sic habent illi quādam arcana, quae non euulgant apud quoslibet, sed beatis uidiis, alijsq; pīs, & selectis benc uolentibus gregi Seraphico priuatim impartiūt. P H. Expecto τεραγιας αποναντις. T H. Principiō dominus prædixit patriarche Seraphico futurū, ut quo grex Seraphicus magis increbre sceret, hoc illi pabulum abundantius suppeditaret. P H. Hic protinus adempta est omnis querela his qui dicitur hoc hominū genere in dies increbescente grauari populum. T H. Deinde aperuit & hoc, quod quotannis in die illi festo, omnes animæ non modò fratrum, quis acrosanctum illum gestant habitū, uerū etiam ordini bene cūpiens

2. Corinth. 2.

Id est, ter sanctas revelatio nes.

pientium, ac de ipsius sodalibus bene merentium ab igni purgatorio liberarentur. P H. Tam familiariter Christus cum illo fabulabatur? T H. Quid nisi ut cum amico & sodali, quemadmodum Deus pater fabulabatur cum Moysi. Moses à Deo traditā legem tulit ad populum, Christus le Exod. 33. gem Euangelicam promulgavit, Franciscus legem suam angeli manibus bis descriptā, tradidit Seraphicis fratribus. P H. Expecto tertiam apocalypsim. T H. Verebatur egregius ille patriarcha, ne bonū semen quod seminatū erat, nocti uitiaret ille malus, & ita cum zizania reueleretur & triticum. Hunc scrupulū exemit illi dominus promittens illi, sibi cura futurū, ne deficeret semicalceatorum ac cinctorū fune populus usq; ad extremum iudicij diem. P H. O domini clementia. Alioqui fuerat actū de ecclesia Dei. Sed perge. T H. Quarto loco reserauit il lud, quod nullus impiè uiuens, diu perseuerare posset in eo ordine. P H. An non defecit ab ordine quisquis impiè uiuit? T H. Non, neq; enim Christū statim abnegauit, qui sceleratē uiuit, quanquam aliquo modo negant Deum, qui ore profitentes, factis negant. Sed quisquis abiicit sarcosanctum habitū, is irreparabiliter defecit ab ordine. P H. Quid igitur dicemus de tot monasterijs conuentualium, qui pecunias habēt, qui potant, ludunt aleam, scoriantur, & palam alunt domi concubinas, ne plura commorem? T H. Frāciscus nunquām gestauit uestem tali colore, nimirū fuscō, nec usus est cingulo ē lino candido confecto. Proinde illis ubi pulsarint ostiū, dicetur, ne scio uos: eò quod non habent uestem nuptialem. P H. Est ne amplius? T H. Nihil adhuc audisti. Quinto loco patefecit illi, quod qui male uellēt ordini Seraphico, quales

Vestē nuptia  
lē. Alludit ad  
parabolam.  
Eu ig. Math.  
21. de inuita-  
tis ad nuptias.

heu minimum multi sunt, nunquam peruenirent ad dimidium aetatis a Deo praeferitae, nisi mortem anticipassent, sed omnes pessima morte, quam oxyssime perituros. P.H. Vidimus isthuc cum in alijs multis alias, tum nuper in Mattheo cardinale Sedunensi: de semicalceatis pessime loquebatur, & sentiebat, perijt prius quam, opinor, attingeret quinquagesimum annum. T.H. Recte quidem dicens, sed ille laeserat etiam Cherubicum ordinem. Nam huius

**A**pud Helvetios quatuor Dominicanii exusti.

opera potissimum effectum praedicant, ut Bernae quatuor illi Dominicanii traderentur flammis, quem aliqui pontificis animum pecunia fuerint expugnaturi. P.H. Sed aiunt illos prodigosae impietatis oros fabula. Fictis visionibus ac miraculis agebant, ut persuaderent, Virginem matrem fuisse contaminatam labore originali, diuum Franciscum non habuisse uera Christi uulnerum uestigia, ea uerius habuisse Catarinam Senensem: sed perfectissima pollicebantur laico conuerso, quem ad hanc fabulam agendum subornauerant, & ad hanc imposturam abutabantur corpore domini, postremo etiam fustibus, & uenenis. Denique praedicant hanc telam non fuisse unius monasterij, sed totius ordinis procerum. T.H. Vt cuncti ista habent,

**N**olite tange non temere dictum est a Deo, Nolite tangere Christos meos. P.H. Expecto, si quid superest. T.H. Superest apophysis dicta est. calypsis sexta, qua dominus iurauit illi futurum, ut saurores ordinis Seraphici quantumvis impie uiuerent, tamen aliquando domini misericordiam consequerentur, & sceleratam uitam beato fine clauderent. P.H. Etiam ne si in adulterio depravensi occiderentur? T.H. Quod dominus promisit, non potest non esse ratum. P.H. Sed quibus tandem rebus illi metiuntur fauorem ac benevolentiam?

T.H.

TH. Oh dubitas, qui dat, qui uestit, qui culinam instruit,  
sandum amat. PH. Non amat qui monet, qui docet  
TH. Hec ipsis domi abundant, & huius generis benefu-  
cia solent alijs largiri, non ab alijs accipere. PH. Plus er-  
go dominus promisit Francisci discipulis, quam suis. Si  
bi quidem patitur imputari, si quid ipsius respectu bene-  
ficiat cuilibet Christiano, sed non promittit male uiuenti-  
bus uitam aeternam. TH. Nec mirum amicc. Nam extre-  
mus Euangelij uigor seruatus est huic ordini. Sed audi-  
iam septimam apocalypsim, eamq; postremam. PH. Hic  
sum. TH. Iurauit illi dominus, neminem male moritu-  
rum, qui in habitu Seraphico moreretur. PH. At quid  
appellas male mori? TH. Is male moritur, cuius anima  
relicto corpore reclam defertur ad Tartara, unde nulla est  
redemptio. PH. Vestis igitur non liberat ab igni purgato-  
rio. TH. Non, nisi quis moriatur in ipso festo beati Fran-  
cisci. Verum an tibi parum uidetur tutum esse a Tartar-  
ro? PH. Maximum ego quidem arbitor. Sed quid de his  
sentiendum, quibus iam mortuis induitur sacra uestis?  
Non enim in ea moriuntur. TH. Si uiui hoc petierunt,  
uoluntas habetur pro facto. PH. At ego quum agerem  
Antuerpiæ, adfui cum ceteris cognatis, matronæ cuidam  
agenti animam, aderat Franciscanus, uir admodum uer-  
nabilis. Is ubi uidet mulierem iam oscitantem, alterum  
brachium illius inseruit suæ uesti, sic ut etiam aliquā hu-  
meri partem tegeret. Ibi quidā dubitabant, utrum tota  
mulier esset tuta ab inferorum portis, an pars contecta.  
TH. Tota erat tuta, non aliter, quam in baptismo pars ho-  
minis tingitur aqua, totus tamen Christianus redditur.  
PH. Mirū cacodæmones tantopere horrere uestē illam.

TH. Magis horrent, quam crucem domini. Quā efferratur Eusebius, uidi, non solus tamen, agmina nigrorū demonum, muscarū instar assulantium ad corpus, nullus tamen audebat attingere. P H. At interim facies, manus: pedes erant in periculo, quippe nudi. TH. Ut serpentes nec umbrā fraxini, licet porrectā longius, ferre possunt, ita dēmones uirus illud sacre uestis etiā procul sentiunt. P H. Proinde nō arbitror talia corpora putrescere, alio qui plus animi esset uermibus, quam cacodēmonibus. TH. Verrisimile narras. P H. Quā fortunati pediculi qui in tam diuina ueste perpetuō uiuūt. Ceterū quum uestis deferatur ad sepulchrum, quid est quod tuetur animā? TH. Vestis umbram secum desert, ea tutam reddit, adeo ut negent quenquā illius ordinis uenire in purgatorium ignem. P H. Nē ego istā apocalypsim, si ueranariā, pluris facio, quam illā Ioannis. Hęc enim expeditam ac facilem ostendit uia, qua cuiuis liceat citra sudorem, citra molestiā, citra poenitentiam mortem eternā effugere, tota uita suauiter peracta in delicijs. TH. Assentior. P H. Iam igitur mirari desino, si pleriq; Seraphicis solidibus plurimū tribuant, uerū non queo satis admirari, non deesse qui non uereantur illis oppedere. TH. Nimirū istos scias quotquot uideris, traditos in reprobū sensum, suaq; malitia excēdatos. P H. Posthac ero cautor, daboq; operā ut in sacrosancta ueste moriar. Verū extiterunt hoc seculo quidā qui docent, hominem sola fide iustificari, nullo operum pr̄sidio: maximū igitur priuilegium sit, si uestis beat absq; fide. TH. Non simpliciter causas exquirit, aut libenter causatur.

Philetius, qui absq; fide, ne quid erres Philetic. Satis autē est credere, hęc quę diximus esse promissa à Christo patriarchae Francisco.

cisco. p h. Vel Turcam igitur seruabit uestis? t h. Vel ipsum Satanā, si se patiatur indui, & fidem habeat apocalypsi. p h. Iandudū me tuum fecisti, sed unum atq; alterum scrupulū mibi cupiam per te eximi. t h. Dic. p h. Audiui Franciscum suum appellare institutū Euangeliū. t h. Verū. p h. Sed Euangelij regulam profitentur omnes Christiani mea quidē sententia: Quod si istorum institutū est Euangelicum, oportet quotquot Christiani sunt, eosdem esse Franciscanos. Et in his primas tenebit Christus cū apostolis & sanctissima matre. t h. Conuinceres tu quidem, nisi Franciscus quedā addidisset Euangilio Christi. p h. Quae? t h. Vestem cinericiā, funem & nabeum, & pedes nudos. p h. Iстis igitur notis dignoscimus Euangelicū à Franciscano? t h. Differunt & cōtāti pecuniae. p h. Verū, ut audio, Franciscus recipi uetat, non attingi. Recipit aut uel dominus, uel procurator, uel creditor, uel hæres, uel mandatarius. Etsi numeret chirotheca munitus, nihilominus recepisse dicitur. Vnde igitur hoc nouum interpretamentū ne recipient, id est, ne contingant? t h. Sic interpretatus est Benedictus pontifex. p h. At non ut pontifex, uerū ut Franciscanus. Alioqui nōnne qui sunt obseruantissimi, quū peregrinantur, excipiūt linteolo nummos? t h. Faciunt quim urget necessitas. p h. At morisatius est, quam uiolare regulā plus quam Euangelicā. Deinde nōnne paſsim recipiūt per suos procuratores? t h. Quidni? Etiā dentur aliquot millia, id quod nō raro accidit. p h. At regula dicit, ncq; per se, neq; per alios. t h. At non contingunt. p h. Ridiculum, si contactus impius est, etiā per alios contingūt. t h. Verū nō est illis cum procuratoribus actio. p h. Non estē

Experiatur hoc qui uelit. TH. Christus nō legitur usquā contigisse pecunia. PH. Esto, sed probabile est Christum adolescentulum crebre parētibus suis emisse oleum, ac etum & olera. Sed extra cōtrouersiam Petrus & Paulus contrectarunt. Non est in cōtactus fuga laus pietatis, sed in cont. ptu. Vini cōtactus multo periculosior est, quam pecuniae, cur non horrent ibi periculū? TH. Quia Franciscus non prohibuit. PH. Nonne porrigit manus suas otio molliculas, & pulchrè lotas fœminis salutantibus, & nummo forte inspiciendi causa oblato, resiliunt, ac se mununt signo crucis, papæ quam Euangelice. Evidem puto Franciscū licet omnis literaturæ rudē non adeo desipuisse, ut uetererit qualemcunq; pecunie contactū. Et tamen si id sensit, quāto periculo suos exposuit, quos iusfit nudis pedibus incedere. Vix enim uitari potest, quin aliquando imprudētes calcent nummū humiliacentem. TH. Verū n̄ non tangunt manibus. PH. Ante cōtactus non est sensus toto corpori cōmuni? TH. Est, atque etiam si quid tale usu ueniat, non sacrificant nisi confessi. PH. Religiose. TH. Verū omīssis cauillationibus, dicā id quod res est. Pecunia multis est eritq; maximorū malorum occasio. PH. Fateor, sed eadem alijs est multorū bonorum materia: diuitiarum amorē lego damnatū, pecuniam damnatam nusquam lego. TH. Recte dicas. Sed quo longius absint ab auaritiae morbo, sic prohibitus est contactus, quem idmodū in Eu.ingelio uetamus iurare, ne incidamus in periurium. PH. Quin igitur uictitus est asperclus? TH. Quia facilius est cōtinere manus, quam oculos. PH. Et tamen per illas fenestras ingressa est mors. TH. Et ideo qui germane Franciscani sunt, ultra supercilia deducunt

deducunt cucullam, tectisq; et in terram defixis oculis  
incedunt, ne quid uideant præter uitam: quod idem uide-  
mus in equis currus onustos trahētibus, utrinq; corium  
capistro additum non sinut eos quicquā uidere, nisi quod  
ante pedes est. P H. Verū age dic mihi, est ne hoc uerū  
quod audio, in regula uetitum, ne quod indultum im-  
perent à pontifice? T H. Est. P H. Atqui audio nullū homi-  
num genus pluribus instructum indultis, adeò ut liceat  
illis homines ipsorum sententia damnatos, uel ueneno ne-  
care, uel uiuos defodere, citra ullū irregularitatis pericu-  
lum. T H. Non est uana fabula quā audisti, nam mihi nar-  
ravit uir minimè mendax Polonus, se obdormisse potum  
in templo Franciscanorum, in his angulis, in quibus se-  
dent sœminæ per lumenas foraminosas confitentes. Ex-  
peritus cantu nocturno, non ausus est se proderc. De-  
cantatis ex more nocturnalibus, totus fratrū chorus de-  
scendit in ædem inferiorem, ibi erat parata fossa bene la-  
ta, beneq; profunda. Stabant duo iuuenes reuinctis à ter-  
go manibus. Habita est concio de laude obedientiæ, pro-  
missa est apud Deum omnium cōmissorum uenia. Non  
nulla etiā spes iniecta, foris ut deus fratrum animos flecte-  
ret ad misericordiam, si sponte descenderent in foucam,  
seq; supinos reponerent. Factum est, subductisq; scalis,  
omnes simul iniecere terram. P H. Sed siluit ne interim  
ille spectator? T H. Maxime, tum quidem nimirū mci-  
tuens, ne si se prodidisset, tertius adderetur fossæ. P H.  
Etiamne hoc illis licet? T H. Licet quoties periclitatur de-  
cuss ordinis. Nam ille simulatq; euasisset, paſsim in omni-  
bus cōuiuijs narrabat quæ uiderat, magna Seraphicæ gē-  
tis inuidia. Nōnne p̄stiterat uiuum sepeliri? P H. For-

tasse. Verum his subtilitatibus omis̄is, qui fit, ut quū patriarcha iusserit incedi nudis pedibus, nunc maxime incedant calceis fenestratis? T H. Duabus de causis praecep̄um hoc mitigatū est: altera est, ne per imprudentiam tangant pecuniā: altera, ne frigus lēdat, aut spina, auferentes, aut silices, aut aliud simile, quum illis sit per universum terrarum orbem obambulandū. Ceterū ut id fiat inuiolata regule maiestate, fenestra calcei pedem nondum ostendit per synecdochēn. P H. Prædicāt se profiri perfectionē Euangelicam: quā aiunt constare consilijs Euangelicis, de quib⁹ inter eruditos magna digladiatio est. Et in unoquoq; uitæ statu, locus est perfectione Euangelicæ. Sed quid omnīū maxime perfectū tibi uidetur inter Euangelijs præcepta? T H. Arbitror totum illud quod prodidit Matth. cap. 5. cuius hæc est clausula: Diligite inimicos uestrōs, benefacite his qui uos oderunt, & orate pro persequēntibus & cauilliantibus uos, ut sitis filii patris uestri, qui est in cœlis, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uestrer celestis perfectus est. P H. Commodè respondisti. Sed pater ille diuines est ac munificus in omnes, nec mendicat à quoquā. T H. Munifici sunt & illi, sed opum spiritualiū, hoc est, precum & honorū operum, quibus opulentis sunt. P H. Utinā sint inter illos exempla charitatis Euāgelice, que maledicta benedictis, iniuriā beneficio pensat. Quid sibi uult illa tam celebris Alexandri pontificis uox, tutius esse regem quamlibet potentem lēdere, quam quemlibet ex ordine Franciscanorū aut Dominicanorum? T H. Ordinis lessam dignitatem ulciscijs est, & quod uni ex minimis

Per synecdochēn, pars ponitur pro toto  
sic Franciscanorū pars pe-  
dis denudatur pro toto scili-  
cet pede.

mis male fit, fit toti ordini. P H. At quur nō potius quod  
uni benefit, fit toti ordini? Et quur non unus Christianus  
Iesus, totum Christianismū ad vindictā prouocat? Quur  
toties casus ac lapidatus Paulus nō inclamauit suppetias  
aduersus apostolicæ dignitatis uiolatores? Iam si iuxta do-  
mini sententiā, Beatius est dare quām accipere, utiq; per-  
fectior est, qui bene uiuens ac docens de suo dat egenit-  
bus, quām qui tantū accipit. Alioqui frustra Paulus glo-  
riatur, quod gratis prædicauerat Euangeliū. Atq; hic ui,<sup>1. Cor. 9.</sup>  
detur esse præcipuum illius laudatæ addictionis experi-  
mentū, si conuitijs impetisi non incandescant, si in male  
merentes charitatis affectū obtineant. Quid magni est,  
si quis aliquid facultū relinquat de alieno uicturus ali-  
quanto lautiū, quū sibi seruet ulciscendi cupiditatem?  
Cinctorum func, semicalceatorū, ubiq; est magna copia:  
hæc qui præstet, quæ perfecta dominus uocat, quæ Apo-  
stoli constanter exhibuerunt, inter istos nimium rara est  
auis. T H. Non ignoro quas fabulas impij quidā de illis  
spargāt, sed ego sic affectus sum, ut ubiq; uidero illam  
sacrosanctissimā uestem, putē adesse angelos Dei, eamq;  
domum esse felicē, cuius limen crebrò teritur illorū pedi-  
bus. P H. Et ego arbitror pauciores esse steriles fœminas,  
ubi illi agunt familiariter. Sed mihi propitius sit Franci-  
scus Theotime, qui hactenus tanto in errore sim uersa-  
tus. Existimabā istorum uestem nihil aliud esse quām uc-  
stē, nec per se meliore ueste nautæ aut calcearij, nisi uten-  
tis sanctimonia commendaretur, quicmadmodum Chri-  
sti uestis contacta sanauit hæmorrhissam. Alioqui du-  
bitabam, utrum textor, an uestiarius eam uim dedisset  
uesti. T H. Haud dubie, qui formā dat, dat uim. P H. Post

Hæmorrhoidis  
fa, mulier quæ  
laborat pro  
fluiō sanguis  
nis.

hac

hac ergo uiuam suauius, nec me macerabo metu infero  
rum, ac confessionis tædio, aut cruciatu poenitentie.

## A M I C I T I A.

E P H O R I N V S. I O A N N E S.

E P. Sæpenumero mecum admirari soleo, quem Deum in  
consilium adhibuerit natura, quum in omni rerum gene  
re misceret amicitias & inimicitias quasdam arcanae, nec  
ullis causis evidentibus probabiles, nisi quod hoc specta  
culo uidetur fuisse delectata, quemadmodum nos ex com  
missis inter se gallis gallinaceis, et coturnicibus uolupia  
te capimus. 10. Non dum satis percipio quid uelis dicere.

E P. Dicam igitur si uis craſiore Minerua. Scis serpen  
tium genus esse inimicum homini. 10. Scio uetus inter illos  
seduxit serpēs  
Gene. 3.

& nos esse diſsidium & irreconciliabile, futurumq; do  
nec meminerimus illius inauspicati pomi. E P. Nostila  
certa? 10. Quid ni? E P. Italia magnas habet & urides.  
Hoc animal natura & homini amicū est, et serpentibus  
inimicum. 10. Vnde hoc deprehenditur? E P. Vbicunq;  
proficit homo, ibi cōgregantur lacertæ, obliquato capi  
te diu contemplantes hominis faciem, si expuls, elambunt  
saliuam ore redditā: uidi & puerorum mictum exorben  
tes. Quin & pueroru manibus tractantur impune, atq;  
etiam leduntur, & admotæ ori gaudent saliuā lambere.  
Ceterū si cōprehensæ inter se committantur, dictu mi  
rum quam in seſe ſeuiant, nec appetunt cōmittentem. Si  
quis in agris ambulet per uiam cauam nunc hinc, nunc  
illinc strepitu dimoti rubi admonent hominem, insuetus  
crederet serpentem esse, ubi dispexcris lacerte sunt, ali  
quanto capite contemplantes, donec cōſitas, si pergas, ſe  
quentes. Rursus aliud agentem admonet. Diceret eas lu  
dere,

dere, uehementerq; delectari hominis aspectu. 10. Miræ  
narras. E P. Quodā die uidi prægrandē & mirè uiridem  
in ostio caui decertantē cum serpente. Primum mirabas  
mur, quid esset rei: nam serpens nobis non erat conspi-  
cuus. Italus admonebat in antro esse hostem. Paulò pōst  
uenit ad nos lacerta uelut ostendens sua uulnera ac re-  
medium flagitans, scq; tantum nō tangi patiebatur, quo-  
ties autem restabamus, restabat & illa nos contemplās.  
Serpens alterum latus penè totum eroserat, & ex uiridi  
rubrum fecerat. 10. Mihi, si adfuissem, libuisset ulcisci lai-  
certæ uicem. E P. At hostis iam se in profundum antrum  
abdiderat: post aliquot tamen dies pauiimus oculos no-  
stros uindicta. 10. Gaudeo profecto. Sed quo pacto? E P.  
Fortè inambulabamus per eundē locum: Serpens è fonte  
uicino biberat, erat enim æstus prodigiosus, adeò ut nos  
quoq; aquæ inopia periclitaremur. Cōmodū occurrit  
ex agris puer natus annos tredecim, cius domus filius, in  
qua tum metu pestilētiæ Bononia profugi rusticabamur,  
gestans rasirū, quo scenum demessum cōuerrunt agrico-  
la, simul ut serpentē uidit, exclamat. 10. Metu fortasse.  
E P. Nequaquā, imò gaudio, uelut insultans deprehenso  
hosti. Ferit rastro, serpens se contrahit, ille nō facit ferien-  
di finem, donec contrito capite, serpens in longū porrigi-  
tur. Nam hoc non faciunt nisi morientes. Inde est, quem  
frequenter audisti apodus de cancro, qui serpentē ho-  
spitem occidit, ubi porrectum uidet, sic, inquit, uiuū ince-  
dere oportuit. 10. O factū bene. Quid tum? E P. Puer ar-  
reptum rastro suspendit è frutice supra antrum. Ibi die-  
bus aliquot uidimus frondes sanie tintas. Eius ruris agri  
cole pro comperto nobis aliud quiddam mirabile refi-  
rebant.

rebant. Agricole nonnunquā fēsi obdormiunt in agro; atq; illic interdū habent urceum lactis, in cibi simul & potus usum. Serpentes summopere lacte capiuntur. Itaq; non rarō fit, ut in uas illabantur. Ei malo paratū habent remedium. 10. Quod obsecro? E.P. Summū testae os diu circuinlinunt. Is odor deterret serpentes. 10. Quid igitur sensit Horatius, quū scriberet allium uenenu cicutis no centius, quum sit, ut ais, aduersus uenena remediū? E.P. Sed audi quod est durius, interdū clanculum adrepentes in os patens dormientis cōiiciunt se, & in stomachum se se cōuoluunt. 10. An non protinus exanimatur homo talem naclus hospitē? E.P. Nō, sed afflīctissimē uiuit, nec est ullum mali leuamē, nisi ut lacte alijsq; gratissimis ser penti cibis alant hospitē. 10. Nihil remediū aduersus tantum malum? E.P. Comesum affatim allium. 10. Non mūrū igitur si messores gaudent allio. E.P. Et alias medetur delassatis labore & æstu. Verū in hoc discrimine non rarō lacerta quāuis pusilla seruat hominē. 10. Qui por test? E.P. Vbi sensit serpentem insidiari, circuncursat per collum & faciem hominis, nec finem facit, donec pruri tu scalptuq; unguīū excitetur. Porrō qui expurgescitur, conspecta in propinquā lacerta, mox intelligit hostē al cubi esse in insidijs, ac circunspectiens deprehendit. 10. Mira naturae uis. E.P. Iam nullū est animal inimicus homini, quam crocodilus, qui sēpē numero totos homines deuorat, & arte malitiā adiuuat, hausta aqua lubricans semitas quibus descendunt ad Nilum aquam hausturi, quō collapsos deuoret. Neq; te fugit delphinum etiam si in diuerso clemento natum φιλανθρώπου esse. 10. Audiui fabulam de adamato puero celebrē, celebriorem autem

Id est, hominū  
amatorem.

de

de Arione. E P. Quin & in uenatu mugilum piscatores delphinorum ministerio uice canū utuntur, qui accepta præde portiunctula recedunt. Quin & castigari sese patiuntur, si quid in uenatu deliquerint. In mari uero frequenter nauigantibus apparent, gaudio gestientes, & in summis undis lusitantes. Interdum adnantes ad nauim, nonnunquam & tensa uela transilientes, adeo delectatur hominum consuetudine. Verum ut hominum est studiosus delphinus, ita crocodilo capitalis est hostis. Egressitur mare, & in Nilum, in quo regnat crocodilus, audet uenire, cōgressurus cum dentibus, unguibus & squamis ferro etiam impenetrabilibus armata belua, ipse nec ad morsum satis instructus, quippe os habens ad pectus uer gens. Sed impetu fertur in hostem, ac iam illi proximus repente submitti sese, erectisq; in tergo pinnis mollia uertris percindit, alias invulnerabili. 10. Mirum est quodque animal statim agnoscere hostem suū, etiam nunquam ante uisum, scireq; & quir impetratur, et qua laedi, aut sese tucri possit, quem hoc homini sit negatum, qui ne regulum quidē horreret, nisi admonitus, malo uero doctus. E P. Scis equū animal obsequijs hominum natum. Huic capite tale dissidiū est cum urso homini noxia bestia. Agnoscit hostem nunquam uisum, ac protinus se parat ad pugnam. 10. Quibus armis pugnat? E P. Arte potius quam uiribus. Transilit ursum, & in ipso saltu posteriores calces impingit in caput. Atq; ursus interim unguibus scalpit equini uentris mollia. Aspis homini uenenum est immendabile, cum hac belligeratur ichneumon. Idem exitialis hostis crocodilo. Similis affectus est elephantis erga hominem: nam & uiatorem simpliciter errantem clementer

Delphini &  
crocodilo pu-  
gnam uide a-  
pud Plin.lib.  
8.cap.25.

menter reducunt in viam, & agnoscunt amantq; doctorem suum. Feruntur & exempla deuoti amoris erga certos homines. Siquidem unus adamauit in Aegypto mulierculam corollas uendentem, Aristophani grammatico charam. Alius Menandrum Syracusanum adolescentem sic amauit, ut desideriu illius quoties non uideret, inedia testatus sit. Sed ne hæc quæ plurima cōmemorantur, referre pergamus, cum Bochus rex in triginta quosdam se uire decreuisset, eos totidem elephatis obiecit, stipibus alligatos. Quumq; immisi essent, qui inter elephantos procursantes eos laceſſerent, nunquam efficere potuerunt, ut se regiæ crudelitatis ministros præberent. Atq; huic animanti φιλανθρωπῳ bellum exitiale est cū draconibus Indicis, qui feruntur esse maximi, ut frequenter in pugna pereat uterq;. Porro draco inimicus est homini, etiā non laceſitus. Simile diſſidiū est aquile cum draconibus minoribus, quum homini sit innoxia, imò quum feratur etiam amatorios ignes sentire erga certas puellas. Eadem autem bellum interneciū est cum Cyminde, id est, nocturno accipitre. Elephantus odit etiam murem animal homini quoq; molestum, eoq; abhorret à pabulo in quo murum cōſpexerit. Nec cauſa iuquet, quur oderit. Nam hirudinem meritò horrent, quod ea in potu hausta grauiſſime discrumentur. Nam uix ullum animal amicius homini quam canis, nec inimicus quam lupus, ut quod aspectu quoq; uocem adimat: & inter hæc summa discordia est, quemadmodū ouum generi lupus infestissimus, quod totū pendet à prouidentia hominum, quorū præcipua cura est tueri animal innoxium, & alendo homini natū: in ipsum uero uelut in publicum humani generis hostem armari

Vide Pli. li.  
so.ca. 4. et 5.  
Plini. lib. 8.  
cap. 10.

ermantur omnes, præcipue canum commilitio, quæ res  
etiam prouerbio fecit locum, Non magis parcemus quam  
lupis. Lepus marinus immedicable est homini uenenu, si quis imprudens gustauerit: at rursus hominis cōtactus  
mors est lepori. Panthera saua est in hominem, et tamen  
ad eo terretur ab hyena, ut ne congregri quidē sustineat.  
Hinc narrant, si quis quid secum gestet de corio hyenæ,  
et panthera non appeti, tam sagax est naturæ sensus. Ad-  
dunt et illud, si pelles utriusq; belluæ suspendas inuicē ex  
aduerso, panthericæ pilos defluere. Araneus homini do-  
mesticum est animal, exitiale uero serpenti, adeo, ut forte  
cōspicatus sub arbore serpentem apricantē, filo se libret,  
et aculeum mediæ infigat fronti tam acri uulnere, ut ser-  
pens dolore rotans sese in gyrū tandem emoriatur. Accepi  
ab ijs qui spectarunt, simile dissidiū esse araneo cū buffo  
nibus, sed buffonē ictum, sibi plantagine admorsa mede-  
ri. Audies fabulam Britannicā. Scis illic conclavium so-  
lum cōsterni scirpis uirentibus. Monachus quidā fascicu-  
los aliquot scirporū in cubiculum cōgesserat sparsurus  
quum esset cōmodum. Is quū à prandio supinus dormi-  
ret, buffo ingens erepsit, et os dormientis obsedit, infixis  
superno atq; inferno labro quatuor pedibus. Detrahere  
buffonē certa mors erat, non amoueri quiddā erat mor-  
te crudelius. Quidā suaserunt ut monachus ad fenestram  
deferretur supinus, in qua ingens araneus habebat telā.  
Factum est. Mox araneus hoste cōspecto filo se librat, et  
buffoni spiculum infigit, ac filo se recipit in telam. Intus  
muit buffo, sed non est auulsus. Repetitur ab araneo, ma-  
gis intumuit, sed uixit. Tertio ictus adduxit pēdes, ac  
mortuus decidit. Hanc gratiā araneus retulit hospiti suo.

Luporum in-  
terfectoribus  
præmiū olim  
cōstitutū. Vi  
de Chil. 2. cō-  
2. prouer. 72.

10. Mira narras. E P. Addā quod non legi, sed his oculis  
cōspexi. Simius supra modum horret testudinem. Huius  
rei quidā dedit nobis spectaculum Rome. Puero suo in uen-  
ticem imposuit testudinem, & pileo contexit. Dein pro-  
ducit ad simium. Illico simius gaudēs insilijs in humeros  
pucri uenaturus pediculos, sublato pileo reperit testudu-  
nem. Mirum erat spectaculum quanto cum horrore resi-  
licrit bestia, quam expauerit, quam timide respexerit an-  
sequeretur testudo. Additum est aliud spectaculum: alliga-  
vimus testudinem catenæ à qua reuinctus erat simius, ut  
effugere non posset, quin saltem aspicceret, incredibile di-  
ctu, quanto percuerit discretiatus: tantum non metu ex-  
animabatur, interdū auersus posterioribus pedibus de-  
pellere tentauit hærentem bestiam. Tandem quicquid erat  
in alio aut uesica oneris reiecit. Sequuta est ex pauore  
febris, ut nobis fuerit soluendus à catena, & aqua uino  
temperata refocillandus. 10. Atqui nihil est, quod sibi à  
testudine metuat simius. E P. Fortassis aliquid est quod  
nos fugit, naturæ cognitum. Nam cur acanthis oderit as-  
inus, causa in prōptu est, quod ille se affricat spinis, in qui-  
bus nidulatur auicula, & flores eius depascitur. Tantus  
aut̄ error habet acanthidem, ut si quādo procul asinum  
rudentem audiat, oua deijsiat, pulli ē nido decidant mei-  
tu. Nec patitur hostem impunē. 10. Sed qua tandem in  
re achantis lēdit asinum? E P. Rostro fodit illius hulcera  
fustibus & oneribus facta, pungit & mollia narium. Po-  
test item aliquid cause diuinari, quur inter uulpes et nīl  
uos mutua sit simultas, quod ausi rapax alterius catu-  
lis insidietur. Fortasse uulpes uiciissim illius pullis: que  
causa disidij est inter sorices et ardeolas. Eadē ferēratio

e s.

est, inter æsalon paruum auiculam & uulpem. Nam æsalon oua coruorū frangit. Eadem infestatur à uulpibus, & uicißim illas infestat, catulos earum uellicans. Quod ubi uiderint corui, uulpibus uelut aduersus communem hostē suppetias ferunt. At uix diuinare liceat, quā ob causam inter se oderint olores & aquila, coruus & chlorio, cornix & noctua, aquila & trochilus, nisi hoc male habet aquilā, quod ille rex avium uocetur. Quur male convenit cū noctua cæteris minoribus avibus, mustelæ cum cornice, turturi cum pyrali, ichnumenibus uestibis cum phalangijs araneis, anatibus cū gaujis, harpe cū triorchie accipitre, thoibus cum leonibus. Præterea quur sорes formicofam horreant arbore? Vnde tam irreconciliabile bellum inter scarabeū & aquilā? Nam apodus ex ipsa animantium natura cōuictus est. Vnde quod iuxta Olynthū in certo terræ spatio non uiuāt scarabei, si infestatur. Et inter aquatilia, quā ob causam mugil & lupus mutuo odio flagrant, sicut cōger & murena, caudas inter se prærodentes. Polypū in tantum horret locusta pisces, ut si eū iuxta uiderit, metu emoriatur. Sic quedā animalia mirè iunxit arcarius quidā bencuolētiæ affectus, ueluti pauones columbis, turtures cū psittacis, merulas cum turdis, cornices cum ardeolis, qui sibi uicißim auxiliantur aduersus uipium genus. Harpā & milvium aduersus triorchyn accipitris genus, cōmunem hostē. Baleinis musculus piscis exiguis prænatans monstrat uiam, nec apparet quamobrem illi uelit inseruire. Nam quod crocodilus fauces porrigit trochilo auicule, amicitia dīci nō potest, quum utrumq; animal suo ducatur cōmodo. Crocodilus gaudet sibi purgari dētes, et scabēdi uolupta

De scarabeo  
et aquila vide  
Chil. 3. cent.  
7. prouerc...  
7. prouerc...  
7. prouerc...

## AMICITIA.

612

tem amplectitur: auicula cibum querit, uescens piscium reliquijs inter dentes haerentibus. Consimili ratione conuus inequitat dorso suis. Inter anthū & ægithū tam pertinax est odium, ut negant sanguinē illorum posse misceri. Quemadmodū narrant aliarum avū pennas absundi, si aquilinis misceatur. Accipiter est infestus columbino generi, sed has defendit tinnunculus auicula, cuius consperatum & uocem mirū in modum horret accipiter. Nec hoc latet columbas. Vbi cūq; tinnunculus reconditus est, ab ea sede non migrat, fiducia protectoris. Quis causam coniiciat, quur aut bene uelit generi columbino tinnunculus, aut quur tinnunculum horreat accipiter? Atq; ut interdum animalculum minimū presidio est ingenti belue, ita contrā à minutissimis exitiū est maximis. Est psciculus scorpij effigie, magnitudine aranci piscis: is sub pinna affigit se aculco tynnis interdū magnitudinem delphini superantibus, tanto dolore, ut nonnunquā in naues insiliant: idem facit mugilibus. Quid est quur leo animal cunctis tremendum, expauescat galli gallinacei canitum? 10. Ne sim in hoc coniuio prorsus asymbolus, reseraram quod olim his oculis uidi in ædibus Thomae Mori, clarissimi apud Anglos uiri. Alebat domi simius pregratidem: tum forte, quò reualesceret à uulnere solus obambulare sinebatur. In extremo horti erant inclusi cuniculi, quibus insidiabatur mustella. Id simius procul quietus & otiosus spectabat, donec uideret cuniculis nihil esse periculi. Cæterū posteaquā mustella labefacta esset eaveā à muro reuulsam, iamq; periculū esset, ne cuniculi à tergo nudati præda essent hosti, accurrit simius, & consenserat trabe quadā, caueam retraxit in locū pristinum, tanta arte

arte ut homo non posset dexterius. Ex quo perspicuum  
hoc animantium genus simius esse charum. Ipsi cuniculi  
non intelligebant suum periculum, sed hostem suum per  
cancellos osculabantur. Simius opitulatus est periclitanti  
simplicitati. E p. Omnibus catulis minoribus delectatur  
simij gaudentq; fouere sinu & cōplicti. Sed pius ille si-  
mius dignus erat aliquo pictatis premio. 10. Habuit.  
E p. Quod 10. Reperit illic frustum panis à pueris, ut  
opinor, projectum: id arreptū comedit. E p. Verum mi-  
hi uidetur mirabilius hoc genus sympathias & antipa-  
thias, sic enim Græci uocant amicitiae & inimicitiae natu-  
rales affectus, etiā in rebus anima aut certe sensu carenti  
bus deprehendi. Omitto iam dicere de fraxino, cuius nec  
umbram quamuis in longū porrectam ferunt serpentes,  
adeo ut si locū in gyrum circundens igni, serpens, citius  
in flammā eat, quam ad arbore fugiat. Nam huius gene-  
ris exempla sunt innumera. Erucē cū membranis inclu-  
se, occulto naturæ opificio transfigurātur in papiliones,  
mortuis similime uidentur, ne ad contactū quidem se se-  
mouent, nisi transeunte araneo. Hominis prementis di-  
gitum nō sentiunt, et sentiunt leuissimi animantis leuiter  
incidentis pedes. Ibi demū uiuit. 10. Sentit hostem capi-  
talem nondum natū insectum. Isti non omnino dissimile  
est, quod narrat de ferro cæsis, ad quos si cæteri accedit,  
nihil accidere noui: sinis qui necauit, cōtinuò profluere  
sanguinem, uelut ex recenti uulnere: atq; hoc indicio fe-  
runt frequenter proditū cædis autorem. E p. Nec est uu-  
nū quod audisti. Sed ne perseguamur fabulas Democriti  
cas, nonne cōperimus et experimentis tantum cōsse dissen-  
sionis inter querū & oleam, ut utraq; in alterius scrobe

posita emoriatur. Quare cui aut tam male cōuenire cum iuglande, ut in propinquō posita extinguitur, tametsi iuglans cunctis fere satis & arboribus noxia est. Rursus quum uitis clauiculis suis omnia complecti soleat, solam brassicā refugit, et perinde quasi sentiat, in diuersam partem se se uertit. Quis admonet uitēm, hostē esse in propinquo? Est enim brassicæ succus uino contrarius, eoq; solet edi aduersus ebrietatem. Nec deest brassicæ suus hostis. Siquidē opposita cyclamino & origano exarescit. Similis affectus est inter cicuta et uinum, cicuta homini uenenum est, cicuta uinum. Quod est illud arcanum commercium inter liliū & alliū: ut in propinquō nascentia mutuo sibi gratificantur. Nam allio plus est uigoris, & liliū flores suauius olent. Quid hīc memorem de coniugijs arborum, quarum foeminae sterilescut, nisi in propinquō sit mascula? Oleum soli calci miscetur, quum utraq; res pariter oderit aquā. Pix attrahit oleum, quum utrunq; sit pinguis. Argento uiuo innatāt omnia excepto auro. id solum ad se trahit & cōpleteatur. Quis ille naturae sensus, ut adamās, quamlibet duris resistens, sanguine hircino mollescat? Quin & inter ipsa uenena dissidij uideas. Scorpius si forte repat per aconitum, pallescit ac torpescit. Eadem adeò noxia est herba cui nomen cerasifera, ut qui semen modò eius tractarit digitis, impune cōtrectet scorpium. Sed harum rerū, quae sunt innumerae, cōsideratio ad rei medicæ professores pertinet. Quānam est illa uis uel amicitiae, uel dissidij inter chalybē & magnetem, ut materia natura grauis ad lipidē currat & inharet, uelut osculo, & ab eodem citra contactum refugiat? Iam quum aqua se facile misceat rebus omnibus, maximè sibi,

tamē

tamen sunt que tanquam odio mutuo mixturam refu-  
giunt, uelut amnis qui in Fucinum lacum infectus superi-  
meat, in Larium Addiu, in Verbanum Ticinus, in Benati-  
cum Mincius, in Seui nū Olius, in Lemanū Rhodanus, è  
quibus nō nulli multorum milium trāitu, hospitales suas  
aqua tantum, nec largiores, quā in intulere, eundunt. Ti-  
gris influit in lacū Arethusam, ac per eum uelut hospes  
fertur sic, ut nec color, nec pisces, nec aquarum natura  
misceatur. Ad hæc quum cætera ferè flumina properent  
in mare procurrere, quedā tamē uelut exosa mare prius,  
quā in peruenient, abdunt sese in terram. Simile quid  
dam uidemus & in uentis. Auster homini pestilens est,  
huic contrarius Boreus silubris. Alter nubes cōtrahit, al-  
ter dissipat. Iam si qua fides astrologis, sunt & syderibus  
quidam amicitiae & inimicitiae affectus. Quedam amici  
homini, quedam infesta. Rursus sunt que homini aduer-  
sus innocentium uim opitulantur. Adeò nihil est in ulla na-  
ture parte, quod nō per hæc dissidi, concordiasq; et no-  
xam, & remedium homini suppeditet. 10. Fortasse & ul-  
tra coelos quiddā deprehendere liceat. Etenim si magis  
credimus, uium iucnq; mortaliū duo comitantur genij,  
alter amicus alter malevolus. E p. Nobis amice satis est  
ad coelum usq; peruenisse, etiam si nō hoc quoq; septum  
transfiliamus. Redcamus ad boues & equos. 10. Næ tu  
præclarum facis saltum. E p. Illud nobis magis admirans  
dum est, quod in eadem pro suis animantium specie de-  
prehendamus amoris et odij uestigia, nulla euidente cau-  
sa. Sic enim nobis persuadere conantur equisones & bu-  
bulci: in iisdem pascuis aut codem in stabulo, bos bo-  
uem, equus equum gaudet habere uicinū, qui alium non  
ferat.

ferat. Evidem arbitror similes affectus esse in omni animalium genere, præter sexus favorē. Sed in nullo genere evidenter, quam in homine. Siquidē in plurimis manifestum est, quod de suo in Volusii affectu profitetur Catullus: Nō amo te Volusi, nec possum dicere quare: Hoc tantū possum dicere, nō amo te. Verum in adultis fortassis diuinet alius aliam causam, in pueris, qui solo naturæ sensu ducuntur, quid est illud, quod sic hūc illi tanto amore cōciliat, rursus aliū ab hoc tanto dis̄sidio separat? Ipse quum puer essem natus annos plus minus octo, incidi in quendā meā etatis, aut fortassis anno maiore, prodigiorū uanitatis, adeò ut ad omnem occasionem ex tempore monstrosa quedā cōfingret. Occurrebat mulier, vides, inquit, hāc: Video. Cum hac decies concubui. Transibamus ponticulum angustū iuxta molā. Vbi uidit me horriscentem ad conspectū aquæ ob profunditatē nigrantis, In hanc, inquit, aquā aliquādo prolapsus sum. Quid aīs? Illic reperi cädauer hominis, accinctum crumenā, in ea erat anuli tres. Quū nullus esset mentiendi finis, sic puer horruī puerū, ut uiperā minus, nulla certa ratione, cum talibus mendacijs alij delectarētur, sed tantū arcano naturæ sensu. Neq; uero id fuit temporarium, imò & hodie sic horreo natura uanos, ut cōspicctis illis sentiam totum corporis habitum cōmoueri. Tale quiddā in Achille natat Homerus, quū profitetur mēdaces sibi & quē odiosos, atq; ipsas inferorū portas. Hoc ingenio quum natus sim, tamen hoc cōtrā fato natus uidcor, ut per omnem uitam mihi cum mendacibus, et imposteribus fuerit res. 10. At nondum uideo scopū, quō totus hic sermo cōfertur. E.P. Expediam paucis. Sunt qui felicitatem petant à magis artibus

## P R O B L E M A.

617

artibus, sunt qui ab astris, ego nullam certiorē ad felicitatem viā arbitror inueniri posse, quām si quisq; abstineat ab eo uitae genere, à quo naturae sensu tacito abhorret, ad id sc̄ conferat, quō propensus est, semper excludo turpia. Item ab eorum consuetudine se subducat, cum quorū genijs sentit suo genio non conuenire, & his se capulet, ad quos arcano naturae fertur affectu. I o. Id si fiat inter paucos erit amicitia. E p. Christiana charitas sc̄ dilatat ad uniuersos, familiaritas autem cum paucis habenda est. Et qui nullum quāuis malū lēdit, gauisurus etiam si resipiscat, satis opinor Christiane diligit omnes.

## P R O B L E M A.

CVRIO. ALPHIVS.

G v. Lubens ex te rerum plurimarū perito discerē quidam, si tibi non sit molestū. A L. Agè Curio percontare, quod uoles, ne nō respondeas tuo nomini. C v. Evidē nō grauator dici Curio, modò ne addas animal illud monosyllabū, Veneri iuxta ac Mineruæ inuisum. A L. Dic igitur, quid uelis. C v. Scire cupio, quid sit, quod appellamus graue, & leue. A L. Eadē opera roga, quid sit frigidū, & calidū. Quin tu isthuc problema baiulis proposis potius, quām mihi, aut si mauis asinis, qui grauitatem oneris demissis auriculis indicant. C v. At ego nō asinā, sed philosophicam responsonē expecto, præsertim ab Alphio. A L. Graue est, quod suapte natura fertur deorsum: leue, quod sursum. C v. Quur igitur Antipodes, qui infra nos sunt, nō decidunt in subiectum cœlum? A L. Pariter illi mirantur quāobrem tu nō decidas in cœlum, nō subiectum, sed imminens. Cœlū enim est supra omnia quæ intus cōpletūt, nec Antipodes sunt infra tc, nihilo

Q 3

magis

magis, quām tu supra illos: contra nos esse possunt, infra  
nos nō possunt. Alioqui iustius admirareris, quia rupes  
qua sustinet Antipodū terra, non decidunt, cœlūq; per-  
rumpant. c v. Quæ est igitur nativa sedes grauium, qua  
contrā leuium? A L. Ad terram nativo motu deferuntur  
omnia grauiia, ad cœlum leuia, de motu violento aut ani-  
malis iam non loquimur. c v. Est igitur motus aliquis,  
qui dicitur animalis? A L. Est. c v. Quinā? A L. Is fertur  
iuxta quatuor corporis situs, prorsum, retrorsum, ad  
dexterā, ad laevā, & in circulum, et in principio, ac fine ce-  
lerior est, in medio lentior. Nam in initio uigor addit ali-  
critatē, in fine propinquo spes peruerēdi, quo tendit ani-  
mal. c v. Nescio, quid alijs accidat animabibus, sed habeo  
famulā, que lassa est prius, quām incipiat, declassata prius,  
quām opus absoluat. Verū redi ad id, quod agere cœpi-  
sti. A L. Nativo inquā motu, que grauiia sunt ferūtur de-  
orsum. Et quò quidq; grauius est, hoc celeriore motu fer-  
tur ad terram: quò leuius, hòc maiore impetu rapitur in  
cœlū. Cōtrā fit in motu uiolēto, qui celerior in initio, plus  
latim segnescit, quū cōtrā fit in motu naturali, ueluis fa-  
gitta in altū missa, & saxū ex alto decidens. c v. Atqui  
ego putab. i homines sic per orbē terre discurrere, quem  
admodū minutissime formicæ cursitat in pigrādi sphæ-  
ra, hæret undiq;, nec ulli decidit. A L. In causa sunt, sphæ-  
rae superficies nō nihil habens asperū, tum scabricies que-  
dam in formicarū pedibus, quā habet insecta ferē omnis,  
postrem corpusculorū leuitas, id si non credis, sic sphæ-  
ram uitreā bene leuem, & glabrā, uidebis solas formicæ  
non decidere, que in summo uersantur orbe. c v. Si quis  
Deus orbē terræ medium pertrebret, hinc usq; ad Ani-  
podes

podes perpendiculo per centrum demisso, quemadmodum  
solent Cosmographi, terrae totius situm in globis lignis  
repraesentantes, tum si saxum coniicias in forame, quo peri-  
feretur? A L. Vsq; ad terrae centrum, ibi quies est omnium  
grauium. c v. Quid si Antipodes quoq; ex aduerso miti-  
tant lapidem? A L. Tunc lapis occurret lapidi circa cen-  
trum, ibi coquiescat uterq;. c v. Age, si uerum est, quod  
dixisti, motum natuum progressu magis ac magis incita-  
ri, si nihil obstat, lapis aut plumbum conieclum in foramen,  
ob motus uehementia prætercurret centrum, iamq; præ-  
termisso centro rursum motus erit violentus. A L. Plum-  
bum nunquam perueniret ad centrum, nisi liquefactum, sed  
lapis si prætercat centrum motu iam violento, primum se-  
gnius feretur, nec aliter redibit ad centrum, quam lapis ui-  
in altum proiectus redit in terram. c v. Sed recurrens natu-  
uo motu, rursus coacto impetu præteruehetur centrum,  
itaq; fiet, ut nunquam quiescat lapis. A L. Conquiescat tan-  
de prætercurrans, ac recurrens, donec peruentum fuerit ad  
equilibrium. c v. At si nihil est in rerum natura uacuum,  
oportet forame illud aere plenum esse. A L. Esto. c v. Pen-  
debit igitur in aere corpus natura graue. A L. Quid ni-  
quemadmodum chalybs in aere pendet, undiq; libratis  
magnetibus. Quid autem prodigijs si unicum saxum pendeat  
in meditullio aeris, qui tota terra tot rupibus onusta ad  
istum pendeat modum? c v. Sed ubi est terrae centrum? A L.  
Vbi est circuli centrum? c v. Id quidem est punctum indis-  
uisibile. Si tantillum est terrae centrum, quisquis perforauet  
rit medium terram, auferet centrum, nec habebunt grava  
quod feratur. A L. Ne tu satis otiose nugaris. c v. Ne que-  
so succenseas, discendi studio loquor, quicquid loquor. Si  
quis

quis terræ sphaeræ perterebret non per ipsum centrum,  
sed à latere, puta ut absit à centro centū stadijs, quò tum  
seretur coniectus lapis? A L. Non seretur recta per foras  
men, imò potius recta, sed ad centrum: itaq; prius, quā  
perueniet ad medium, iam cōquiescat in terra que ad le  
uam est, si centrū est ad leuā. C V. Sed quid est hoc, quod  
redit corpus graue aut leue? A L. Ad isthuc respondeat  
tibi Deus, quur ignem fecerit omnium leuiſimū, aërem  
proxima leuitate, terrā grauiſimam, proxima grauitate  
aquā. C V. Quur igitur nubes aquæ, pendent in sublimi  
aëre? A L. Quoniā à sole attrahente concipiunt naturam  
igneam, quemadmodū fumus è lignis humentibus uiolen  
to calore excussus. C V. Quur igitur tanto pondere deci  
dunt, ut interdū montes in planiciem redigant? A L. Con  
cretio densitasq; addit pondus. Alioqui possunt sic uideri  
sustineri ab aëre subiecto, quemadmodū tenuis ferrilav  
mina sustinetur summa aqua. C V. Sic igitur putas, quod  
plurimum habet igneæ naturæ esse leuiſimū, quod terre  
næ grauiſimū. A L. Haud procul abes à scopo. C V. At  
qui nec quiuis aër pariter leuis est, nec queuis terra pa  
riter grauis, idem de aqua fortasse sentiendum. A L. Nec  
mirum, quū ista que nominasti, non sint clementa pura,  
sed ex uarijs elemētis temperata: itaq; probabilē est eam  
terram esse leuiſimā, quæ plurimum habet ignis aut aë  
ris admixtum, eam aquā esse grauiſimā, quæ grauiorem  
terram habet admixtā, qualem arbitror esse marinā, C  
eam unde conficitur sal: itidem aër aquæ terræ ue proximus,  
grauior est, aut certè minus leuis est eo, qui procul  
abest à terra. C V. Vtrum habet plus terrene naturæ, la  
pis, an plumbum? A L. Lapis. C V. Et tamen plumbum la  
pide

pide grauius est pro ratione portionis. A L. In causa est  
dēsitas: lapis enim rarer est, eoq; plus habet aëris, quam  
plumbum. Hinc est quod videmus quoddā terrae genus  
desiccatum, si coiiciatur in aquam non subsidere, sed na-  
tare: eadem de causa videmus totos agros natantes: susti-  
nentur enim cauis radicibus arundinū, aliarumq; palu-  
strium herbarum inter se cōcxis. C v. Hinc fortassis &  
pumicū leuitas. A L. Quia pleni cauernis sunt, præterea  
multo igni decocti: submittuntur enim ē locis ardentibus.  
C v. Vnde tanta suberis leuitas? A L. Iam dictum est. Ra-  
ritas enim in causa est. C v. Vtrum est grauius plumbū,  
an aurum? A L. Aurum opinor. C v. Aurum tamen uide-  
tur habere plus ignea natura. A L. Quia noctu uelut ig-  
nis lucet, ut ait Pindarus. C v. Scilicet. A L. Sed densitas  
in auro maior. C v. Vnde id deprehenditur? A L. Respon-  
debunt aurifices, nec argentum, nec plumbū, nec æs Cy-  
prium, nec ullum simile genus latius diducitur malleo,  
quam aurum. Eadē ratione philosophi deprehenderunt  
nihil esse liquidius melle & olco, quod si quis hæc in un-  
etione dilatet, et latissimè diffunditur humor, & siccessit  
serius. C v. Sed uirum grauius est oleum an aquas? A L. Si  
de olco lini loqueris, arbitror oleum esse grauius. C v.  
Quur igitur aquæ supernat oleum? A L. Leuitas nō est  
in causa, sed ignea olei natura, tum peculiaris omnium  
pinguium uis ab aqua abhorrens, quæ est in herba quæ  
dicitur ærælos. C v. Quur igitur non natat ferrum ignis  
candens? A L. Quia non est calor nativus. Et ideo citius  
penetrat aquā, quod caloris magnitudo dispellat obstan-  
tem liquorcm. Sic cuneus ferreus citius petit ima, quam  
lamina. C v. Vtrum intolerabilius est ferrū candens, an  
frigidum?

frigidum? A L. Candens. c v. Grauius igitur. A L. Est, si  
comodius est gestare manu paleam incensam, quam silu-  
cem frigidum. c v. Quid est in causa quod lignum ligno  
leuius aut grauius est? A L. Densitas ac raritas. c v. At  
ipse noui quendam est familia regis Britannie, qui in conu-  
vio ostendit nobis lignum, eius ut aiebat, arboris, quae fert  
aloem: adeo solidum erat, ut lapis uideri posset: adeo manu-  
bus libranti leuc, ut arundo uideri posset, & si quid sicca  
arundine leuius: impositum uino (putabat enim ita depelli  
uenena) mox properabat ad fundum, ut uix plumbum cer-  
lierius. A L. Nec densitas, nec raritas semper in causa est,  
sed peculiaris & occulta in rebus cognatio, quae facit ut  
quendam se amplexantur, aut refugiant, ueluti magnes  
attrahit chalybeem, uitis refugit brasica, & flamma etiam  
est longinquo ad naphtam transuersat, aliquanto inferiore  
loco positam, quum naphtha sit natura grauis, flammalem  
uis. c v. Omne genus aeris innatam argento uiuo, solum aere  
rum subsedit et circunuoluit, quum argentum uiuum sit  
materia liquidissima. A L. Non habeo quod respondeam,  
nisi peculiarem naturae cognitionem: ad hoc enim natum  
est argentum uiuum, ut purget aurum. c v. Cur Arcthusa  
fluuius subter mare Siculum transit, ac non potius inna-  
tum, quum ante a dixeris marinam aquam fluuiatili esse gra-  
uiorem? A L. Naturale dissidiun est in causa, sed arcanum.  
c v. Quur natum cygni, quum homines eandem aquam  
ingressi pessum eant? A L. In causa non est tantum pennarum  
coecauitas leuitasque, uerum etiam siccitas, qua aqua  
refugit: hinc est quod in panno linone uehementer siccatur,  
si ponas aquam aut uinum, in globum se costrahit, sin  
in humidum, mox spargitur. Itidem si infundas liquorem  
in

in cyathum siccum, aut marginibus pingui oblitis, et insundas aliquantò plus, quàm cyathus capit, liquor circa medium citius colligit se in rotundum, quàm transeat margines. c v. Quur in fuminibus naues minus sustinēt oneris, quàm in mari? A L. Quia subtilior est fluuiatilis aqua. Eadē de causa uolucres facilius se librant in aëre crassiore, quàm uehementer subtili. c v. Cur non subsidunt Flotae? A L. Quoniam cutis sole desiccata et leuior facta est, et humore refuens. c v. Quur ferrū diductum in amplam laminam natat, quum idem contra clum sidat. A L. Partim siccitas est in causa, partim aër inter aquam et laminā mixtus. c v. Vtra res grauior, aqua an uinū? A L. Arbitror uinum nō cedere aquæ. c v. Quam obrem ergo qui ab œnopolis emunt uinum, aquā pro uino recipit, riuit in imo dolio? A L. Quia uinū habet pingue quiddā, quod aquæ refugit liquorē, nō aliter quàm oleum. Argumentum in prōptu est: Quò uinū est generosus, hòc et difficilius admiscetur aquæ, et incensum ardet ucheniensius. c v. Quur in asphaltite lacu nullum corpus animale uiuū mergitur? A L. Non est meum ad omnia naturæ miracula respondere. Habet illa quadā arcana, que nos mirari uoluit, scire noluit. c v. Quur homo macilentus obeso grauior est, si cetera sint paria? A L. Quoniam ossa densiora sunt carne, et ideo grauiora. c v. Quur idē homo ieiunus grauior est seipso pranso, quū corpori onus accesserit? A L. Cibo, potuq; spiritus augētur, et iij addūt corpori leuitatē. Unde et hilaris leuior est nōcerente, et mortuus uiuo lögē grauior. c v. Sed qui fit, ut idē homo quum uult, faciat se grauiorē, aut leuiorem? A L. Contentus spiritu reddit se leuiorē, emissō grauiorē. Sic natat uesicæ inflata,

inflata, & clausa, pertusa sedit. Sed quādo Curio desinet  
nobis occinere cur? c v. Desinam, si mihi pauca etiā di-  
xeris, cōclum utrum graue sit, an leue. a l. An leue sit, ne-  
scio, certe graue non potest esse, quum sit naturae ignea.  
c v. Quid igitur sibi uult uetus prouerbium, Quid si cō-  
clum ruat? a l. Quia rūdis antiquitas Homerum secuta,  
credidit cōclum esse ferratum. Sed Homerus à coloris simi-  
litudine ferratum dixit, non à pondere, quemadmodū nos  
cineraceum dicimus, quod cineris colorem præse fert.  
c v. Est igitur cōclum coloratum? a l. Non uere, sed ta-  
le nobis uidetur propter aērem, & liquorem medium:  
quemadmodum sol nobis nunc rubet, nunc fuluet, nunc  
candidat, quum is nihil talium mutationum recipiat. Itu-  
dem & iridis pictura, non in cōclu est, sed in aēre humi-  
do. c v. Verū ut finiā, fateris cōclu nihil esse sublimius,  
quacunq; tegit orbem terrae? a l. Fateor. c v. Et centro  
terre nihil esse profundius? a l. Scilicet. c v. Inter om-  
nes rerum species quid est grauiſſimū? a l. Aurum opū  
nor. c v. Hic abs te uehementer dissentio. a l. An scis  
aliquid auro grauius? c v. Scio, & quidem multis partu-  
bus. a l. Proinde me uiciſſim doce, quando scis, quod me  
nescire profiteor. c v. Quod igneos illos spiritus eſum-  
mo cōcli uertice depreſſit in ima Tartari: nam ea collo-  
cant in centro terre nonne oportuit omnīū esse grauiſſiu-  
mum? a l. Fateor, sed quid nam fuit illud? c v. Peccatum,  
quod & hominum animas, quas Maro uocat aurā ſimi-  
plicis ignes, eodem demergit. a l. Si libet ad istud Philo-  
ſophie genus demigrare, fateor & aurum, & plumbum  
esse plume & leuitatis, si cū peccato conferatur. c v. Qui  
fuit igitur, ut qui hac sarcina sunt onusti, subuolent in  
cōclum?

ēcēlum? A L. Profecto non uideo. c v. Atqui sese parant ad cursum, saltum ue, non solum quicquid est oneris ab iisciunt, uerum etiam contento spiritu sese reddunt leuis usculos: & ad hunc cursum, saltumq; quo ferimur in cœlum, non studemus illud abi scere, quod omni saxo, omni plumbō grauius est? A L. Faceremus, si uel micam sanæ mentis haberemus.

## E P I C V R E V S.

H E D O N I V S. S P V D A E V S.

H E. Quid uenatur meus Spudæus, quod sic totus incunabit libro, nescio quid secum murmurās? S P. Planè uenor Hedoni, sed nihil aliud quam uenor. H E. Quid uoluminis est, quod habes in sinu? S P. Dialogi Ciceronis de Finibus bonorū. H E. At quanto satius esset querere bonorum initia, quam fines. S P. Sed M. Tullius finē boni appellat bonum omnibus numeris absolutum, quod qui sit assequutus, præterea nihil desideret. H E. Opus cum pri mis cruditū & eloquens, sed nō tibi uideris aliquod operæ premium fecisse, quod ad ueri cognitionē attinet. S P. Hoc mihi uideor fecisse lucri, quod nunc magis etiā ambigam de finibus, quam antea. H E. Agricolarū est ambigere de finibus. S P. Nec satis queo mirari, de rectā inter tantos uiros tantam fuisse sententiarum pugnā. H E. Nimirūn quia foecūdus est error, quum simplex sit ueritas. Quoniam totius negotij caput ac fontem ignorat, diuinant, ac delirant omnes: sed quæ sententia tibi uidetur esse scopo uicinior? S P. Quū audio impugnantē M. Tullium, displicant singulæ: rursus quum audio defendētem, si proorsus iōurām̄. Mihi tamen Stoici uidentur minus aberrare à uero, quibus proximū locum tribuo Peripateticis.

Hoc est dubi  
tans & suspen  
sus in opinio  
ne. Tractū à

R teticis.

philosophis Academicis, qui i φιλοσοφίαι cureorum. s p. Atqui inter omnes nulla damnatio omnium suffragijs . h e. Missam faciamus nominum iniunctum, hoc est, de nullare pronuntiātes diam, fuerit Epicurus qualem quisq; uelit, rem per se contemperat, sed semper h e syderemus. Ille felicitatē hominis collocat in uoluptate, tentes.

teticis. h e. At mibi nulla secta magis arridet, quam Ep̄i Academicis, qui i φιλοσοφίαι cureorum. s p. Atqui inter omnes nulla damnatio omnium suffragijs . h e. Missam faciamus nominum iniunctum, hoc est, de nullare pronuntiātes diam, fuerit Epicurus qualem quisq; uelit, rem per se contemperat, sed semper h e syderemus. Ille felicitatē hominis collocat in uoluptate, eamq; uitam iudicat beatissimā, quæ plurimū habeat uoluptatis, tristitia quā minimum. s p. Sic est. h e. Quid dici potuit hanc sententia sanctius? s p. Imō clamitant omnes hanc esse uocem pecudis, nō hominis. h e. Scio, sed isti errāt in rerum uocabulis. Quod si de ueris loquamur, nulli magis sunt Epicurei, quam Christiani pie uiuentes. s p. Cynicis propiores: nam isti se macerant ieuiis, deplorant sua cōmissa, et aut sunt tenues, aut benignitas in egenos cōciliat illis inopiam: opprimuntur a potentioribus, deridentur a plerisq;. Si uoluptas adfert felicitatē, hoc uitæ genus a uoluptatibus, quam longissime uidetur abesse. h e. Admittis ne autoritatem Plautinā? s p. Si quid recte dicat. h e. Accipe igitur nequissimi servi dictum, omnibus Stoicorū paradoxis sapientius. s p. Expecto. h e. Nihil est miserius quam animus sibi male conscientius. s p. Non reijcio dictum, sed quid hinc colligis? h e. Si nihil miserius animo sibi male cōscio, consequitur nihil esse felicius animo sibi bene conscio. s p. Recte qui dem colligis, sed in qua tandem regione inuenies istū animum nullius mali sibi cōscium? h e. Malū appello, quod dirimit amicitiam inter Dcūm et hominē. s p. Et ab hoc mali genere puto per paucos esse puros. h e. Ego uero et purgatos habeo pro puris. Qui lixiuio lachrymarum ac pœnitentiae nitro, aut charitatis igni maculas absterrunt, eis non solum nihil nocent peccata, uerū etiam fratelli

quenter in maioris boni materia cedunt. s p. Evidem  
nrum & lxiuiū noui, igni purgari maculas nunquā aie  
diui. h e. Atqui si adeas argētarias officinas, uidebis au  
rum igni purgari. Quanquā et lini genus est, quod conie  
ctum in ignem nō exuritur, sed nitidius splendescit, quam  
ulla possit aqua, eoq; uiuum appellant. s p. Næ tu nobis  
adfers paradoxū omnibus Stoicorū paradoxis ~~wagadogō~~  
~~z̄pov.~~ Viuunt illi uitam uoluptuariā, quos Christus appellat  
luit ob id beatos, quod lugeant<sup>e</sup> h e. Mundo uidentur lis  
gere, sed re uera deliciantur, ac quod dici solet, toti melle  
peruncti suauiter uiuunt, adeo ut cum his collati, Sarda  
napalus, Philoxenus, Apilius, aut si quis aliis est uolupta  
tum studio nobilitatus, tristē ac miserā peregerint uitam.  
s p. Noua narras, sed uix credenda. h e. Experire, et om  
nia terq; quaterq; dices uera fuisse mea. Efficiā tamen, ut  
arbitror, ne uideatur usque adeo ueri diſsimile. s p. Ac  
cingere. h e. Faciam si mihi prius quædā cōcesseris. s p.  
Modo tu æqua postules. h e. Lucrū annumerabo, si sor  
tem dederis. s p. Age. h e. Primum illud opinor dabis  
nō nihil interesse inter animā & corpus. s p. Quantum  
inter cœlum & terrā, inter immortale & mortale. h e.  
Deinde falsa bona nō esse ponenda in bonis. s p. Nihilo  
magis quam umbræ habendæ sunt pro corporibus, aut  
præstigiæ magorū, somniorū ue ludibria ducenda sunt  
pro ueris. h e. Hactenus cōmodè respondes. Dabis opin  
nor & illud, uerā uoluptatē non cadre nisi in animū sa  
nū. s p. Quid nī? Nullus enim sole delectatur, si lippiat o  
culi: aut uino, si febris palatū infecerit. h e. Nec ipse nī fal  
lor Epicurus amplecteretur uoluptatē, que lōgē maiore  
cruciatiū multoq; diuturniore secū adduccret. s p. Nō ar  
bitror

bitror, si quis modo sapiat. H E . Nec illud negabis, Deum  
esse summū bonum, quo nihil pulchrius, nihil amabilius,  
nihil dulcior. s p . Istud nullus iuerit inficias, nisi Cyclopi  
bus immanior: quid tum postea? H E . Iam mihi donasti,  
nullos suauius uiuere, quam qui pie uiuunt, nullos misere-  
rius & afflictius, quam qui uiuunt impiè. s p . Plus igitur  
largitus sum quam putabam. H E . Sed quod rectè datum  
est, ut ait Plato, nō oportet reposcere. s p . Age. H E . Catel-  
la quæ habetur in delicij pascitur lautiſime, cubat molli-  
ter, ludit ac lascivit iugiter, an nō uiuili suauiter? s p . Vi-  
uit. H E . Optares tibi talē uitā? s p . Bona uerba, nūsi pro  
homine uelim esse canis. H E . Fateris igitur præcipuas  
uoluptates ab animo proficiisci uelut à fonte? s p . Appa-  
ret. H E . Tāta enim animi uis est, ut saepe doloris externi  
sensum adimat: nonnunquā quod per se est amarū, redi-  
dat iucundū. s p . Isthuc quotidie uidemus in amantibus,  
quibus dulce est peruigilium, & hybernis noctibus excu-  
bare ad amicæ forcs. H E . Iam illud reputa, si tantam uim  
habet amor humanus, qui nobis cum tauris & caribus  
est cōmunit, quantò plus ualeat amor ille coelestis à Chri-  
sti spiritu profectus: cuius tanta uis est, ut morte quoq;  
qua nihil terribilius, reddat amabilem. s p . Quid alij sen-  
tiant intus, nescio, certè carent multis voluptatibus, qui  
adhærent ueræ pictati. H E . Quibus? s p . Non ditescunt,  
non assequuntur honores, non cōuiuantur, non saltant,  
non canunt, non olent unguenta, nō rident, non ludunt.  
H E . De diuitijs & honoribus nulla erat hic facienda  
mentio, quæ nō adferunt uitam iucundā, sed sollicitam po-  
tius et anxiā: de cæteris agamus, quæ cum primis uenan-  
tur quibus studio est suauiter uiuere. Nōnne quotidie ini-  
des

des ebrios, fatuos, & insanos, ridentes ac saltantes? s p.  
Video. h e. Num putas illos suauiter uiuere? s p. Hosti-  
bus cōtingat illa suauitas. h e. Quam ob rem? s p. Quia  
nō adest sana mens. h e. Tu igitur malles ieunus incum-  
bere libro, quām ad eum modū delectari? s p. Plane mal-  
lem uelagrum fodere. h e. Nam inter diuitem ac temu-  
lentū nihil interest, nisi quod huic insanie medetur som-  
nus, illi uix medicorum cura succurrit. Natura fatuus nē  
bil differt ab animante bruto, præter formā corporis, sed  
leuius miseri sunt quos natura genuit brutos, quām qui  
beluinis cupiditatibus obbrutuerunt. s p. Fateor. h e.  
Iam num tibi sobrij uidētur aut sani, qui propter præsti-  
gias umbrasq; uoluptatū, & ueras animi uoluptates ne-  
gligunt, & ueros sibi cruciatus accersunt? s p. Nō uiden-  
tur. h e. Non sunt illi quidē temulentī uino, sed amore,  
sed ira, sed auaritia, sed ambitione, alijsq; prauis cupidi-  
tatibus, quæ longe perniciösior est ebrietas, quām quæ ui-  
no contrahitur. Syrus ille in comœdia posteaquā edo-  
miuerat uillum quod biberat, sobria loquitur: at animus  
uitiosa cupiditate ebrius, quām grauata redit ad se,   
quot annis urget mentē amor, ira, odiū, libido, luxus, &  
ambitio? quām multos uidemus ab adolescentia ad decre-  
pitam usq; ætatem, ab ambitionis, auaricie, libidinis, lu-  
xusq; temulentia nunquam expurgisci ac resipiscere. s p.  
Istiusmodi noui nimium multos. h e. Largitus es, falsa bo-  
na nō esse in bonis ducenda. s p. Nec reposco. h e. Nec  
est uera uoluptas, nisi quæ ex ueris nascitur. s p. Fateor.  
h e. Non sunt igitur uera bona, que uulgas hominū per-  
fas nefasq; uenatur. s p. Non arbitror. h e. Si uera essent  
bona, non contingent nisi bonis, & beatos redderent

R 3 quibus

quibus obueniūt. Quid aut uoluptas: num uera uidetur,  
qua non ex ueris bonis, sed ex falso bonorum umbris na-  
scitur? s p. Nequaquam. h e. At uoluptas efficit ut suauiter  
uiuamus. s p. Maxime. h e. Nullus igitur uere uiuit sua-  
uiter, nisi qui pie uiuit, hoc est, qui ueris fruitur bonis: so-  
la autem pietas reddit hominem beatum, quae Deum sumi-  
mi boni fontem homini sola conciliat. s p. Propemodum  
assentior. h e. Nunc mihi uide quot parasangis absint à  
uoluptate, qui uulgo uidentur præter uoluptates nihil  
sequi. Primū animus illorū impurus est, & cupiditatum  
fermēto uitiatus, ut etiam si quid incidat dulce, protinus  
amarescat, quemadmodum fonte uitiato non potest non  
esse liquor insipidus. Deinde non est uera uoluptas, nisi  
qua sano percipitur animo. Nam irato nihil vindicta in-  
cundius: sed ea uoluptas uertitur in dolorem, simul atq;  
morbus animū reliquerit. s p. Non refragor. h e. Postre-  
mo uoluptates illæ sumuntur ex falso bonis, inde conse-  
quitur et illas esse præstigias. Quid porrò diceres si uide-  
res hominē magicis artibus delusum, uesci, bibere, saltare,  
ridere, plaudere, quum nihil earū rerum uere adesset,  
quas se uidere credit? s p. Equidē et insanum dicerem &  
miserū. h e. Simili spectaculo ipse nonnunquam interfui.  
Sacerdos erat qui callebat artem præstigiatoriam. s p.  
Eam nō didicerat è literis sacris. h e. Imò è facerrimis,  
hoc est, execratisimis. Hunc aliquot aulicæ foemine fre-  
quenter appellabāt, ut acciperentur ab eo coniuio, sor-  
des, & parsimoniā opprobrantes. Annuit, inuitauit. Ve-  
nerunt ieunæ, quò lubentius epularentur. Accubuerunt:  
nihil aberat, ut uidebantur, lautiariū, explerunt se affa-  
tim. Peracto cōuiuio egerunt coniuatori gratias, ac di-  
scēses

cesserunt suam quæq; domū. At mox cœpit oblatrare sto-  
machus: demirātur quid esset hoc monstri, statim à pran-  
dio tam splendido esurire ac fitire. Res tandem erupit,  
et in risum abiit. s p. Et merito: præstiterat domi lenticu-  
la placare stomachum, quām in anibus spectris deliciari.  
H E. At mihi uidetur multò magis esse ridiculum, uulgus  
hominum pro ucris bonis inanes bonorum umbras am-  
plecti, et his præstigijs delectari, que non exeunt in ri-  
sum, sed in luctus sempiternos. s p. Quò propius intuer-  
or, hoc mihi uidere minus absurdum loqui. H E. Agè largia  
mur, ut interim in nomen uoluptatis ueniant, que re uer-  
ra non sunt: appellarés ne mulsum dulce, cui longè plus  
esset admixtū aloës, quām mellis? s p. Nō dicrem, si uel  
triens aloës esset admixtus. H E. At optares tibi malā sca-  
biem, quòd scalpendi esset aliqua uoluptas? s p. Non, si  
compos sim mentis. H E. Fac igitur tecū subducas ratio-  
nem, quantū amaritudinis admixtū sit istis falso nomine  
uoluptatibus, quas gignit amor impudicus, libido illicita,  
comessatio ac temulentia: Omitto nūc quod est omnium  
caput, cōscientiæ cruciatus, inimicitia cum Deo, expecta-  
tionem æterni supplicij. Quod obsecro in his uoluptati-  
bus genus est, quod nō ingens externorū etiam malorum  
agmen secum adducat? s p. Que nam? H E. Rursus omit-  
tam uaritiam, ambitionem, iram, superbiā, inuidiam,  
que per se tristia sunt mala, cōseramus illa, que præcipue  
delectationis nomine cōmendantur. Quum largiori po-  
tationi succedit febris, capitis dolor, alui tormenta, inge-  
nij stupor, fame macula, memoria dctrinætum, uomitus,  
et ruina stomachi, tremor corporis, num uel Epicurus  
existimaret eam uoluptatem expetendam? s p. Fugien-

dam diceret. H E. Quū adolescens ē scortatione nouans lepram, quum nunc vānogisōvīs quidam Neapolitanam scabiem appellant, sibi ut fere fit, contrahunt, per quam toties sit illis in uita moriendum, semperq; uiuū cadaver

Eπινεργίσσυ circunferendū, nōnne bellē uidetur επινεργίσσεται. Imo significat Epi curum agere, επινεργαθήν. H E. Iā finge delectationis ac doloris equilibrium, optares ne tam diu cruciari dolore dentium, p̄tatisbus studere.

Hoc est recta s p. Equidē mallem utroq; carere: nam uoluptatem eme ad tonstrinas re dolore, nō est lucrum, sed pensatio: hīc sanè potior est currere.

Nostra tēpe αιαλυνοία, quam Cicero ausus est indolētiā appellare. State qui tonores sunt si. H E. At nunc uoluptatis illicite titillatio pr̄terquam inīl Chirurgi quod longe minor est cruciatu quem adducit, temporis cem exercet, etiā exigui est: Lepra uero contracta, per omnem uitam tonstrinā pro misere discruciat, totiesq; mori cogit, prius quam morilū chirurgi domo, in qua ei, ceat. s p. Tales discipulos nō agnosceret Epicurus. H E. usinodi pustu Luxuriae comes plerūq; est egestas, onus et miserum, O le & pocca gallice curat. graue: libidinis immodecē paralysis, tremor nervorum,

Sed interim lippitudo ac cæcutientia, lepra, at nō hæc tantū. An non eleganter alludit ad etymo. egregia negotiatio, nec ueram, nec synceram, ad hæc bre logiā τὸ ιππι ucm delectationem, tot tanto grauioribus ac diuturnio. οὐσίσσυ, ϕribus cōmutare malis? s p. Ut non accedat cruciatus, mi uerbū uidetur histultissimus negotiator esse uidetur, qui gemmas uellas applica- tro permute. H E. Illud dicis, qui uera animi bona, ob su- re, cū puellis conuerari, catas corporis uoluptates amittat. s p. Ita sentio. H E.

Nunc redeamus ad exactiorem supputationē: nec febris aut egestas semper comitatur luxum, nec noua lepra aut paralysis semper comitatur Veneris immodicū usum: sed conscientiae cruciatus, quo nihil esse miserius iam inter nos cōuenit, semper comes est illicite uoluptatis. s p.

Imo

Imò præcurrit interdum, & in ipsa uoluptate fodi cat ani-  
mum. Sunt tamen quos dicas hoc sensu carere. H E. Iam  
hoc ipso infeliores. Qvis enim non malit sentire doloi-  
rem, quam corpus habere stupidum & sensus expers? Ve-  
rum ut nonnullis uel cupiditatum intemperantia, uelut  
ebrietas quedā, uel uitiorum assuetudo cœu callus quidā,  
mali sensum adimat in iuuentu, quum ad senectutē peri-  
uentum fuerit, ac præter innumera incōmoda, quorum  
thesaurum superioris uitæ cōmissa reposuerunt, de pro-  
pinquo terræt mors nulli mortalium cuitabilis, tanto gra-  
uius discruciat conscientia, quanto magis per omnē uit-  
am stupuit. Tū enim, uelit nolit, expurgiscitur animus.  
Senectus autem quum per se sit tristis, quippe multis na-  
turæ incōmodis obnoxia, quanto miserior est, atq; etiam  
turpior, si urgeat animus sibi male conscius? Coniuicia,  
comessationes, amores, choreæ, cantilenæ, cæteraq; que  
iuueni uidebantur suauia, seni sunt amara: nec aliud ha-  
bet atas illa quo se fulciat, nisi si adsit uitæ innocenter  
actæ recordatio, ac spes uitæ melioris. Hi sunt duo scipio-  
nes, quibus nititur senecta, quod si pro his subductis, im-  
ponas geminam sarcinā, uitæ perperā acla memoriam,  
& futuræ felicitatis desperationē, obsecro, quod animal  
fingi potest afflictius aut miserius: s p. Equidem non ui-  
deo, etiam si quis ἡ πατέρα γῆς obijciat. H E. Tum deniq;  
serò sapiunt Phryges: & illud uerissime dictum, Extræ-  
ma gaudijs luctus occupat: & Non est oblectamentū sui  
per cordis gaudium: & animus gaudens floridam etas-  
tem facit, spiritus tristis exiccat ossa: item illud, Omnes  
dies pauperis mali, hoc est, afflicti ac miseri: secura mens  
quasi iuge coniuiciū. s p. Sapiunt igitur qui mature rem

R 5 faciunt,

faciunt, & colligunt uiaticū uenturæ senectuti. H E. Scrīptura mystica nō tam humi repit, ut fortunæ bonis metuat  
tur hominis felicitatē: is demū eximie pauper est, qui nu-  
dus est omni uirtute, & animā simul cum corpore debet  
Orco. s p. Is quidē exactor est implacabilis. H E. Is uerē-  
diues est, qui Deum habet propitium: Quid aut̄ metuat,  
qui talem habeat protectorem. num homines minus po-  
test uniuersorū hominum potestas aduersus Deū, quam  
culex aduersus Elephantē Indicum. num mortē: ea pijs  
transitus est ad æternā beatitudinē. num inferos? sed con-  
fidenter Dco loquitur uir pius: Et si ambulauerō in mei-  
dio umbræ mortis, non timebo mala, quoniā tu meū es.

Quar metuat dæmones, in pectore gerens eum, quē tre-

mentū dæmones? nam hominis pijs mentem templum esse  
Dei, non uno in loco prædicat scriptura, uerē ~~avxvris p̄p̄~~  
contradici.

zG. s p. Evidē non video, quibus rationibus ista queāt  
refelli, quāquām uidentur plurimum abesse à sensu com-  
muni. H E. Qui sic? s p. Nam ad tuam ratiocinationem  
quiuis Frāciscanus uitā ageret magis ad uoluptuarium,  
quam alius, opibus, honoribus, bruciiter omni genere dei-  
litiarū affluens. H E. Adde monarchæ sceptrum, si libet,  
adde pontificiā coronā, eamq; è triplici fac centuplicem,  
modo detrahias animū sibi bene consciū, audacter di-  
cam hunc Franciscanū, nudipedem, nodoso fune cinctū,  
tenuiter ac uiliter amictū, ieunijs, uigilijs, ac laboribus  
attenuatum, qui teruncium nō habet in orbe, modo adsit  
bona mens, deliciosius uiuere, quam si in unū hominem  
sexcentos cōfles Sardanapilos. s p. Vnde igitur est, quod  
pauperes ferè cōspicimus tristiores diuitibus? H E. Quia  
bis pauperes sunt pleriq; Alioqui, morbus, inedia, uigilia,

labori

labores, nuditas, extenuant quidē corporis habitum, sed tamen nō in his tantū, sed etiā in ipsa morte sese excrit mentis alacritas. Animus enim quanquām illigatus est mortali corpori, tamen quoniam naturae potentioris est, corpus ipsum quodammodo transformat in se, præseri tim si ad uehementem naturae impetum accedat cū ipse sit Id est, efficacia spiritus. Hinc est quòd sēpenumero uidemus homines uere pios maiorc cum alacritate morientes, quām alios cōuiuantes. s p. Isthuc profecto non raro sum admiratus. H E. Atqui nō est admirandum, illic esse inuincibile gaudium, ubi adest omnis letitiae fons Deus. Quid autem nō uerē est, animū uerē pīj hominis gaudere iugiter in mortali corpore, quum idem si ad intima Tartari demergatur nullum felicitatis detrimentū facturus sit? Vbicunq; pura mens est, ibi Deus est: ubicunq; Deus est, ibi paradiſus est, ibi cœlum est, ibi felicitas est: ubi felicitas est, ibi gaudium est uerum, & alacritas syncera. s p. Attamen suū uius uiuerent, si absint incōmoda quædam, & adessent oblectamenta, quæ uel negligunt, uel non assequuntur. H E. Quæ uerò mihi narras incōmoda? Quæ lege cōmūni comitantur conditionem humanam? Famem, sitim, morbum, laſitudinem, senectutem, mortem, fulmina, terrāmotus, inundationes, bella? s p. Et ista quoq;. H E. At nos de mortalibus interim agimus, nō de immortalibus. Et tamen in his quoq; malis, longè tolerabilior est piorum conditio, quām uoluptates corporis per fas nefasq; uenantum. s p. Qui sic? H E. In primis, quoniam animos habent ad temperantiam ac tolerantiam exercitatos, ceteris moderatius ferunt ea, quæ uitari non possunt. Dicin, quoniam intelligunt illa omnia à Deo immitti uel

ad.

ad purgationem criminum, uel ad exercitationem virtutis, non modo patienter, uerum etiam gaudenter, tanquam obedientes filij illa de manu propitiij patris accipiunt, atq; etiam gratias agunt, uel pro clementi correctione, uel pro inestimabili lucro. s p. Sed multi sibi accersunt corporis molestias. h e. Sed plures adhibent medicorum remedia, quo corporis sanitatem uel tueantur, uel recuperent. Ceterum accersere molestias, hoc est, inopiā, aduersam ualeitudinē, persequitionem, infamiā, nisi quum buc impellit Christiana charitas, non est pietatis, sed stultitiae. Ceterum quoties infliguntur ob Christū: Ob iustitiam, quis ausit eos uocare miseros, qui ipse dominus appelleat eos beatos, & horū gratia gaudere iubeat? s p. Habent tamen interim & ista sensum cruciabilem. h e. Habent, sed quem facile absorbet, hinc metus gehenna, illinc spes æterne beatitudinis. Agè, si tibi persuasum est te nunquā agrotaturum aut ullā corporis molestiam sensurum in omni uita, si semel patiaris cuspipe acicula tibi summā pungi cutem, nonne lubens & gaudens acciperes tantillum dolorē? s p. Maximē. Imo si certo sciam mihi nunquā in uita dolituros dētes, equo animo patiar uel altius infigi acum, atq; etiā ambas aures subula persvari. h e. Atqui quicquid in hac uita accidit afflictionis, leuius ac breuius est ad æternos cruciatus, quām momentaneum acus uulnusculū ad hominis uitam, quāvis longam: nulla enim analogia, rei finitae ad infinitam. s p. Verissima prædicas. h e. Iam si quis tibi persuadat, te per omnem uitā omni molestia cariturū, si semel manu flamam diuidas, quod fieri uetuit Pythagoras, nonne lubes id faceres? s p. Ego sanè uel centies, modo ne me fallat

pro

promissor. H E. Deus ne potest quidē fallere: sed ille flam  
mæ sensus diuturnior est, ad totam hominis uitam colla-  
tus, quām tota uita collata ad cœlestem beatitudinem,  
etiam si quis trium Nestorum excedat annos. Siquidem  
ita quantumlibet breuis manus inieccio, nonnulla huius  
uite portio est: sed tota hominis uita, nulla portio est æter-  
nitatis. s p. Non habeo quod contradicā. H E. Ad hanc  
igitur qui toto pectore, certaq; spe properant, quum tam  
breuis sit trans cursus, an credis eos huius uite molestijs  
discritiari? s p. Non arbitror, modo adsit certa persua-  
sio firmaq; spes assequendi. H E. Venio nunc ad oblecta-  
menta, quæ obiiciebas. Abstinent à choreis, à comedatio-  
nibus, à spectaculis, haec nimirū ita contemnūt, ut fruan-  
tur multò iucundioribus, nec minus oblectentur, sed ali-  
ter. Oculus non uidit, auris non audiuit, nec in cor homi-  
nis ascenderunt, quæ solatia Deus parauerit diligentibus  
ipsum. Beatus Paulus agnouit, quæ sint cantica, quæ cho-  
reæ, quæ tripudia, quæ comedationes piarum mentium,  
etiam in hac uita. s p. At sunt quædā uoluptates licitæ,  
quas isti sibi ipsis intercidunt. H E. Etiam licitarū uolu-  
ptatum immodicus usus est illicitus, hunc si excipias, in  
cæteris omnibus superant, qui uidetur aspera uitam de-  
gere. Quod potest esse magnificentus spectaculū, quām  
huius mundi contemplatio? Ex eo longè plus capiunt uo-  
luptatis homines Deo chari, quām cæteri. Siquidem hi  
dum curiosis oculis contemplantur admirandum hoc  
opus, anguntur animo, quod multarū rerū caussas non  
assequantur. In quibusdam etiam ceu Momi quidam ob-  
murmurant opifici, neq; rara naturam pro matre nouer-  
cam appellant: quod conuitum, herbotenus quidam na-  
turam

turam ferit, sed re uera in eum redundat, qui natura con-  
didit, si qua est omnino natura. At homo pius religiosis  
ac simplicibus oculis magna cum animi uoluptate spe-  
ciat opera domini, patrisq; sui, demirans singula, nihil  
reprehendens, sed pro cunctis gratias agens, quum repu-  
tat hæc omnia propter hominē esse condita, atq; adeo in  
singulis rebus adorat omnipotentiam, sapientiam ac bo-  
nitatem cōditoris, quarū uestigia perspicit in rebus con-  
ditis. Iam finge mihi esse aliquod palatum re uera tale,  
quale Psychæ fингит Apulcius, aut si quod potes magnifi-  
centius, elegantiusq; : huc adhibe duos spectatores, alter  
rum peregrinum, qui tantum uisendi causa uenerit, alte-  
rum seruū aut filium eius, qui construxit hoc ædificium:  
uter impensis delectabitur, hospes ille, ad quem ea do-  
mus nihil attinet, an filius, qui charissimi patris ingenii,  
opus ac magnificentia in ædificio magna cum uoluptate  
speculatur, præsertim quum cogitat totū hoc opus ipsius  
gratia factum esse? s p. Percontatio tua non cget respon-  
so, sed pleriq; non pijs moribus, sciunt cœlum & qua cœ-  
lo clauduntur hominis caussa esse cōdita. H E. Sciunt ple-  
riq; omnes, sed non omnibus hoc uenit in mentem: & si  
uenit in mentem, plus tamen capit uoluptatis qui magis  
amat opificem: quemadmodū alacrius intuetur cœlum,  
qui ad uitā cœlestē aspirat. s p. Veri similima dicis. H E.  
Iam conuiuorum suauitas, non est sita in lauitijs palati  
aut coquorum cōdituris, sed in prospera corporis uale-  
tudine, & stomachi appetentia. Caeu igitur putas illum  
Lucullum coenare iucundius appositis perdicibus, pha-  
sianis, turturibus, leporinis, scaris, siluris, aut murenis,  
quam uir pius cibario pane, holeribus aut leguminibus,  
potu

potu uel aquæ, uel cœruiſia tenuis, uel uini probè diluti,  
propterea quòd hæc accipit tanquā missus à benigno pa-  
tre datos, omnia cōdit oratio, omnia sanctificat precatio  
præcedens, sacra lectio comes, magis animum reficiens,  
quàm eſca corpus, & gratiarum actio succedens: postre-  
mo ſurgit à mēnsa non diſtentus, ſed recreatus, non onu-  
ſus, ſed reſectus, & reſectus mente pariter & corpore.  
An tu putas ullum iſtarum uulgarium cupediarū archi-  
tectum coniuari iucundius? s p. Scd in uenere ſumma  
eft delectatio, ſi quid Aristoteli credimus. h e. Et hac in  
parte uincit homo pius, nō minus quàm in cōuiuio: rem  
ſic accipe. Quòd uehementior eft erga uxorem charitas,  
hòc congressus ille cōubialis eft iucundior. Nulli porrò  
uehementius amāt uxores suas, quàm qui eas ſic diligūt,  
ſicut Christus dilexit eccleſiam: nam qui eas uoluptatis  
gratia diligunt, ne diligunt quidem. Adde, quod quòd rā-  
rior eft cum uxore congressus, hoc eft ſuauior, quæ res  
nec impium poëtā latuit, qui ſcripsit, Voluptates cōmen-  
dat rārior uetus. Quanquam minima uoluptatis pars in  
coitu ſita eft. Longe maior eft in perpetuo coniuictu, qui  
inter nullos potest eſſe iucundior, quàm inter eos, qui ſe  
Christiana charitate ſynceriter amāt, & amant pariter  
mutuò. In alijs frequenter cum ſenefcente uoluptate ſene-  
ſcit amor: Christiana charitas hòc magis uiuereſcit, quòd ma-  
gis delectatio carnis decreſcit. An nondū tibi persuasi  
nullos uiuere iucundius, quàm qui cum pictate degunt?  
s p. Utinam itidem ſit persuasum omnibus. h e. Quod  
ſi Epicurei ſunt qui ſuauier uiuunt, nulli uerius ſunt Epi-  
curei, quàm qui ſancte pieq; uiuunt. Et ſi nos tangit cui  
ra nominū, nemo magis promeretur cognomen Epicu-

ri, quam adorādus ille Christiane philosophie princeps.  
Gracis enim ~~in iugis~~ auxiliatorem declarat. Quum na-  
turæ lex esset uitiijs tantum non obliuerata, cum Moysi lex  
magis irritaret cupiditates, quim sanaret, quū impune re-  
gnaret in mundo tyrannus Satanás, solus ille pereundi  
humano generi præsentanciam attulit opem. Proinde uc-  
hementer falluntur quidam, qui blaterant Christum na-  
tura fuisse tristem quempiā ac melancholicum, nosq; ad  
inamœnum uitæ genus inuitasse. Imò is unus ostendit ui-  
tam omnium suauissimā ueræq; uoluptatis plenissimam,  
tantū absit lapis ille Tantaleus. s p. Quid isthuc ænigma  
tis est? H E. Ridibis fabulā, sed hic iocus seria dicit. s p.  
Expecto iocum scriū. H E. Narrant ij quibus olim studio  
fuit philosophiæ præcepta fabularum inuolucris tegere,  
Tantulum quendā adhibitū fuisse Deorū mense, quam  
uolunt esse lautissimā. Quū hospes esset dimittendus, Ju-  
piter hoc suæ dapsilitatis esse ratus, ne cōiuia discederet  
absc; xenio, permittit ut quod uellet peteret, accepturus  
quicquid petisset. Tantalus aut stolidus, ut qui beatitudi-  
nem hominis uentris & gule delectatione metiretur, ap-  
tauit, ut sibi per omnē uitā liceret tali mense accumbe-  
re. Annuit Jupiter, & ratum erat uotū: Tantalus assidet  
mense, omni genere deliciarū instructæ, appositum est ne  
star: nec desunt rosæ, nec odores, qualibus Deorū nares  
possint oblectari, adstat pocillator Ganymedes aut Gary  
medi similis, circumstant musæ suauiter canentes, saltat  
ridiculus Silenus, nec absunt moriones: breuiter quic-  
quid ullū hominis sensum possit oblectare. Sed inter hæc  
omnia ille sedet tristis, suspiras & anxius, nec hilarescēs  
risu, nec attingēs apposita. s p. Quid in causa? H E. Quo  
niam

niam supra caput accumbentis de pilo pendet ingens sa-  
xum iamiam casuro simile. s p. Ego me à tali mensa sub-  
ducerem. h e. Sed illi uotum transiit in necessitate: neq;  
enim Iupiter tam placabilis est, quām noster Deus, qui  
pernicioſa uota mortalium rescindit, si modò pœnitiat.  
Quanquām & alioqui, ne se Tantalus subducat, uextat  
idem lapis, qui prohibet uesci. Metuit enim, ne si se comi-  
mouerit, illico saxi ruina cōteratur. s p. Ridiculam fabu-  
lam. h e. At nunc audi quod non rideas. Vulgus à rebus  
externis petit uitam iucundam, quum eam non præstet  
nisi mens secura: nam sibi male conscijs saxū multò gra-  
uius impendet, quām impendet Tantalo. Imò non impen-  
det, sed urget premitq; mentem, nec inani metu discru-  
tiatur animus, sed in singulas horas expectat, ut coniūctia  
tur in gehennam. Obsecro quid est tam suave in rebus  
humanis, quod mentem talis axo pressam posſit uerè ex-  
hilarare? s p. Nulla profecto res, nisi uel dementia, uel  
incredulitas. h e. Hæc si perpenderent adolescentes, qui  
uoluptatibus ceu poculo Circeo dementati, pro uerè iu-  
cundis amplectuntur mellita uenena, quanto studio ca-  
uerent, ne quid per incogitantiam admitterent, quod in  
omnem uitam mordeat animum. Quid non facerent, ut  
hoc uiaticum pararent senectuti uenture, mentem sibi  
bene conscient, et famam nulla labe contaminata? Quid  
autem illa senectute miserius, que quum respicit in ter-  
gium, magno cū horrore uidet, quām speciosa sunt quæ  
neglexit, quām ſœda quæ amplexa est. Rursus quū à fron-  
te prospicit, cernit imminere dicem supremum, & ab hoc  
protinus æterna gehennæ supplicia. s p. Felicissimos arbi-  
tror qui primam ætatem seruarunt incontaminatam, &

S in

in pietatis studio semper proficientes, peruerterunt usq;  
ad sanctutis metam. H E. Proximus locus debetur ihs,  
qui à iuuenili temulentia mature respuerint. s p. Sed  
quid consilij das illi misero seni? H E. Nulli desperandū,  
quam diu spirat, iubebo ad domini clementiam confuge-  
re. s p. Sed quò fuit uita longior, hoc magis accreuit sce-  
lerum cumulus, iam arenam exuperans quæ est in littore  
maris. H E. Sed eas arenas longè superant misericordia  
domini. Arena tametsi non est homini numerabilis, finis  
to tamen est numero: at domini clementia nec modum,  
nec finem nouit. s p. Sed non est spacium breui moritu-  
ro. H E. Quò minus est spacijs, hoc clamet ardētius. Apud  
Deum satis longum est quod à terris ad cœlum ualeat  
pertingere. Penetrat autem & breuis precatio cœlum,  
modò uincimenti spiritus impetu ciaculetur. Euangelica  
peccatrix fertur per omnem uitam egisse poenitentiam:  
Sed latro in ipsa morte, quam paucis uerbis impetravit  
à Christo paradiſum. Si toto peccatore clamauerit, Misere-  
re mei Deus secundum magnā misericordiam tuam, do-  
minus tollet saxum Tantaleum, dabit auditui illius gau-  
dium & lētitiam, & exultabunt de condonatis  
peccatis ossa per contritionem  
humiliata.

P I N I S.

D E S.

DE S<sup>P</sup> ERA S M V S

ROTERODAMVS DE VTL

LITATE COLOQVI,

orum, ad lectorem.



DEO nunc omnes & in omnia  
per uniuersum orbem grassatur  
comitata Furijs & d<sup>r</sup>abonis, ut tu-  
tum nō sit ullū emittere librum,  
nisi satellitio munitū. Quāquam  
quid satis esse tutū possit aduersi-  
sus sycophantæ morsum, qui uc-  
luit aspis ad uocem incantantis, ita ad omnem purgatio-  
nem quāuis iustissimā, obturat aures? Prima pars huius  
operis, quæ mea fuit & non mea, temeritate cuiusdā erat  
edita. Quām quum ingenti applausu uiderem exceptam  
à studiosis, abusus sum affectu uulgari ad profectum stu-  
diorū. Quandoquidem nec medici semper ægrotis mini-  
strant saluberrima, sed illis nō nihil concedunt ob hoc ip-  
sum, quod uehementer appetat. Itidē mihi uisum est, hoc  
genus illecebris inescare tenerā etatem, quæ iucundis fa-  
cilius ducitur, quām serijs aut exactis. Itaq; quod editum  
erat repurgaui, dcinde adieci, quæ moribus etiā forman-  
dis conducerent, uelut irrepens in animos adolescentiū,  
quos rectè scripsit Aristoteles in idoneos auditores Ethicæ  
philosophiæ, dūtaxat eius quæ serijs præceptis tradi-  
tur. Quod si quis clamet, indecorū homini seni sic pueri  
liter ludere, nihil moror quām pueriliter, modo utiliter.  
Et si laudantur literatores etate prouecti, qui pueritiæ  
erūstulis blandiuntur, clementia uelint ut discere primas

S 2 mihi

mihi non arbitror uitio uerti debere , quod simili studio  
iuuentutem illecto , uel ad elegantiam Latini sermonis,  
uel ad pictatē. Adde, quod bona prudentiæ pars est, nosse  
stultas uulgi cupiditates, & absurdas opiniones . Eas ar-  
bitror satius ex hoc libello discere, quām experientia, stu-  
torum magistra. Multis amara sunt grammatices prece-  
pta. Aristotelis Ethice non est apta pueris. Theologia  
Scoti minus, ne uiris quidem admodum utilis ad parau-  
dam bonam mentē: & plurimū habet momenti, gussum  
optimarum rerum protinus inseuisse teneris animis . Et  
haud scio, an quicquā discitur felicius, quām quod luden-  
do discitur. Est hoc nimirum sanctissimū fallendi genus,  
per imposturā dare beneficium. Laudantur enim medi-  
ci, qui sic fallunt ægrotos. Et tamē si nihil hic aliud quām  
nugatus fuisset, uidebantur latiri: nunc quoniā prater  
linguae policiem, inspersi quædam, quæ mentem instruāt  
ad religionem, calumniantur, ac perinde quasi dogmata  
Christianæ professionis hic serio pronuncientur, ita syll-  
labas etiam ad uiuum excutiunt. Id quām faciant iniquē,  
magis erit perspicuum, ubi declararo colloquiorum di-  
quot non uulgarem utilitatem . Ut enim omittam tot se-  
rias sententias medijs iocis admixtas, tot fabulas, tot histo-  
rias, tot rerum naturas dignas cognitu: In colloquio de  
uisendo loca sacra, cohibetur superstiosus & immodi-  
cūs quorundā affectus, qui summā pietatem esse ducunt  
uidisse Hierosolymā, et huc per tanta terrarum marisq;  
spatia currūt senes episcopi, relicto gregi, qui curandus  
erat: huc uiri principes, relicta familia ac ditione: huc  
mariti, relictis domiliberis & uxore, quorum moribus  
& pudicitiæ necessarius erat custos, huc adolescentes ac  
fœni

ſoemine, non ſine graui diſcrimine morum & integritatis. Quidam etiā iterum atq; iterum recurruū, nec aliud faciunt per omnem uitam, & interim ſuperftiōni, inconstantie, ſtultiæ, tcmeritati p̄texitur religionis titulus, ac deforror ſuorum contra doctrinam Pauli, ſanctimonie laudem aufert, ac ſibi quoq; pietatis omnes numeros explesſe uidetur. Paul. 1. Timoth. 2. intrepide pronunciat: Si quis autem ſuorum & maximè domesticorū curam non habet, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior. Atqui hīc Paulus loqui uidetur de uiduis, quæ liberos atq; nepotes negligunt, idq; pretextu religionis, dum ſeſe mancipent obſequijs ecclie. Quid dicturus de maritis, qui deſtitutis teneris liberis, uxore iuuencula, idq; in retenui, proficiſcuntur Hierosolymā? Ex multis unicum exemplum proferā, nec tam recens, ut metuenda ſit iniuria: nec tam uetus, quin nepotes ſupersint, quos dāmū magnitudo non ſinit obliuisci rei geſtæ.

Vir quidā præpotens decreuerat ante mortem inuise re Hierosolymā, pio quidem animo, ſed parum felici conſilio. Rebus igitur ordinatis, facultatum omniū, uxoris, quam grauidā reliquit, oppidorum & arcium curam tu telamq; cōmisit Archiepifcopo, ceu parenti. Vbi rumor allatus eſt, hominē in ea peregrinatione periffe, Archi epifcopus pro parente geſit p̄donem, occupauit poſſeffiones omnes defuncti: deniq; & arcem munitiorem, in quam grauida cōfugerauit, ui expugnauit: & ne ſuperreſſet ultor atrocissimi facti, grauida confoſſa ſimul cum ſcetu periit. Nōnne piū erat, tali uiro diſſuadere pericu losam, & non neceſſariam profectionem? Huius generis quād multa cōperiantur exempla, ceteris aſtimandum

relinquo. Ne quid interim dicā de sumptibus, quos ut fa-  
teamur non omnino perire, tamen nemo prudens nō fa-  
tetur, in usus longē meliores expendi potuisse. Quod  
aut̄ ad religionem attinet, diuus Hieronymus laudat Hi-  
larionē, quod quū c̄sset Palestinus, & in Palæstina uiue-  
ret, tamen semel duntaxat uiscerit Hierosolymam, ob loci  
uiciniam, ne uideretur contemnere loca sacra. Si merito  
laudatus est Hilarion, quod abstinuit ab Hierosolyma,  
tam uicinus, ne Deum angusto loco claudere uideretur:  
semel tantū adierit, ob loci propinquitatē, ne quos offen-  
deret: quid dicendū de his, qui ex Anglia & Scotia tan-  
tis impendijs per tot discrimina petunt Hierosolymam,  
præserium domi relictis charissimis, quibus iuxta doctri-  
nā Apostoli debet perpetuā curam: Clamat sanctus Hie-  
ronymus, Non magnū est Hierosolymis fuisse, sed bene ui-  
xisse magnū est. Et tamē etate Hieronymi probabile est,  
evidentior uestigia ueterū monumentorū extitisse, quam  
nunc extant. De uotis disputationem alijs relinquo, tan-  
tum hoc agit colloquium, ne quis temere talia uota susci-  
piat: id esse uerum, declarant hæc mea uerba: Præsertim  
quum domi haberē uxorē, integra adhuc etate, liberos,  
& familiam quæ pendebat ex me, & opera mea quoti-  
diana alcebatur: & cætera quæ sequuntur. De uotis igitur  
susceptis nihil dicā, nisi quod si summus essem pontifex,  
non admodū grauare relaxarem obstrictos. In suscipien-  
dis, quemadmodum fateor fieri posse, ut aliquis cum fru-  
ctu pietatis eat Hierosolymā: ita non dubitarem multis  
ex rerum circumstantijs dare consilium, ut eas impensas,  
tempus & operam insumerent in alia quæ proprius con-  
ducunt ad ueram pietatem. Hæc arbitror esse pia, eoque  
consy-

consyderata multorum uel leuitate, uel ignorātia, uel suā  
perstitione, uisum est super ea re monere iuuentutē: neq;  
uideo quos offendere debeat hēc admonitio, nisi forte  
quōdā istos, quibus charior est quæstus, quām pietas.

Nec illic damno pontificias indulgentias, aut diplo-  
mata, sed taxo nugaciōnum nugatorem, qui ne cogitā  
quidem de corrigenda uita, totā spēm collocarit in con-  
donationibus humanis. Hīc si quis mihi cōsideret, quan-  
ta iactura pietatis nata sit inter mortales, partim ex eorū  
uitio, qui prostituunt Pontificias indulgentias, pari-  
tim eorum culpa, qui illis secus, quām oportet, accipiūt,  
fatebitur operæ pretium iuuentutem super hac re com-  
monitam esse. Verūm hoc modo parum consultum est  
commisionarijs. Audio ô bone, si uiri boni sunt, gaude-  
bunt esse monitos simplices: sin potior est illis quæstus,  
quām pietas, ualeant.

In colloquio de captādis sacerdotijs taxo eos, qui Ro-  
mā cursitant, uenāturq; sacerdotia, crebrō graui iactura  
tum morū, tū pecunie, eoq; deduco sermonē, ut sacerdos  
pro cōcubina, lectione bonorum autorū semet oblectet.

In militis confessione, taxo facinora militum, & im-  
piam militum confessionem, ut adolescentes ab eiusmodi  
moribus abhorreant.

In monitis pædagogicis doceo puerum uerecundiam  
ac mores etati decoros.

In pietate puerili, nōnne pijs p̄ceptis imbuo pueri-  
lem animum ad studium pietatis? Nam quod quidā arro-  
debat de cōfessione, mera fuit calumnia, cui iampridem  
respondi. Doceo cōfessionem esse suscipiendam perinde  
quasi nobis esset instituta à Christo. Ceterūm an id sit

factū, nec refellere est animus, nec asseuerare, quod nec mihi satis persuasum est, nec alijs probare posim. Quod autem admoneo de genere uitæ seriò deligendo, déq; se ligendo sacerdote cui committas arcana tua, iudicabam adolescentibus esse necessarium, nec video quur me debeat pœnitere. At sic erunt pauciores monachi & sacerdotes. Fortassis erunt, sed meliores. Idem probabit quis quis uerè monachus est. Porrò qui uenantur proselytos uel ad prædā, uel ob superstitionem, dignissimi sunt, qui omnibus omnium scriptis traducantur, quò resipiscant.

In conuiuio prophano non damno cōstitutiones eccl siæ de ieunijs, ac delectum ciborū, sed indicō superstitionem quorundā, qui his plus tribuunt, quam oportet, negligentes eorū, quæ magis faciunt ad pietatem, damnoq; eorum crudelitatem, qui hæc exigūt ab his, à quibus eccl siæ mens non exigit. Item corum præpostoram sanctiōniam, qui ex huiusmodi rebus cōdemnant proximū. Hic si quis reputet quanta ueræ pietatis lues hinc nata sit inter mortales, fatebitur uix alia admonitionē esse magis necessariā: sed hac de re copiosius aliās respondebimus.

In conuiuio religioso quum omnes faciam alienos à sacris, omnes coniugatos, satis doceo quale debeat esse conuiuum omnium Christianorum. Ad quam formam si sacerdotes quidam et monachi conferant sua cōuiua, intelligent quantum absint ab ea perfectione, qua conue nicbat illos laicis antecellere.

In apotheosi doceo quantum honoris debeat egressis uiris, qui suis uigilijs benc meriti sunt de liberalibus studijs.

Sunt inepti, quibus colloquium proci & puellæ uidea

tur

tur lascivium, quum nihil fingi possit castius. Si res honesta est matrimonium, et procum agere honestum est. Atque utinam omnes proci tales essent, qualem hic fingo, nec alijs colloquijs coirent matrimonia. Quid facias istis ingenij tetricis, & ab omnibus Gratij alienis, quibus impudicum uidetur quicquid amicum est ac festiuū? Hæc puella negat proco discessuro osculum, quò totam uirginatem illi seruit illibatam. Quid autem nūc uulgò nondant pueræ procis? Deinde non uident quām multa philosophica sint inspersa iocis, de nō præcipitando coniugio, de delectu non solum corporū, sed multò magis animorum, de firmitate coniugij, de non cōtrahendo matrimonio sine consensu parentū, de castè colendo matrimonio, de sanctè educādis liberis: postremò puella cōprecatur Christum, ut illius auspicijs, sit felix connubium. An hæc non conuenit scire iuuenes? Et qui hanc lectionem ob lasciviam putant esse noxiam pueris, patiuntur illis prælegi Plautum & facetias Pogij. Praetara iudicia.

In uirgine misogamo detestor eos, qui adolescētes aut pueras inuitis parentibus pelliciūt in monasterium, abundantes illorum uel simplicitate, uel superstitione, persuadentes eis non esse spem salutis extra monasteria. Nisi talibus piscatoribus plenus est mundus, nisi innumera felicitissima ingenia per istos infeliciissime sepeliūtur ac defodiuntur uiua, quæ fuissent electa uasa domini, si iudicio sumptissimè institutum naturæ congruens, non recrē admonui: at si quando cogar in hoc arguento proferre quod sentio, sic depingā & plagiarios illos, & ipsius mali magnitudinem, ut nullus non fassurus sit me non sine causa hæc monuisse: quanquam ciuiliter id quidem:

S 5 à me

à me factum est, ne malis daretur ansa delinquendi.

In proximo colloquio, nō induco uirginem que professa mutarit institutum, sed que ante peractam professionem redierit ad parentes quos habebat optimos.

In Mempsigamo quām multa sunt philosophica, de cælandis maritorū uitijs, de non interrumpenda coniugum benevolentia, de sarcientis offensis, de corrigendis maritorum moribus, de obsequijs erga maritos. Quid aliud docet Plutarchus, Aristoteles, & Xenophon, nisi quod hīc personæ uitam quandam addunt orationi?

In colloquio militis & Carthusiani, simul depingo & insaniam iuuenum qui procurrunt ad bellum: & pīj Carthusiani uitam, quæ sine studiorum amore nō potest non esse tristis & inanœna.

In Pseudochco depingo quorundam ingenia, qui natī sunt ad mentiendum, quo quidcm hominum genere nihil execrabilius: utinam esset rarius.

In colloquio adolescentis & scorti, nōnne & luparia facio casta? Quid aut dici potuit efficacius, uel ad inserendam adolescentū animis pudicitia curā, uel ad rei uocandas ab instituto nō minus ærumnoso, quām turpi puellas ad quæstum expositas? Vnica uox cōmovit quosdam, quod impudica puella blandiens adolescenti, uocat illum suā mentulam, quū hoc apud nos uulgatissimū sit etiā honestis matronis. Hoc qui ferre nō potest, pro mea mentula scribat, mea uoluptas, aut si quid aliud mauult.

In cōuiuio poëtico, doceo cuiusmodi debeat esse convivium inter studiosos, parcum, sed festuum & hilare, conditum literatis fabulis, sine rixis, sine obtrectatione, sine turpiloquio.

In inquisitione, doceo summā catholicæ professionis, adq; aliquanto uiuidius ac liquidius, quām docent Theologi quidam magni nominis, inter quos pono & Gersonem, quem interim honoris caussa nomino. Ideo porrò fingō personā Lutherani, quō facilius redeant in cōcordiam, inter quos de præcipuis articulis orthodoxæ professionis cōuenit. Etiam si reliquam inquisitionis partem non addidi, propter hæc exulceratiſima tempora.

In senili colloquio quām multa uelut in ſpeculo exhibentur, quæ uel fugienda ſunt in uita, uel uitam reddunt tranquillā. Hæc præstat adolescētes ex festiuis colloquijs quām experimentis discere. Socrates philosophiā ē cœlo deduxit in terras, ego philosophiam etiam in lufus, cōſiderationes, & compotationes deduxi. Oportet enim & iudicra Christianorum sapere philosophiam.

In Ptochoplusij quām multa ſunt, ad quæ pastores rusticani, rudes & indocti, nihilq; minus quām pastores poſſint ſuam uitā corrigere? Prætereaq; ad tollendū ſulturam gloriam uestium, rufus ad coercendam illorum infaniam, qui monachorum cultum execrantur, quaſi per ſe mala ſit uestis. Et obiter describitur forma, quales debent esse monachi, qui per uicos obambulat. Neq; enim admodum multi tales ſunt, quales hic describo.

In erudita puella ſimul & Paulæ, Eustochij, Marcelle, uetus exemplū renouo, quæ cum integritate morum coniunxerunt ſtudium literarū, & monachos abbatesq; ſacrorum ſtudiorum oſores, luxui, ocio, uenationibus, alcæq; deditos, puellæ coniugatæ exemplo extimulo ad aliud ſtudiorum genus iſpis magis congruens.

In ſpectro detego technas impostorum, qui credulis ſimpli

simplicium animis solent illudere, fingentes apparitio-  
nes dæmonum et animarum, uocesq; diuinæ. Quantam  
uerò pestem hæ præstigie inuexerunt pietati Christianæ?  
Quoniam autem rudit ac simplex etas huiusmodi frau-  
dibus potissimum est obnoxia, uisum est exemplo non in-  
ameno depingere modū imposturæ. Sic impositū fuit Ce-  
lestino Pont. Romano. Sic Bernæ delusus iuuenis à mona-  
chis. Sic cōmentitijs oraculis et hodie plurimi diludūtur.

Nec minima pars humanarū calamitatum est Alcu-  
mistica, quæ doctis etiā & cordatis uiris imponit, adeo  
morbus hic adlubescit, si quem corripuerit. Huic affinis  
est magia, eodē nominc, sed cognominc blandiens natura-  
lis. Similes imposturas taxo in Hippoplano, & Pthochoi-  
logia, rursus in coniuicio fabuloſo. Ex his si nihil aliud di-  
ſcerēt pueri, quam Latine loqui, quanto plus laudis mea-  
merceretur industria, qui per lusum ac uoluptatē id facio,  
quam illorū, qui miseræ iuuētuti Māmethreptos, Brachy-  
logos, Catholicontas, & significādi modos obtrudebant.

In Puerpera, præter naturalium rerum cognitionem,  
quam multa sunt mortalia de cura matrū erga liberos,  
primum infantes, mox grandiores.

In peregrinatione religionis ergo, taxo istos, qui per  
tumultū eiicerunt omnes imagines è templis: rursus eos  
qui insaniunt in peregrinationes, quæ suscipiuntur præ-  
textu religionis, unde iam & sodalitates inuenta sunt.  
Qui Hierosolymæ fuerunt, equites aurati uocantur, scq;  
fratres uocant, & in die palmarum serio rem agunt ridi-  
culam, fune trahentes asinum, ipsi non multum differen-  
tes ab asino ligneo, quem trahunt. Id imitati sunt qui Com-  
postellam adierunt. Dentur hæc sane, dentur affectibus  
boni

hominum, at non ferendum quod hinc sibi vindicat pietatem. Notantur etiis, qui reliquias incertas pro certis ostendunt, qui his plus tribuunt quam oportet, qui quem ex his sordide faciunt.

In Ichthyophagia tracto questionem de constitutionibus humanis, quas quidem prorsus rejiciunt, multum aberrantes a recta ratione, quidam propemodum ante ponunt diuinis legibus: rursus alii abutuntur et diuinis, et humanis constitutionibus ad questum ac tyrannidem. Cogor itaque partem utramque ad moderationem temperare, inquirens unde naturae sint, et quibus gradibus huc usque progressae constitutiones humanae, quos et quatenus obligent, ad quid conducant, quantum distent a diuinis, obiter indicans praepostera mortalium iudicia, quibus iam olim mundus plenus est, et unde totus hic orbis tumultus natus est. Hec ideo quoque tractavi copiosius, quod de eius suppeditarem occasionem accuratius hisce de rebus scribendi. Nam quae adhuc prodierunt, non satis faciunt curiosis. Traducere scortationem, temulentiam, adulterium, non perinde ad rem pertinebat, quod quoquidem haec mala nullum fallunt: sed ex his est periculum uerae pietatis, quae uel non sentiuntur, uel sanctimoniae fallaci specie blandiuntur. Quod si quis calumniatur, personis sordidis affingi Theologicam disputationem, et ab his talia nunc in omnibus conuiuijs disputantur, et huiusmodi personis opus erat familiarius crassiusque re tractaturo.

In funere, quoniam mors arguere solet Christianam fiduciam, in duobus idiotis depinxi diuersum mortis genus, uelut imagine uiua ponens ob oculos dissimilem excessum eorum qui fidunt rebus commenticijs, et qui spem salutis

salutis fixerunt in misericordia domini, obiter taxans diuitum stultiā ambitionem, qui luxum ac superbiam suam & ultra mortē proferūt, quā mors saltem debebat auferre: simul corū perstringens uitium, qui sui cōpendij gratia stultitia locupletū abutuntur, quā ipsi potissimum debebat corrigere. Quis enim audebit libcrē monere potentes ac diuites, si monachi, qui se prōfidentur mundo mortuos, palpātur illorum uitijs? Si nulli tales sunt, quales descripsi, tamen ostensum est exemplum quod oportet uitari: si uulgō referuntur longē his quae proposuimus excrabiliora, qui sunt æqui, meam agnoscāt ciuitatem, suumq; uitium corrigāt, & si uitio uacant ipsi, alios pecantes uel emendent, uel coērceāt. Nullum ordinem per strinximus, nisi forte totum Christianismum infamat, qui quidquam monendi gratia dixerit in corruptos Christianorum mores. Quos tantopere mouet honos ordinis, eos in primis cōpescere debebant, qui palām factis suis dehonstant ordinem. Nūc cū illos ut germanos sodales agnoscant, foueāt ac tueantur, qua fronte causantur à bene monente lēdi existimationē ordinis? Quanquā qua ratio dictitat, sic habendā huius aut illius humāne sodalitatis rationē, ut publicam Christianorū utilitatē negligas?

In differentia uerborum ac rerum, taxo præpostera quorundam iudicia.

In cōuiuio uario, cōmonstro rem ciuitati cōgruam.

In Charonte detestor bellum inter Christianos.

In synodo grammaticorū rideo studiū cuiusdā Chantusiani, suo iudicio doctissimi, qui quū in Græcas literas soleat stolidissimē debacchari, nunc libro suo indiderit Græcū titulū, sed ridicule, Anticomaritas dicēs, quos appellare

pellare poterat Antimarianos, uel Antidicomarianos.

In Cyclope taxo quosdam, qui Euangeliū semper habent in ore, quum in uita nihil sit Euangelicum.

In coīugio in pari pono ob oculos uulgi stultiā, qui in sponsalibus supputat dotis modū, nec ad rationem uocat sponsi scabiēm lepra deteriorē. Atq; id hodie fit tam paſsim, ut nemo miretur, cū nihil sit in liberos crudelius.

In clementia nobilitate depingo genus hominum, qui sub umbra nobilitatis existimāt sibi nihil non licere, quæ præcipua pestis est Germanie.

In senatulo traducturus eram uitia quædam mulierum, sed ciuiliter, ne quis expectet tale quippiam quale habet Iuuenalis: uerum hoc agenti, obortus est quidam īnnīs aīūīnōr, lupus, ut aiunt, in fabula. Reliqua ferē comparata sunt ad uoluptatem, sed nō illiberalem. Non hoc est de honestarc ordines, sed erudire. Quapropter omnibus ordinibus & priuatim & publicè rectius consulendum fuerit, si deposita quiduis calumniandirabie candis animis amplectamur omnes, quicquid pio studio in publicam utilitatem adfertur. Alijs aliæ sunt dotes, & alios alia capiunt, milleq; modis homines trahuntur ad pietatem. Laudatū est Iuuenci studiū, qui sacram Euangeliorum historiā carmine prodidit. Nec sua laude fraudatus est Arator, qui idem fecit in Acta apostolorū. Aduersus hæreticos tubam intendit Hilarius, argutatur Augustinus, Hieronymus dialogis pugnat, Prudentius uario metri genere dimicat. Thomas & Scotus dialectices ac philosophiæ presidijs pugnat. Simile studium omnium, sed dissimilis singulorum ratio. Nō reprehenditur diuersitas, qua scopus eundem petit. Prælegitur pueris  
Petrus

Petrus Hispanus, quò dociliores ueniant ad Aristotelem.  
Multum enim promouit, qui gustū dedit. Atqui hic libel-  
lus, si teneræ pubi prælegatur, tradet illos ad multas disci-  
plinas magis habiles, ad poëticen, ad rhetoricen, ad phy-  
sicen, ad ethicen, demum ad ea, quæ sunt pietatis Christia-  
næ. Stulti personā suscepī, factus ipse mearū rerum enco-  
miastes: sed huc me cōpulit, partim quorundam improbi-  
tas nihil non calumniantū, partim Christianæ iuuētutis  
utilitas, in quā oportet omnes omnibus studijs incūbere.

Hec ita quū habeant, omnibusq; qui literas didicerūt  
perspicuā sint, est tamen quoddā hominum genus mire  
bliteon, deputatos appellant Galli, opinor quod male pu-  
tati sint, aut certe plus satis putati, qui sic pronunciāt de  
meis colloquijs, opus esse fugiendū præsertim monachis,  
quos illi religiosos appellant, & adolescentibus, eo quod  
ieiunia, & abstinentiæ ecclesiæ parui penderētur, beatæ  
Virginis & sanctorū pro ludibrio haberētur suffragia,  
uirginitas si cōiugio cōferatur, nullius esse aut parui mo-  
menti, religionis etiam dissuaderetur omnibus ingressus:  
quodque in eo arduæ difficilesq; Theologie questiones  
grammaticulis proponantur, contra statuta per magistros  
in artibus iurata. Agnoscis mi lector Atticam eloquen-  
tiā. Ut ad postremū primo loco respondeā, quid artium  
magistri proponant grammaticulis, nescio, quæ tractan-  
tur in colloquijs, de symbolo, de missa, de ieunijs, de uoti-  
bus, de cōfessione, nihil habent Theologicæ difficultatis,  
sed eius generis sunt, ut non oporteat ea quenquā nesci-  
re. Et si pueris præleguntur epistole Pauli, quid periculi  
est, si gustus quidā illis præbeatur Theologicæ disputatio-  
nis: Ad hæc quum nō ignorent pueris sophistices candi-  
datis

datis perplexas de personis diuinis statim quæstiones summae difficultatis proponi, ne dicā ociose subtilitatis, cur nolunt pueros hoc discere, quod ad cōmūnem uitā pertinet? Nam si putāt nihil referre, quid sub qua persona dicatur, intelligūt opinor, quām multa cōperiantur in Euangelicis & apostolicis literis, quæ secundū hanc legē manifestam habent blasphemiam. Multis locis approbo ieiunium, nusquā damno. Qui secus asseverat, eum declarabo impudentissime mentiri. Sed in pictate puerili, inquit, legūtur hæc uerba, Cum ieiunio mihi nihil est negotij. Finge hæc uerba dici sub persona militis aut temulenti, num protinus Erasmus damnat ieiunia? Non opinor. Nunc dicuntur ab adolescentे nondum adulto, quā etatem lex non obstringit ad ieiunandū: & tamen is adolescentis preparat se ad iusta ieiunia. Sic enim subiicit, Sed tamen si sensero opus, prandeo cœnoq; parcus, quo me præbeam alacriorem studijs pietatis per diem festum.

Abstinentias uero quām damnem, declarant hæc uerba, quæ sunt in cōuiuio prophano, In plerisque non res, sed animus discernit nos à Iudæis. Illi manū abjuncbāt à certis cibis, uelut ab immundis & animum inquinaturis. Nos quum intelligamus omnia munda esse mundis, tamen carni lascivienti uelut equo ferocienti pabulū subducimus, quo magis sit audiens dicto spiritui. Nonnunquā immoderatū suauium rerum usum abstinentiae molestia castigamus. Paulò post reddit rationem, quare ecclesia interdixerit eum quorundā ciborum, Omnibus, inquit, conductet. Nam tenuibus cochleis aut ranis licebit uesci, aut cœpas, porrum ue arrodere, mediocres detrahent nonnihil quotidianis obsonijs: quod si quid diuites deli-

T ciatu

ciantur hac occasione, suæ gulæ imputent, non incusent ecclesiæ constitutionem. Mox loquor his similia. Rursus aliquantò post, Scio medicis magnopere damnatum esse piscium esum, sed secus uisum est maioribus nostris, quibus obtemperare religiosum est. Inibi protinus doceo hic uitandum etiam offendiculum infirmorum.

Aequè falso est, in colloquijs irrideri suffragia beatæ Virginis, & aliorū sanctorum, sed illos irrideo qui pertinent à sanctis, quæ non auderent à bono uiro petere, aut hoc animo petunt à certis diuis, quasi hoc aut illud hic aut ille citius uelit, aut possit præstare, quam aliis, aut quam ipse Christus. Imò in puerili pietate, sic loquitur puer: Salutem dixi nōnullis. Quibus? Christo ac diuis aliquot. Et aliquantò post: Rursus tribus uerbis saluto Iesum, ac diuos diuasq; omnes, sed nominatim Virginē matrem, tum eos quos habeo mihi peculiares. Et infra com memorat nominatim quos diuos salutet quotidie.

Mirum uero si procul amans laudat nuptias, dicitq; castum coniugium nō multum abesse à laude uirginatis, quum Augustinus patriarcharū polygamiam anteponat nostro coelibatui.

Quod obiectūt de ingressu religionis, quam sit manifesta uanitatis, declarat mea uerba in uirgine Misogamo: sic enim loquitur uirgo: Damna igitur hoc totū uitæ institutū? Respondet iuuenis, Nequaquam, uerū quemadmodū nemini suadere uelim, ut quæ se in hoc uitæ genitus coniecerit, luctetur emergere, ita nō dubitem hortari puellas omneis, presertim indolis generose, ne se temere eò præcipitēt, unde post sc̄e nō possint explicare. Hæc est illius colloquiij cōclusio, ut cunq; certatū est argumen̄tis.

tis. Obscurio, an hoc est omnibus dissuadere ingressum religionis? Non damnatur ingressus, sed præceps temeritas damnatur. Hæc igitur malitiose detorquent ad calumniam. At non perpendunt quām multa illic discūt grammaticuli, quæ pugnant cum decretis Lutheranorum.

In puerili pietate traditur ratio bene & utiliter audiendi missam. Docetur ratio bene & efficaciter cōfidenti. Admonetur puer ut antè quām sumat eucharistiam, confessione purget animum. Ibidem docentur grammaticuli, quæ recepta sunt usu populi Christiani, quū tamen in sacris literis nō habeantur, hactenus esse seruanda ne cui simus offendiculo.

In profano cōuiuio docentur, magis obtemperandum Pontificum constitutionibus, quām medicorum cōsilijs: tantum admonenter, in necessitate cessare uigorem constitutionis humanæ, & mentem legislatoris. Ibidem probat quispiam benignitatem in monachorū collegia, modo detur ad usum, nō ad luxum, & potissimum detur religionis disciplinam obseruantibus.

De constitutionibus humanis hæc pronuntiantur in colloquio *ἰχθυοφαγίᾳ*, Pugnent qui uolent, ego censeo leges maiorum reuerenter suscipiendas et obseruandas religiose, uelut à Dco profectas, nec esse tutum, nec esse pium, de potestate publica sinistram concipere aut screre suspicionem. Et si quid est tyrannidis, quod tamen nō cagat ad impietatem, satius est ferre, quam sceditiose relucari. Huiusmodi permulta grammaticuli discūt ex meis colloquijs, quibus sic obmurmurant isti. Sed indecorum est Theologum iocari: saltem hoc mihi concedant apud pueros, quod ipsi permitunt sibi uiri apud uiros in ueste

rijs, ut uocant, rem insulsam insulso uocabulo.

Insulsas calumnias quas in Hispanijs obiecere quidam, ostendi mera esse somnia hominū, nec sobriorū, nec Latini nescientiū. Nec minus indoctū est, quod quidā pronuntiavit hæreticē dictū, quod in symbolo pater dicitur simpliciter autor omniū. Verū nis deceptus infitia Latini sermonis, existimat auctore nihil aliud quām creatorē aut fabricatorē significare. Atqui si cōsulat eos qui callēt elegantiā Romani sermonis, si euoluat Hilariū, aliosq; uerustos autores, cōperiet auctoritatem accipi pro eo quod scholastici uocat rationē perfectissimā principij, eoq; patri peculiariter tribuūt, & auctoris nomine sepe designat patrem, quū personas inter se conserunt. An pater recte dicatur causa filij, nihil mea refert quū nunquam co uerbō sim abusus, nisi quod illud est uerissimum, nos de Deo nō posse loqui nisi uerbis improprijs, nec magis propriū uerbum est fons, aut principium, aut origo, quām causa.

Iam hinc mihi perpende lector quales sint interdum, qui suis sententijs homines pertrahunt ad incendium. Nulli turpius quām reprehendere quod non intelligas. At ista quiduis calumniandi febris, quid aliud gignit quām amarulentiā ac disidia? Quin potius aliena candidè interpretetur, nec statim nostra pro oraculis haberī uelimus, nec eorū iudicia pro oraculis ducamus, qui quod legunt nō intelligunt. Vbi in cōsilio est odiū, ibi cæcum est iudicium. Pacificator uniuersorū spiritus, qui suis organis uarijs utitur modis, faciat nos omnes concordes & unanimes in sana doctrina, sanctisq; moribus, quo contingat pariter ad cœlestis Hicrosolymæ, que nescit ullā disidia, consortium peruenire. Amen.

INDEX


# INDEX.


INDEX COLLO	pagina	24
QVIORVM.	Diluculum	534
Bbatis & eruditæ pagi	Diuersoria	219
<b>A</b> na	Echo	458
Ἀγαμέγαμος	Epicureus	625
Adolescentis & scorti.	Epithalamium Petri Aegidii	226
Alcumistica	dij	295
Amicitia	Euntes in ludū literarium,	604
Apotheosis Capnionis pa-	pagina	60
gina	Exequiae Scraphicæ	588
Ἄπροσθίνυσα	Exorcismus	302
Ars notoria	Funus	449
Ἄργαγαλισμὸς	Γρονθολογίæ	261
Charon	Herilia iussa	34
Conuiuum fabulosum.	Hippoplanus	518
Conuiuum poëticum	Impostura	502
Conuiuum prophanum	Inquisitio de fide	249
Conuiuum religiosum	Ιχθυοφαγία	394
Concio, siue Medardus pa-	Ιππὺς αντιωθός	510
gina	Lusus puerilcs	43
Copie compendium	Militis & Carthusiani	200
Cyclops	Monitoria paedagogica	38
Deambulatio	Naufragium	710
De captādis sacerdotijs pa-	Νεφάλιον συμπόσιου	540
gina	Opulentia sordida	577
De itinere	Percontantis domest.	18
De rebus ac uocabulis pa-	Percontantis de uarijs	11
gina	Percontantis reducem	14
De ualeitudine	Peregrinatio	362
De uotis temere susceptis	Philodoxus	366
	Pietas	

I N D E X.

Pietas puerilis	48	Puerpera	142
Πονυδατία	470	Senatus	527
Problema	617	Synodus grammatical.	486
Proci & puelle	158	Venatio	59
Pseudochei & Phylotemi	Virgo μισόγαμος, id est, abi-		
pagina	206	horrens à nuptijs	170
πλωχολογία	322	Virgo pœnitens	180
πλωχοπλέσσοι Frāciscani p/	Vxor μημετιγιαμ-		
gina	276		182

E N I S.





**\*KSIEGARNIA\***  
**ANTYKWARIAT**



**C 406675**

